B significantius: 1 de donatione voluntaria. cf. PS. ATHAN. ad mon. 1 p. 72^A hostiam voluntariae -is (VVLG. Am. 4, 5 [cf. PS. RVFIN. in l.]. LEO M. serm. 8 eleemosynarum. v. etiam l. 55). VVLG. num. 29, 39 -es spontaneas (deut. 16, 10). nota iuncturas: ARNOB. nat. 7, 14 muneris ... -e (HIL. in Matth. 1, 5 GAVDENT. serm. 19, 7 G. CASSIAN. inst. 5, 24 [de ieiunio] voluntarii m. ... -o. LEO M. epist. 16, 2 CAES. AREL. serm. 110, 1 p. 437, 18. al. cf. FILASTR. 141, 4 -is ... munera [FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 6 p. 154^B]. CIL XI 5750, 11 -e muneremus. v. etiam p. 75, 7). FILASTR. 149, 7 post -em donorum (VVLG. Ezech. 20, 31. cf. ALC. AVIT. epist. 88 p. 97, 27 donum ... -is).

a de quibuslibet muneribus (maxime ipsis donis): APVL. met. 11, 8, 3 -es honestas aequi bonique facio. TERT. idol. 22 p. 55, 26 -o mea (antea: si ⟨cui⟩ dedero eleemosynam). CYPR. epist. 65, 3 stipes et -es et lucra. FELIX Cypr. epist. 79 accepimus -is nomine (RVFIN. hist. 5, 18, 2 sub nomine [gr. προσφορῶν. NOVELL. Maior. 7, 17 opp. extorsisse]). DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748) 25 -em ... suscipere (PS. AVG. quaest. test. I 46, 10. cf. CONC. Carth. a. 398 Mansi 3, 958^D excipiantur). AMM. 27, 3, 14 ut ditentur episcopi -bus matronarum. AMBR. Tob. 12, 40 -o ... blanda, sed immanis exactio (de pecunia faeneratoris ut: ibid. -is humanitas. ALC. AVIT. epist. 13 p. 47, 24). HIER. reg. Pachom. 16 et 18 in qua collecta offerenda est -o (PS. HIER. in I Cor. 11, 21 p. 37, 6. al. cf. PAVLA Hier. epist. 46, 8, 3 vota et -es ... deferebantur. CONC. Aurel. a. 511 p. 4, 9 conferre [al. v. etiam l. 81]). RVFIN. hist. mon. 23 p. 447^B (antea: ex collatione caritatis). AVG. op. monach. 16, 19 ex -bus ... fidelium (POSSID. vita Aug. 23 CONC. Arel. II a. 452 Mansi 7, 884^B. GREG. M. epist. 9, 75 p. 93, 8. in euang. 17, 8 ex -e f. vivimus sacerdotes). COD. Theod. 3, 5, 7 (postea: in ... donationibus). CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 324^D -es ... aut donatas aut testamentis relictas. PETR. CHRYS. serm. 103 p. 489^B nascenti regi ... publica paratur -o (antea et postea: munera). CASSIOD. var. 9, 24, 11 fidem aliqua -e lentare (de largitione corrumpentium ut: 12, 21, 4 -o maligna). CONC. Aurel. a. 549 p. 105, 5 quidquid ... aut per ... regum -em aut per ... fidelium elemosinam conlatum aut conferendum est. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^A -es direxit per ... monasteria. CIL VIII 24104, 8 (s. V in.) statuas ex -e liberalitatis familiae ... reparavit. al.

[Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de sacrificiis vel sacris* (*cf.* -o sacra *l. 15. 21. p. 76, 5. 77, 29.* CANON. Dionys. Exig. p. 30, 13, sancta *p. 76, 8,* sacrosancta *l. 81*). *coniungitur c.*: sacrificium: ITALA psalm. 39, 7 (Veron. *al.* = VVLG.) s. et -em ([*gr.* θυσίαν καὶ προσφοράν]. TERT. adv. Marc. 2, 18 p. 360, 11 s. . . . et operationum et -um. IREN. 4, 14, 3 [= 4, 25, 3 H.]. 4, 17, 1 [= 4, 29, 2 H.] holocausmata et s. et -es. 4, 19, 1 [= 4, 32, 1 H.] munera . . . et -es et s. omnia . . . accepit. CYPR. epist. 12, 2 celebrantur . . . -es et s. *al.*). 50, 21 (*ibid.*) acceptabis s. . . ., -es et holocausta. IREN. 4, 17, 3 (= 4, 29, 3 H.) non in s. nec in holocausmatibus nec in -bus (*cf.* VVLG. Dan. 3, 38 neque s., neque -o, neque incensum). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 241, 13 quo pro se -e vel s. egeret? *cf.* -o sacrificii *p. 77, 36 et* TERT. adv. Iud. 5, 1 sacrificia . . . -um (GREG. M. epist. 7, 5 p. 448, 17). victima (*v. etiam l. 19*): HIER. psalt. sec. Hebr. 40, 7 v. et -e non indiges. *cf.* -o victimarum *p. 77, 30 et* GREG. M. dial. 4, 59 p. 322, 20 victima sacrae -is (in Ezech. 1, 4, 4). hostia (*v. etiam p. 77, 54. 63*): VVLG. Hebr. 10, 5 h. et -em ([*e psalm. 39, 7, ubi* sacrificium et h.; *gr.* θυσίαν καὶ προσφοράν]. 10, 8 [*gr. ut supra*]. IGNAT. Eph. 1, 2 obtulit deo h. et -em [*gr.* προσφορὰν καὶ θυσίαν]. NICET. appell. 1). BARNAB. 2, 4 neque h. neque victimas . . . neque -es (*gr.* οὔτε θυσιῶν οὔτε ὁλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν). *cf.* -o hostiae *p. 77, 26 et* GREG. M. dial. 4, 59 p. 322, 13 hostiam sacrae -is immolavit (epist. 9, 26 p. 59, 30. *v. etiam p. 74, 51*). holocaustum (*v. etiam l. 6. 8. 9*): ENNOD. opusc. 3, 129 p. 364, 9 mysticae -is h. *cf.* -o holocausti *p. 77, 38. 54.* immolatio: GREG. M. dial. 4, 57 p. 316, 27 i. sacra -is.

α de actu et officio sacrificii (*cf.* CASSIAN. conl. 21, 22, 4 -um, id est officiorum atque actuum [*cf. l. 34*]. *ap. Christianos usurpatur de quolibet sacrificio, inde ab* OPTAT. *et* AMBR. *de sacrificio missae [iuxta* missa PEREGR. Aeth. 27, 7. 8. 29, 3. 35, 1. *v. etiam l. 42]. cf. Schrijnen, Charakt. d. altchr. Lat. 38. dedimus fere non nisi exempla ad vim actionis demonstrandam idonea. v. etiam p. 76, 5*): ① *iuncturae verbales*: -em (-es) facere (fieri): TERT. coron. 3 l. 22 pro defunctis, pro nataliciis (CYPR. epist. 1, 2 pro dormitione . . . -o aut deprecatio [*antea*: nec sacrificium pro d. eius celebraretur]). adv. Marc. 4, 35 p. 542, 2 veram . . . deo . . . -em, gratiarum scilicet actionem (IREN. 4, 18, 4 [= 4, 31, 3 H.]. PALLAD. hist. mon. I 20 p. 299^{B} [*gr. p. 97, 17* προσφορὰν ἐπιτελεσθῆναι]. *cf.* PS. PHILO antiq. 13, 5 facietis mihi -em pro fructibus vestris. VVLG. num. 15, 3 feceritis -em domino in holocaustum aut victimam). CLEM. ad Cor. 40, 2 -es et ministeria . . . iussit fieri (*gr.* τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας). 40, 4. IREN. 4, 18, 6 (= 4, 31, 5 H.) dedit populo praeceptum faciendarum -um. PEREGR. Aeth. 3, 6 lecto . . . loco . . . de libro Moysi et facta -e (*abl. abs. ut*: 4, 4. 38, 2 f. -e fit missa). 4, 8 quia iam sera erat, -em facere non potuimus. *ibid.* rogavimus presbyteros, ut . . . ibi fieret -o, sicut et facta est. 5, 10 ad -em faciendam. *saepius.* CANON. Turner II 2 p. 179, 55. *al.* *alia*: AMBR. epist. 61, 4 -em et gratiarum actionem . . . celebrari domino (in psalm. 118 serm. 8, 48, 2 canendi hymni, celebranda -o. LEO M. serm. 36, 1 PRAEDEST. 1, 28 p. 597^{A} [*inde* ISID. orig. 8, 5, 22; *cf.* 12, 1, 9] de fructibus terrae. *al. v. etiam e. g. l. 8. p. 77, 47. 72*). VVLG. III Esdr. 5, 52 -es institutas et hostias sabbatorum. PEREGR. Aeth. 27, 6 omnia aguntur . . . praeter -o. AVG. conf. 5, 9, 17 nullum diem praetermittentis -em ad altare. SACR. Leon. 771 ut . . . expleatur -o (*cf.* PASS. Matth. 30 percomplete -es vestras [*gr.* οὐ διαλείψετε τὰς προσφοράς]). LIB. pontif. p. 157, 3 instituit, ut -em (*pro nom.*) . . . ministraretur. PASS. Petr. 10 (*loq. martyr moriturus*) nolite . . . -em meam impedire. *al.*

Ⓘ *iuncturae praepositionales notabiliores*: in *c. abl.*: ITALA num. 31, 52 (Lugd., Monac.) aurum in -e quod obtulerunt ([*gr.* ἐγένετο . . . τὸ χρυσίον τὸ ἀφαίρεμα, *Vulg. aliter*]. VVLG. lev. 2, 13 in omni -e offeres sal. VEREC. in cant. 4, 11 p. 59^{A} *bis*). CYPR. epist. 63, 15 in -bus discit de sanguine *Christi* . . . et cruore confundi (*cf. Marc. 8, 38*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 30 l. 46 sicuti . . . in -e dicitur: *'eqs.'* (HIER. epist. 18^{B}, 1 [17], 4 in orationibus et -bus). HILARIAN. curs. temp. p. 168, 7 in -bus suis domino servierunt *Iudaei* (VVLG. Is. 43, 23). AMBR. epist. 20, 5 orare in . . . -e. VITAE patr. 3, 163 nemo super me faciat caritatem nisi in sola -e. *al.* *alia*: AMBROSIAST. in I Cor. 10, 7 post -em (AVG. epist. 54, 5, 6. VITAE patr. 3, 166 cum . . . p. -em consecratam unusquisque ad communionem accederet. *v. etiam p. 74, 58 et cf.* EVCHER. instr. 1 p. 127, 13 ante dominicam -em). VVLG. lev. 14, 21 assumet *pauper* agnum pro delicto ad -em (AVG. epist. 54, 7, 9 occurrere).

Ⓘ *varia selecta*: ITALA psalm. 140, 2 (cod. 136 Cas.) -o vespertina ([*gr.* θυσία, *Vulg.* sacrificium]. *cf.* VVLG. exod. 29, 41 iuxta ritum matutinae -is). TERT. anim. 52, 2 ex -is (*sic c. codd. Waszink*, abolitionis *Hartel*, orbitationis *Reiffersch.-Wiss.*) potestate. IREN. 4, 18, 6 (= 4, 31, 5 H.) illuc *in caelum* . . . preces nostrae et -es nostrae diriguntur (*cf.* PEREGR. Aeth. 4, 3 -em et orationem [PAVL. NOL. epist. 42, 3. *v. etiam p. 76, 19. 30*]. MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 8 l. 2 orationem -is [*ibid.* l. 34]). OPTAT. 6, 1 p. 144, 1 antiquis -bus. AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 18 insincerae -is. obit. Valent. 56 animam . . . -bus prosequamur (*per abl. item*: 78 vos -bus frequentabo. AVG. civ. 19, 23 p. 399, 9 D. celebramus [c. Faust. 20, 18 p. 559, 13 sacrosancta -e. *al.*]. CASSIAN. inst. 10, 22 sacrificium . . . -e . . . offerre. CONC. Aurel. a. 511 p. 6, 5 quae in altario -e fidei conferuntur. *al. sim.*). HIER. reg. Pachom. 15 (14) in . . . -is tempore. EPIST. pontif. 293 Migne 29 p. 496^{C} servientes sacris -bus *sacerdotes* (*cf.* MAX. TAVR. serm. 61^{b}, 3 M. [*de Christo*] sacerdos -is). SACR. Leon. 53 suscipe . . . preces . . . et . . . -is obsequium (*cf. p. 77, 42*). 1082 -is effectus. CASSIOD. Ios. antiq. 12, 10 patriam -em servare (*gr.* τὴν πάτριον ἀγωγὴν τῶν ἐθῶν). GREG. M. dial. 4, 60 p. 323, 12 in . . . mysterio sacrae -is.

β de ipso sacro (*metonymia hic illic parum certa, ita ut quaedam fortasse ad α pertineant*): ① *iuncturae verbales*: -em (-es) offerre: ITALA Ezech. 44, 13 (Ps. Cypr. ad Novat. 2) nec offerunt -es sanctas filiorum Israel (*gr. et Vulg. aliter*). act. 7, 42 (Iren. 4, 15, 1 [= 4, 26, 1 H.]) sacrificia et -es . . . mihi (*gr.* σφάγια καὶ θυσίας, *Vulg.* victimas aut hostias). IREN. 4, 18, 1 (= 4, 31, 1 H.). 4, 18, 4 (= 4, 31, 3 H.). CYPR. epist. 34, 1. PS. PHILO antiq. 18, 10 aedificavit sacrarium et obtulit -es. HIER. c. Lucif. 5 sacerdos . . . offert -em suam. VVLG. exod. 30, 9 -em et victimam. num. 7, 10 obtulerunt . . . -em suam ante altare (*cf.* deut. 12, 27 offeres -es tuas carnem et sanguinem super altare. ISID. orig. 6, 19, 24 altari). 28, 2 -em meam et panes et incensum. 28, 8 -em suavissimi odoris. I reg. 10, 8 ut offeras -em et immoles victimas. Mal. 1, 11 offeretur . . . -o munda. *saepius.* PEREGR. Aeth. 35, 2 fit oratio et offeret episcopus . . . -em et communicant omnes. MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 3 p. 313/4 animam tuam -em offers (*gr.* θῦμα). FACVND. defens. 6, 5 p. 677^{A} -es sacrilegas. *alia*: ITALA num. 15, 19 (Lugd.) de panibus terrae auferetis -em separatam ([*gr.* ἀφαίρεμα, *Vulg.* primitias]. *cf.* VVLG. IV Esdr. 1, 31 attuleritis [LIB. iubil. 49, 9 CAES. AREL. serm. 1, 12 p. 11, 23]. Ier. 17, 26 inferent. AVG. epist. 111, 8 p. 655, 2 ferre. CASSIAN. inst. 7, 17, 3 deferri [SACR. Leon. 365. *al.* GREG. M. dial. 2, 23 p. 115, 5]. EVCHER. form. 3 p. 17, 1 conferantur). II par. 29, 29 (Complut., *cf.* VVLG.) consummaberunt inponentes -es ([*gr.* συνετέλεσαν ἀναφέροντες]. PS. AVG. quaest. test. I 46, 6 super altare. *cf.* VVLG. num. 5, 18 ponet [Ezech. 42, 13 pro peccato et pro delicto]). psalm. 55, 12 (cod. 136 Cas.) vota mea reddam -es tibi ([*gr.* αἱ εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι, *Vulg.* reddam laudationis tibi]. TERT. castit. 11 l. 8 pro qua *uxore mortua* -es annuas reddis. *cf.* GREG. M. dial. 2, 23 p. 115, 13 dedit [ORIG. in Matth. 17, 9 p. 609, 14. VITA Melaniae (BHL 5885) 56 pro eo *avunculo mortuo*]. CONC. Carth. a. 419 Mansi 4, 412^{E} contradat). TERT. patient. 5 p. 8, 14 -es . . . recusatas. CYPR. epist. 65, 4 sanctificari (*cf.* SACR. Leon. 500 sacranda. 1017 dicatae . . . -is [*al.*]. SACR. Gelas. 3, 67 p. 734 immolanda. ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 38 consecranda [VITAE patr. 3, 166. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 363^{D}, *gr.* λειτουργῆσαι. *al.*]). HIER. in Is. 43, 22 p. 433^{A} non exegi a te -es nec tua quaesivi. PS. HIER. indic. de haer. 9 contingens singulas -es. VVLG. num. 6, 21 cum voverit -em suam domino (SERM. Arian. frg. 7 AVG. epist. 149, 2, 16 p. 363, 2. *al.*). Sirach 35, 1 multiplicat ([*gr.* προσφοράς]. *cf.* 50, 15 amplificare. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 13 p. 633^{E} duplicata). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 413 collocasse (*gr.* ἀναθήματα). AVG. civ. 15, 7 p. 69, 19 D. accipere (*al. cf.* PS. AVG. quaest. test. I 46, 10 susciperent [*al.*]. CONC. Carth. a. 419 Mansi 4, 412^{D} -e percepta). SACR. Gelas. 3, 1 p. 687 assume. *al.*

Ⓘ *varia selecta*: ITALA gen. 4, 4 (Tert. adv. Marc. 2, 22 p. 365, 16) ad -es Abelis advertit *deus* et holocausta Noe odoratus est ([*gr.* ἐπὶ τοῖς δώροις, *Vulg.* munera]. *cf.* VVLG. Sirach 34, 23 nec respicit in -es iniquorum [*gr.* θυσιῶν]). num. 15, 20 (Lugd.) panem -is separabis ([*gr.* ἀφαίρεμα, *Vulg.* primitias]. *cf.* VVLG. Ezech. 40, 43 carnes -is). Rom. 15, 16 (cod. d *al.* = VVLG.) ut fiat -o . . . accepta ([*gr.* ἡ προσφορά]. PELAG. in Rom. 15, 25 p. 119, 14. *al. v. etiam l. 45 sq. cf.* HIL. myst. 1, 7, 1 placita. SACR. Leon. 19 grata [*al.*]). TERT. carn. 2 l. 12 sumptu -is (*cf.* HIL. in Matth. 32, 6 in -um pecunia). IREN. 4, 18, 2 (= 4, 31, 1 H.) genus -um. OPTAT. 3, 3 p. 76, 9 de . . . -bus . . . accipere (*cf.* CANON. Dionys. Exig. p. 41, 20 de -e percipere). PRISCILL. tract. 6, 93 in -es suas . . . formas pecorum . . . poscit *Christus* (VVLG. lev. 3, 3 offerent de hostia pacificorum in -em domini adipem. 3, 5 adolebunt . . . in -em suavissimi odoris. num. 8, 15 consecrabis eos in -em domini. 15, 10 dabis). FILASTR. 141, 4 -is spiritalis (PALLAD. hist. mon. I 5 p. 266^{D} spiritualis [*gr.* προσφορῶν]). VVLG. lev. 3, 1 si hostia . . . fuerit eius -o (3, 12 si capra f. e. -o). AVG. civ. 10, 20 p. 433, 24 D. et sacerdos est, ipse offerens, ipse et -o (*de Christo ut*: in psalm. 64, 6 l. 48 *v. p. 78, 84.* FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 6 p. 759^{B}). MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 3 p. 313/4 sunt etiam aliae -es, quae . . ., martyrum corpora.

γ specialia: ① *de ipsa voluntate offerendi* (*vix ad II*): HIL. in psalm. 1, 24 cum se per -em Isaac fidelem . . . probasset (*sc. Abraham ut*: AVG. civ. 16, 32 p. 175, 22 D. per -em immolandi probatus est filii). Ⓘ *de eucharistia vel eucharistiae sacramento* (*gr. resp.* προσφορά. *minus certa dedimus sub β*): LIB. pontif. p. 46, 7 -es consacratas *per ecclesias dirigere* (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 16, 37 -es . . . suis manibus faciens locis venerabilibus . . . dispensavit). CANON. Turner I 1 p. 132/3 (rec. I) -is vel communionis . . . particeps factus *moriturus* ([rec. II c. . . . et -e. rec. III eucaristia . . . et -e]. II 1 p. 74^{b}, 7 cum -e [*opp.* ad solam c. p. 96^{a}, 20 cum -e ad c. suscipiantur]. p. 78, 9 c. sine -e. *cf.* p. 21^{b}, 16 communicent sine -e [p. 72^{a}, 13]). p. 133^{a}, 11 episcopus . . . ei -em tradat (*p. 133^{b}, 14* impertiatur eucharistiam). II 1 p. 97^{a}, 1 -is sacramenta percipiant (p. 97^{b}, 1 contingant). GREG. TVR. Franc. 7, 22 altarium cum -bus pallio . . . coopertum. *al.*

2 *de tributis obligatoriis, conlationibus sim.* (*cf. etiam p. 73, 76*): SYMM. epist. 2, 57, 2 -em faciendam scriptis . . . indicavit *praefectus*. 6, 12, 1 praefectus urbi . . . -em communem populo publicavit (*antea*: con-

[Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lationem senatus). 6, 12, 4 subsidia annonae in dies viginti -o prorogavit. Ps. Ascon. Verr. p. 258, 18 omne genus pensitationis ...: canonis, -is, indictionis. Vvlg. 1 Macc. 15, 5 statuo tibi omnes -es, quas remiserunt tibi ante me ... reges (*gr.* ἀφαιρέματα). Cod. Theod. 12, 13, 3 ad -em (*sc. aurum coronarium*) ... adtineatur (*cf.* 13, 1, 7 ad -is obsequia adstringantur [*antea*: ad necessitatem conlationis artentur]). 13, 5, 5 a conlationibus et omnibus -bus liberati (13, 5, 17 ab omnibus operibus et muneribus et c. et -bus subleventur *navicularii*). Novell. Theod. 18 pr. vicaria -e. *al.*

3 *syntactica* (*ad 1 et 2*): **a** *indicatur, quid offeratur* (*sed v. l. 48*): α *gen. obi. vel explic.* (*v. etiam p. 74, 54. 58 et cf. e. g. p. 74, 24. 78, 22*): ① *corporaliter* (-o hostiae spiritalis *l. 28*): Vlp. dig. 5, 2, 8, 10 -o ei fiat eius, quod relictum est. Tert. adv. Marc. 5, 9 p. 604, 1 accepta decimarum -e (Vvlg. num. 18, 24). praescr. 40 l. 8 celebrat *diabolus* ... panis -em (Conc. Matisc. a. 585 p. 166, 24 -o ... offeratur tam p. quam vini. Isid. alleg. 19 p. et vini). virg. vel. 13, 4 -em deo offerimus ipsius corporis et ipsius spiritus (Hil. in psalm. 65, 24 c. suorum *sc. martyrum*. Vvlg. Hebr. 10, 10 Christi [*gr.* προσφορᾶς]. Leo M. serm. 59, 7 [*de sacrificio missae*] c. et sanguinis [Prosp. in psalm. 132, 2 Fvlg. Rvsp. epist. 14, 44 p. 432^{C}]. *cf.* Hier. hom. Orig. in Luc. 14 p. 89, 7 carnis). Itala exod. 39, 2 (Monac.) argenti (Cod. Theod. 13, 1, 8 si ... ad auri a.que detineantur -em. *cf.* Hil. in Matth. 17, 10 didrachmae. Rvfin. Orig. in exod. 13, 2 p. 272, 6 *et* 8 aeris. Cod. Theod. 11, 1, 5 ad -em pecuniarum ... urgueri [Iust. 10, 16, 5 functionum publicarum]. Alc. Avit. epist. 6 p. 33, 21 [*ad Luc. 21, 1/2*] numi duplicis). Victorin. Poetov. in apoc. 5, 2 p. 64, 19 hostiarum (Clavd. Don. 9, 625 p. 269, 28 Ps. Rvfin. in Os. 4, 6 p. 984^{B} *bis*. Leo M. serm. 66, 2. Sacr. Leon. 201 h. spiritalis -e. Greg. M. dial. 4, 57 p. 315, 4 sacra -o h. salutaris. *al. cf.* Ps. Rvfin. in Os. 8, 11/14 p. 1004^{C} victimarum [*al.*]). Priscill. tract. 6, 95 pecorum (*cf.* Vvlg. Sirach 46, 19 agni [*gr.* προσφορᾷ]. Svlp. Sev. epist. app. 2 animalis [*i. virginis*]. Cod. Theod. 6, 26, 3, 1 equorum [*antea*: equorum ad militare subsidium ... venire iussorum. 7, 23 tit.]. Fvlg. Rvsp. serm. 12, 7 *et* 8 avium). Priscill. tract. 6, 101 terrenae nativitatis (*cf.* Canon. Turner II 2 p. 192, 1 fructuum). Clavd. Don. Aen. 1, 330 p. 70, 13 sacrificiorum (p. 70, 17. Vvlg. lev. 2, 1 obtulit -em s. Avg. c. Faust. 20, 21 p. 562, 27 Phoebad. c. Arian. 12 in gratiarum actionibus et -bus s. *et saepe. cf.* Vvlg. I par. 23, 31 holocaustorum [II par. 35, 14]). Ambr. Hel. 15 primitiarum (Avg. quaest. hept. 3, 6. *cf.* Vvlg. num. 18, 27 primitivorum [Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 4, 4]. Lib. gener. chron. I p. 136, 361 iniciarum [*v. app. crit.*]). Cod. Theod. 7, 24 tit. votorum. *al.* ② *incorporaliter* (*cf. etiam l. 17*): Tert. orat. 9 p. 187, 2 -o obsequii *Christi morientis* in voluntate (Vvlg. Rom. 15, 31 [*gr.* ἡ διακονία]. *cf. p. 76, 2*). Rvfin. Basil. hom. 2, 6 p. 1742^{A} mortis (*aliter p. 78, 34. cf.* Fvlg. Rvsp. serm. 12, 8 mortificationis). Pavl. Nol. epist. 11, 7 p. 66, 17 in immolatione ... carnis, in -e ... animae. Leo M. serm. 55, 3 per hostiam salutarem naturae humanae celebraretur -o. Cassiod. compl. in Rom. 14, 1 inediae se -e purificant. CIL X 5928, 11 ob ... honoris ... -em (*aliter p. 78, 27*). ? *gen. subi.*: Evcher. form. 9 p. 53, 19 sacrificium -o iustitiae. Avell. p. 648, 6 mentis vestrae -o et desideria. Greg. M. moral. 8, 28 humanae brevitatis consideratio ... magnae virtutis -o est. 19, 38 verae rectitudinis.

β *praep.*: Vvlg. lev. 1, 10 si de pecoribus -o est (1, 14 si de avibus holocausti -o fuit. 3, 6 si ... de ovibus fuerit ... -o et ... hostia. Ennod. epist. 4, 2, 4 p. 98, 22 si vobis cordi est -em meam de libamine caritatis accipere. Greg. M. epist. 11, 42 p. 316, 2 -em gratissimam de vitiorum correptionibus offeratis. *v. etiam p. 75, 69*). Verec. in cant. 4, 11 p. 59^{a} -o ex similagine vel panibus offerebatur (*ibid.* -o ex panibus fit).

b *indicatur, pro quo quid offeratur* (*nisi quaedam ad c referas, e. g. l. 73 sq.*): α pro (*v. etiam e. g. p. 75, 11. 31*): Tert. castit. 11 pro qua *natura* -es ... reddis. Itala Eph. 5, 2 (cod. d *al.* = Vvlg.) tradidit semetipsum pro nobis -em et hostiam deo (*gr.* προσφορὰν καὶ θυσίαν). Hebr. 10, 18 (*ibid.*) non -o pro peccatis (*gr.* προσφορὰ περί). Vvlg. num. 5, 15 offeret -em pro illa (act. 21, 26 pro unoquoque eorum [*gr.* προσφορά]. Dionys. Exig. $Conc.^{S}$ I 5 p. 244, 6 pro se obtulit se ipsum -em. Greg. Tvr. glor. conf. 64 p. 786, 1 pro memoria viri. glor. mart. 74 p. 537, 24 pro requie. *al. cf.* Greg. M. dial. 2, 23 p. 115, 5 deferre). Avg. epist. 22, 1, 6 pro spiritibus dormientium. Greg. M. dial. 2, 23 p. 115, 15 dum -o pro eis fuisset immolata. 4, 57 p. 319, 24 impleta. Vita Melaniae (BHL 5885) ut post dormitionem meam -o pro anima mea celebretur (*gr.* ἡ προσφορὰ ὑπέρ). β *gen.*: Cassian. conl. 2, 5, 5 ut ... memoria et -e pausantium iudicaretur indignus (*cf.* Conc. Aurel. a. 533 p. 63, 13 defunctorun [a. 538 p. 81, 5 Matisc. a. 583 p. 156, 20]). Avell. p. 596, 14 (*ad Iustinum Augustum*) date ... adsumti deo ... -es imperii. Canon. Turner II 2 p. 210^{a}, 3 (rec. III) si quis ... -es et memorias eorum *martyrum* spraeverit, quae in basilicis celebrantur. Vict. Vit. 2, 51 suae salutis -em domino redditurus. Greg. M. moral. 1, 32 incarnatio *Christi* nostrae emundationis -o est. Pap. Tjäder 16, 2 quam *donationem* ... feci pro -em et remedium animae ⟨meae⟩ (17, 23. 21, 14).

c *indicatur, cui (? ubi p. 78, 1) quid offeratur*: α *gen.*: Vlp. dig. 24, 1, 5, 12 si maritus ad -em dei uxori donavit *eqs.* (*postea*: si quid ei det, ut donum deo detur). Hier. epist. 52, 5, 2 vivo de decimis et altari serviens altaris -e sustentor. Vvlg. lev. 2, 15 -o domini est *tus* (3, 11 adolebit ... sacerdos in pabulum ... -is d. 24, 7 ut sit panis in monumentum -is d. *al.*). Canon. Dionys. Exig. p. 42, 3 si quis -es ecclesiae extra ecclesiam ... dare ... voluerit *eqs.* Ennod. dict. 20, 8 p. 482, 17 unius -o numinis alteri dabit iniuriam. β in *aliquem*: Avg. catech. rud. 23, 10 praecipiebat, ut ... -es facerent in pauperes (*cf. Rom. 15, 26, ubi* collationem).

II *dicendo, scribendo, utcumque indicando* (*cf.* -o precum *p. 74, 30*): A *usu vario*: Tert. apol. 2, 9 inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quam -em (*i. delationem sim. nisi ad p. 74, 17 trahas*). Consvlt. 7a, 2 necesse est, ut ignorantia rusticitatis ... directis ... -bus (obiectionibus *vel* obviationibus *vel* allegationibus *maluit Huschke*) comprimatur *sc. praeceptis.* Evgipp. epist. 2 (*antea*: remandavit, ut *eqs.*) hac -e compulsus *eqs.* (*sc. mandatione vel petitione [vix propositione] ut*: Dynam. vita Max. [BHL 5853] 15 p. 40^{B}). *c. gen.*: Cod. Theod. 3, 16, 2 pr. (*cf.* Iust. 9, 9, 34) mulier, quae repudii a se dati -e discesserit *eqs.* Lex Burg. lib. const. 45 sacramentorum (*i. iurisiurandi*) -e negaverit.

B *de propositione vel promissione* (*cf.* Clavd. Don. Aen. 2, 145 p. 167, 3 ['noster eris'] in hac -e promissi *eqs.; distingui vid.* Cod. Iust. 5, 14, 9, 5 [*a. 468*] tempore -is seu promissionis. *v. etiam l. 14*): 1 *c. gen. obi.*: Scaev. dig. 31, 89, 1 aestimationis ... -em debere fieri (*antea*: quae proponerentur). Vlp. dig. 39, 2, 15, 33 cautionis. Porph. Hor. epist. 1, 7, 34 (*35/6* 'nec otia divitiis Arabum liberrima muto') etiam in -e (*nisi ad I referas*) Arabum divitiarum otium numquam velle mutare (*cf.* Dict. 2, 49 -e ... opum ... laetus). Paneg. 6, 16, 2 te, imperator, omnibus donis, quae ille promiserat, omnibus honorum -bus praetulerunt *milites.* Dict. 4, 14 -e desponsae Cassandrae confirmaverat *Priamus Eurypylum auxilio venientem.* Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 25, 2 adulterii -e (*var. l.* obiectione) temptatus est *Ioseph* et incitamento erilis inlecebrae. Heges. 4, 4, 3 liberali pacis -i (*gr. 4, 102* εἰρήνην χαριζομένῳ). Pavl. Nol. epist. 12, 10 ut ... -em suae abolitionis opponeret *Moyses* (*ad exod. 32, 32* ['dele me'] *ut*: Greg. M. moral. 9, 23 mortis suae -e). Cod. Theod. 10, 16, 1 nihil ... amplius flagitetur quam voluntaria fuerint pretii -e polliciti (Cod. Iust. 10, 3, 4 [*a. 290*] p. uberioris -em). Novell. Theod. 22, 2, 13 (= Cod. Iust. 10, 36, 1, 1) muneris -o (*opp.* debiti ... solutio. *cf. p. 74, 54*). Prosp. in psalm. 102, 8 omnis longitudo patientiae *dei* ... est ... -o correctionis *i. se corrigendi.* Cod. Iust. 4, 8, 2 (*a. 294*) ante -em interemptae rei furtivae (*i. 'a. -em reddendi'*). 8, 42, 9 (*a. 286*) -o debiti liberationem parit.

2 *nude*: Vlp. dig. 26, 2, 17 pr. et si ipsi *tutores* parati sunt satisdare, non debent excludi alterius -e *sc. satisdationis.* Symm. epist. 6, 57 (*antea*: 'suadeam, ut *eqs.*') data -o. Clavd. Don. Aen. 7, 270 p. 44, 14 (*de matrimonii proposito*) verecunda -o. Maximin. c. Ambr. 25 promisisti te oblaturum ... rationem: libenter itaque accepimus -em tuam. Heges. 2, 9, 1 p. 153, 4 (*antea*: finem certaminis mortem offerentes) qua -e *eqs.* 3, 18, 2 p. 220, 23 (*antea*: 'committamus sorti moriendi ordinem') fidem fecit -o (*gr. 3, 389* πιστὸς ἔδοξεν ταῦτα εἰπών). Vvlg. gen. 34, 18 (*16* 'dabimus et accipiemus mutuo filias') placuit -o (*var. l.* optatio). Cod. Theod. 5, 15, 18 ceteros -e superavit (*sc. pretii in licitatione ut*: Cod. Iust. 11, 71, 3 [*a. 400—405*] contendentium augmenta ... extendi ultra aut superari alterius -e [*var. l.* obligatione]). Cassian. conl. 13, 14, 3 (*antea*: promissionis Iesu: ego veniam et curabo eum) hanc eius -em *eqs.* Cod. Iust. 4, 24, 10, 2 (*a. 293*) vel solutione vel -e (*sc. debiti*) atque sollemni depositione. *de voto offerendi vel voluntate* (*cf. p. 76, 68*): Itala lev. 22, 21 (Wirc.) quicumque obtulerit munera sua secundum omnem confessionem suam et secundum omnem -em suam (*gr.* διαστείλας εὐχὴν ἢ κατὰ αἵρεσιν ἢ ἐν ταῖς ἑορταῖς, *Vulg.* vel vota solvens vel sponte offerens). Ambr. virginit. 2, 5 cui *Iephte* ... filia ... ignara -is occurrit (*antea*: votum vovit *Iephte*, ... ut *eqs.*).

deriv.: oblatiuncula.

oblātiuncula, -ae *f.* *ab* oblatio *demin.* *i. q. oblatio parva*: Cassian. c. Nest. praef. 2 quibus *opusculis* per ingenioli nostri -am deo sacrificavimus.

oblātīvus, -a, -um. *ab* offerre, *cf.* oblatio. [*in var. l. pro* oblaticius *p. 73, 78; var. l.* abl- Serv. Aen. 6, 194. 12, 246.]

a *i. q. ad oblationem obligatoriam pertinens* (*cf. p. 76, 82*): Symm. rel. 30, 1 -is functionibus ... domus ... obnoxia. 30, 3 -a munera soluta. **b** *i. q. forte oblatus, fortuitus* (*de auguriis. opp.* impetrativus): Serv. Aen. 6, 190 auguria aut -a sunt, quae non poscuntur, aut impetrativa, quae optata veniunt; hoc ergo, quia -um est, ideo dixit 'forte' (6, 194. 12, 246. 259 *bis*). Drac. Romul. 8, 462 te -a petunt avium responsa.

oblātor, -ōris *m.* *ab* offerre, *cf.* ablator, delator, illator *sim.* Gloss. συντελεστής. *i. qui oblationem facit*: 1 *sc. donationem, maxime sacrificium*: *c. gen. obi.*: Tert. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 14 patris deprecatorem et -em animae suae pro populi salute *sc. Christum* (*cf. l. 83*). Ambr. Cain et Ab. 2, 6, 18 condemnati -r muneris Cain (Hier. epist. 73, 2, 2 et -r munerum fuit *Iob* et sacerdos. Chromat. in Matth. 7, 3, 1 [*ad Matth. 5, 23/24*]. Epist. pontif. Thiel Gelas. 34. *v. et p. 79, 1*). Ennod. dict. 4 p. 437, 13 huius ... aedificii. Greg. M. moral. 1, 54 hostiae. *nude*: Avg. in psalm. 64, 9 l. 48 tu -r, tu oblatio (*de Christo ut*: Fvlg. Rvsp. ad Thras. 1, 12 p. $236^{B/C}$ unus

[Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

idemque et -r muneris et munus factus est -is, ut nec -r a muneris qualitate descisceret nec munus ab -is merito discreparet. *v. p. 78, 78*). VEREC. in cant. 4, 11 p. 59a adipes igni tantummodo tradebant, reliquam partem *sacrificii* sacerdos et -r vescebatur. VEN. FORT. virt. Hil. 11, 31 fidelis -is. 2 *usu vario*: SIDON. epist. 4, 6, 4 apicum (*i. epistularum*) -r (6, 8, 1). VICT. VIT. 1, 5 crudelibus tormentis -es urguebant *persecutores* (*antea*: pontifices ... et sacerdotes ... extincti sunt, ut traderent si quid auri vel argenti proprium ... haberent). PS. FVLG. RVSP. serm. 20 p. 886C (*ad IV reg. 2, 9 sq.*) pertranseunt petitor et promissor, -r et praesumptor.

deriv.: oblatorius.

oblātōrius, -a, -um. *ab* offerre (oblatus), oblator. *i. q. ad oblationem pertinens*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI b 43 impendo ... amulam -am. *Quadlbauer.*

oblātrātio, -ōnis *f.* *ab* oblatrare. [*e falsa lectione edd. vet. pro* oppositiones HIER. epist. 133, 13, 2.] *i. q. strepitus oblatrantis*: PAVL. NOL. epist. 32, 24 orationis intentio, quae ... carnalium -e quasi interstrepente malleo ... convellitur.

oblātrātor, -ōris *m.* *ab* oblatrare, *cf.* oblatratrix. *i. qui oblatrat*: SIDON. epist. 1, 3, 2 stertentum -um aures rauci voce praeconis everberat (*cf. antea*: mussitat). 4, 22, 6 colubrinis -um molaribus fixi *auctores* (*cf. postea*: vituperonum).

f. **oblātrātrix,** -īcis. *i. quae oblatrat*: PLAVT. Mil. 681 nolo mi -em in aedis intro mittere (*sc. ducens uxorem*).

oblātro, -āvī, -āre. *ab* ob *et* latrare (*prius* oblatratrix). *perf. nonnisi* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 162, 34. SYNON. Cic. p. 436, 23 obturbat. obloquitur. obstrepit. -at. obmurmurat. GLOSS. -o: καθυλάσσω, -at: obmurmurat. murmurat, obstrepit. *legitur inde a* SEN. *philos.*, SIL., SVET., APVL., TERT. [*e coni. dub. pro* obblatero *v. p. 36, 57.*]

1 *i. q. obluctando, offendendo latrare, murmurare sim.*: **a** *-are dicuntur homines eorumque affectus sim.*: *α c. dat.* (*v. et p. 80, 1*): SEN. dial. 5, 43, 1 illum -antem tibi, ... superioribus acidum et molestum. LACT. inst. 5, 4, 3 (*pendet ex l. 37*) Demetrianum ... -antem atque obstrepentem veritati (AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 35). AVG. c. Faust. 10, 3 quibus *praeceptis* eorum -at offensio. c. Iulian. op. imperf. 1, 48 mihi caecus -as. 1, 67 luminibus caelestis civitatis (*i. doctoribus ecclesiae*). *β c. praepos.*: CYPR. Demetr. 1 p. 351, 2 -antem te et adversus deum ... obstrepentem (HIL. in Matth. 6, 1 canes ... de -andi a. deum rabie gentes nuncupatae. RVFIN. apol. ad Anast. 1. AVG. in psalm. 85, 16 contradictor ... inimicus. in Rom. imperf. 11 pugnaciter. 15 a. omnia, quaecumque ... loquimur). GAVDENT. serm. 9, 15 G. contra dominum deum ... ore rabido -antes *gentiles canibus comparati* ([*sec. Matth. 15, 26*]. AVG. serm. coll. Morin p. 530, 27 c. doctrinam Christi. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 161, 10 patrem. 162, 34. CASSIOD. in psalm. 21, 17 [*Iudaei comparantur canibus*]. GREG. TVR. Franc. 4, 36 p. 169, 7). *γ absol.*: HIL. coll. antiar. p. 148, 11 -antis heresis (*cf.* LEO M. serm. 28, 4 -antium haereticorum). SYNOD. Hil. ad Const. 1, 5, 2 magis -antes quam disputantes *Arianos*. AMM. 14, 9, 1 adulatorum (*sc. dissentientium*) -antibus turmis. HIER. praef. Vulg. Dan. iudiciis -antium (*part. praes. m. pl. pro subst. ut*: AVG. anim. 1, 8, 9 [= 2, 13, 18; *verba Vincentii*]. c. Faust. 3, 2 p. 263, 10 FACVND. defens. 5, 5 p. 654D). virg. Mar. 20 p. 203D quid -as? quid repugnas? AVG. bapt. 4, 10, 16 p. 239, 24 inter alienos ... intrinsecus insidiantes et extrinsecus -antes. serm. 293, 11 a dominatu circumquaque -antium gentium. BOETH. in top. Cic. 4 p. 333, 37 -antis morsus invidiae. ENNOD. carm. 1, 6 dict. 4 p. 520, 23 -antium venena linguarum. CHRYSOST. hom. V 761A quanti -antes, quanti obloquentes (*cf. Migne gr. 52, 470* καταβοῶντας). FERRAND. epist. 1, 1 -antibus curis. *δ c. obi. int.* (*vix huc trahendum l. 52*): SVET. Vesp. 13 Demetrium Cynicum ... -antem ... nescioquid, satis habuit *Vespasianus* 'canem' appellare. TERT. resurr. 61 p. 122, 24 officia membrorum ludibriose de industria suffundendae resurrectionis -ant. AMBR. spir. 3, 13, 92 illud, quod -are consuestis. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 chartam vacuam et 'chaere' (ęre *trad.*) -ante⟨m⟩ (*Burckhardt, Briefsamml. d. Bisch. Avit. 62, 1*). *c. acc. c. inf.*: AMM. 17, 11, 4 nihil interesse -antes. *c. interrog. obl.*: PETR. CHRYS. serm. 29 p. 283C -as, cur ... bibat *Christus*.

b *-are dicuntur* canes (*c. dat. l. 71, contra l. 73*): HIL. coll. antiar. p. 177, 8 c. ... ad custodiam domus habiti ... -ant. in psalm. 120, 15 ne fur obrepat, ne c. -et, ne lupus laceret. AMBROSIAST. in Phil. 3, 2 quasi c., qui primum -ant, dehinc morsu saevo male operantur in carnem. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 7 c. nobis importunior -bat. *per comparationem* (*cf. l. 39. 42. 45. 59.*): SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 127, 1 ne ... c. haeretici ... -rent. AVG. c. adv. leg. 2, 4, 13 contra quam divinam ... vocem c. iste rabiosus -ans *eqs.* CASSIAN. inst. 1, 8 inter tot -antes vitiorum c.

c *-are dicuntur variae res*: CYPR. epist. 59, 2 p. 667, 24 incursus ... -antium fluctuum. MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 907B cum super eum *Stephanum* tortuosi lapidum vortices -rent. BRAVLIO Isid. epist. 10, 4 inter -antia ... mundi ... discrimina.

2 *i. q. latrando, murmurando increpare, offendere sim.*: SIL. 8, 249 infima dum vulgi fovet -atque senatum *Varro*. APVL. met. 6, 19, 3 *Cerberus* tonantibus -ans faucibus mortuos (*cf. de canibus*: PETR. CHRYS. serm. 124 p. 541A -antes pauperem). BACHIAR. fid. l. 166 murmurantium adversum nos ..., qui nos ... transeuntes ... -ant (nobis ... transeuntibus *Madoz c. rec. altera*). CASSIOD. in psalm. 70, 13 obloquentes ..., qui institutum rectum mordacibus solent derogationibus -are.

deriv.: oblatratio, oblatrator (-trix). *W.*

1. oblātus, -ūs *m.* *ab* offerre. *i. q. oblatio*: PS. RVFIN. in Os. 14, 4 p. 1032B huic ... vestrae confessionis -ui. SIDON. epist. 7, 9, 6 quod mihi ... paginae decretalis -u pontificis eligendi mandastis arbitrium.

2. oblātus, -a, -um *v. s.* offero. *Quadlbauer.*

oblectābilis, -e. *ab* oblectare, *cf.* delectabilis. *i. q. oblectans, delectabilis, iucundus*: AVSON. 409 p. 268, 52 P. si mihi otium fuerit, -e negotium erit ad te prolixius delirare. AMBROSIAST. in Col. 2, 8/9 quae ... cernuntur oculis, suavia et -ia videntur. EVCHER. epist. ad Val. p. 720A in praesentium rerum -i defigimus aspectu.

oblectāmen, -inis *n.* *ab* oblectare. -a- *longam esse testatur* PRISC. gramm. II 126, 2 (*inde* GRAMM. suppl. 113, 18). *vox praeter* MART. CAP. *l. 25* (*v. etiam l. 42*) *poetica.* [*in codd. confunditur c.* obiectamen, oblectamentum.]

i. q. oblectamentum, delectamentum sim. (*c. notione alliciendi l. 26. 32*): OV. met. 9, 342 carpserat ... Dryope, quos -a nato porrigeret flores (*de ipsis rebus corp. ut*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 162 sparsa -a ludo). 11, 412 sacras, hominum -a, sortes (*c. gen. eius qui oblectatur, ut*: AVSON. 417, 38 p. 278 P. -n populi). STAT. silv. 3, 5, 95 (*de regionis amoenitate*) variae circa -a vitae (*c. gen. rei, quae oblectat, ut*: MART. CAP. 9, 905 melodiae ultra cuncta rerum -a recinentes. PROSP. epigr. 42, 7 vana -a mundi. ORIENT. comm. 2, 337 spernentes blandae -a famae). Ach. 1, 185 varia -a (*v. app. crit.*) nectens *Thetidi Chiron* (*postea*: solantia curas fila). PRVD. cath. 7, 18 frequenti marcida -e scintilla mentis ut tepescat nobilis (*per abl. etiam*: ham. 311 incestans *pupula spectatorum* ... foedo -e visus [*sc. in theatro*]. 550 stulto -e libans *anima*. perist. 2, 392 mulcet -e *odor nares* [*opp.* adficit horrore]. c. Symm. 2, 145 [*de deliciis mundi*] inlecebrosus ... sapor est ... horum, quae ... miro -e mentes inplicitas vinctasque tenent).

ᴮ**oblectāmentum,** -ī *n.* *ab* oblectare, *cf.* delectamentum. *de formis*: *praevalet plur., imprimis nom. vel acc.* (*gen. non nisi* MACR. somn. *p. 81, 85*). *de differentia*: DIFF. ed. Beck p. 73, 2 -um est rei, quae oblectat, oblectatio autem administratio[nem] est oblectandi, quae se demittit in animum. *de notione*: SYNON. Cic. p. 413, 30. solacium ... fomentum. -um. lenamentum. p. 444, 25 solacium. -um. requies. GLOSS. παρηγορία. -o: delectamento. *legitur inde a* CIC., LIV., *utroque* SEN., COLVM., *non ap. poetas.* [*in codd. variat c.* delectamentum AMBR. Abr. 1, 2, 4, oblectamen PS. VARRO sent. 81.]

i. quod oblectat:

1 *usu sollemni i. q. delectamentum, voluptas* (-um voluptatis *l. 52*), *deliciae* (-um deliciarum COLVM. 8, 8, 10) *sim.* (-a delectant *l. 68. p. 81, 5. usurpatur, quantum discerni potest, imprimis aut de rebus oblectantibus, tam corporeis quam incorporeis, aut de oblectandi actu. pertinet maxime ad affectum communem; ad corpus vel singulos sensus e. g. l. 57. 59. 62. 63*): **a** *c. gen. rei vel personae, quae oblectatur*: CIC. Verr. II 4, 134 (*de operibus artis*) haec -a et solacia servitutis. Cato 52 senectutis requiem -umque (*antea*: delectatione). SEN. dial. 1, 2, 8 humanae -a levitatis (*de theatro ut*: AVG. civ. 2, 13 p. 68, 18 D. ad -um voluptatis humanae. OROS. hist. 4, 21, 5 libidinis). 6, 12, 2 catulos avesque et frivola animorum -a. benef. 7, 1, 7 (*de speculationibus*) -a otii sunt. epist. 104, 11 quos *homines* amas quosque -a vitae putas esse (TAC. ann. 16, 18, 1 illi *Petronio* dies per somnum, nox officiis et -is vitae transigebatur. *aliter p. 81, 4*). 108, 6 aurium (MAR. VICTORIN. gramm. VI 160, 13 sive ... ad delenimentum animorum sive ad -um a. seu levamen laborum. AVG. conf. 10, 33, 50). PLIN. nat. 21, 68 gulae (HIER. hom. Orig. in Ezech. 7, 3 p. 393, 9 illecebras escarum aucupes proponunt, ut facilius aves capiant per -um g. PS. AVG. serm. 247, 3). IVST. 30, 1, 9 nervorum -a modulatur *rex*. OROS. hist. 6, 1, 1 corporis (*cf.* LEO M. serm. 49, 4 carnis [*v. etiam p. 81, 43*]). *ipsorum animantium*: CIC. parad. 38 non ut vincla virorum sint *opera artis*, sed ut -a puerorum. COD. Iust. 1, 3, 26 (*a. 459*) quae *aedificia sim.* ... ad populi -a constructa sunt.

b *c. gen. rei, quae oblectat* (*c. notione alliciendi ex. gr. l. 75. 80. 83*): CIC. Cato 55 permulta -a rerum rusticarum (*antea*: res rusticae laetae sunt, delectant. CASSIOD. inst. 1, 29, 1 -a ... praesentium r.). LIV. 39, 6, 8 psaltriae sambucistriaeque et convivalia alia ludorum -a (*cf.* TAC. ann. 14, 21, 1 non abhorruisse *maiores* spectaculorum -is. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 7 p. 1181A visionum). TAC. dial. 14, 3 eruditionis ac litterarum iucundissimum -um (*cf.* OROS. hist. 2, 18, 5 fabularum. BOETH. cons. 4, 6, 6 W. si te musici carminis -a delectant). ITALA Matth. 13, 22 (cod. k) sollicitudo saeculi et -um divitiarum (*gr.* ἀπάτη τοῦ πλούτου, *aliae vers.* voluptas, seductio, *Vulg.* fallacia). LACT. opif. 1, 6 ne -a ista terrae pro magnis ... bonis habere te credas, quae *eqs.* (*cf.* PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 20, 3 mundi [ISID. sent. 3, 22, 1 -is]). HIL. in Matth. 3, 3 eam ... in tentando conditionem operis proposuit diabolus, per quam ... -o cibi patientiam esuritionis illuderet. in psalm. 138, 26 in ... passionis -is atque deliciis. PS. AVG. quaest. test. II nov. 61 p. 447, 5 per -a luxuriae et mundana dulcedine. SACR. Gelas. 1, 84 p. 606 mundanae sapientiae -a fallacia. SACR. Greg. 84, 1 contra -a peccati ... persistere. PROSP. in psalm. 136, 8/9 in -is Babylonis demo-

[*Detrich*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rantes. EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 11 aurum ... coloris sui magna nobis -a largitur. SALV. gub. 1, 12 praesentis fidei -a ... et beatitudinis futurae praemia. SIDON. epist. (carm. 22), 2 triumphi. MAX. TAVR. serm. 53 p. 640^{C} declinantes vana mundi et brevissimae huius vitae -a calcantes (ISID. sent. 3, 1, 12 nulla -a praesentis v. delectant. *aliter p. 80, 55. cf.* GREG. TVR. vit. patr. 10, 2 huius saeculi). *al.*

c in *aliqua re*: SEN. epist. 9, 7 in opere suo occupata sollicitudo ingens -um habet in ipsa occupatione. GELL. 9, 9, 15 studia atque -a in venando Dianae.

d *nude*: SEN. contr. 2, 1, 13 adversum naturam alieno loco aut terra aut mare ... aegris -a sunt. 9, 2, 8 terrorem ... non -a. SEN. dial. 9, 10, 1 -a et remissiones et voluptates. epist. 58, 25 animum ... -is reficere. 108, 15 nec ... cibi, sed -a sunt ad edendum saturos cogentia. 117 philosophiam -um facere, cum remedium sit. PLIN. nat. 21, 86 (*de herbis quibusdam*) verius -a quam cibos. QVINT. decl. 388 p. 436, 20. TAC. ann. 14, 16, 2 vultu ... tristi inter -a regia (*i. inter spectacula ut*: CAES. AREL. serm. 134, 1 p. 526, 15 non solum luxuriosa, sed etiam crudelia -a). SVET. Aug. 71, 1 lusit *aleam* ... -i causa (*cf.* GELL. 16, 6, 1 -i gratia). GELL. praef. 19 alia ... -a quaerant *legendi voluptatum ignari*. PS. CYPR. singul. cler. 7 p. 180, 10 feminam suis -is *adsumere* (*antea*: desiderio ..., visu, conloquiis, coniunctione *feminae* ... oblectatur. *cf.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 59 necessaria -a *coeundi*). SOL. 9, 14 in usum -i ... tenuit *Perdicca fidicines* (*cf.* MACR. somn. 2, 3, 7 ita delenimentis canticis occupatur, ut nullum sit tam immite ... pectus, quod non -orum talium teneatur affectu). PS. AVG. serm. 54, 1 nec exsultavit in aliqua -a, quae mundi sunt. *al.* *attributa notabiliora*: SEN. dial. 11, 5, 5 falsa et mobilia -a (*opp.* solidae voluptatis). epist. 23, 3 dulcissima. 59, 15 fallacia et brevia (*v. etiam p. 80, 83 et cf.* AMBR. in Luc. 7, 218 diuturna -a esse non possunt). IREN. 4, 2, 4 (= 4, 3, 2 H.) in saecularibus -is ([*antea*: deliciis, *postea*: voluptatibus]. AMBR. Abr. 1, 2, 4 AVELL. p. 35, 13). POMER. 3, 26 carnalia. GREG. M. in euang. 8, 2 terrena. *formulae*: SEN. dial. 11, 18, 3 in auxilium et in -um (benef. 5, 12, 2 in -um ac iocum. epist. 86, 9 in usum, non in -um. SVET. Tib. 72, 2 erat ei in -is serpens draco. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 88, 20 ad -um [*v. etiam p. 80, 52. 58. 65*]). benef. 6, 1, 1 quaedam et, dum quaerantur, -o sunt et quaesita usui (*per dat. fin. ut*: AMBROSIAST. in Rom. 5, 3 quae -o s. 7, 7 -o est. in I Cor. 4, 9 his apostolorum iniuriae -o sunt. HIL. AREL. vita Honorat. 17 l. 18 eorum ... gratia -o omnibus erat).

2 *subauditur notio alliciendi, illiciendi, seducendi* (*v. etiam p. 80, 67. ambigua dedimus sub 1*): CYPR. epist. 11, 7 ne -is et inlecebris nos suis terra decipiat (MART. CAP. 1, 7 ne ullum tempus sine i. -isque decurreret *eqs.* DYNAM. vita Max. [BHL 5853] 12 calcatis carnis -is et i.). LACT. inst. 6, 22, 5 cavenda sunt ... -a ... tamquam laquei et plaga (*antea*: inlecebrae ... voluptatum, blandimentis et suavitatibus *sim.*). COD. Theod. 15, 9, 2 ut ludorum ... intersint *iudices* festivitati et -is favorem eliciant populorum. GREG. M. in euang. 33, 2 (*de capillis, oculis sim. Mariae Magdalenae*) quot ... in se habuit -a.

oblectāneus, -a, -um. *ab* oblectare. *i. q. oblectans, oblectamentum praebens*: INSCR. Gruter p. 304, 1 si quid -um apud manes est (*postea*: oblectare. *cf. p. 332, 1* si quid oblectamenti apud vos est, manes).

oblectārium, -ī *et* oblectārius, (-a, -um) *v. vol. V 2, 328, 11sq.*

ᵃ**oblectātio,** -ōnis *f.* *ab* oblectare, *cf.* delectatio. *de origine*: DON. Ter. Andr. 912, 1 'lactas': hinc etiam -o dicitur. *de differentia*: DIFF. ed. Beck p. 73, 2 *v. p. 80, 36.* GLOSS. παρηγορία. ἀπάτη, τέρψις. *legitur inde a* CIC. de orat., *utroque* SEN., QVINT. decl., TAC., *in poesi non nisi ap.* AVSON. Mos. 348 *v. p. 82, 28.* [*confunditur c.* oblatio *p. 82, 32. 33. conicitur pro* obiectatio *vel* obiectio MART. CAP. 9, 924 *v. p. 60, 44.*]

i. q. actio oblectandi vel res oblectans vel status eius, qui oblectatur: **1** *usu sollemni i. q. delectatio, voluptas* (*?* -o voluptatum CIC. Att. 4, 191 [*sed v. app. crit.*]), *deliciae* (-o deliciarum PROSP. in psalm. 138, 11/12 [*cf. Aug. in l.* deliciarum delectatione]) *sim.* (*inter vim transitivam sc. actionem oblectandi vel rem oblectantem et mediopassivam sc. ipsum animi affectum vix discerni potest. pertinet maxime ad affectum communem; ad singulos sensus e. g. l. 74. p. 82, 15. 19. 25*): **a** *c. gen. rei vel personae, quae oblectatur* (*v. etiam l. 83*): CIC. de orat. 1, 118 in quibus *artibus* non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam -o (off. 2, 6 requiesque curarum. VVLG. II Macc. 2, 25 SALV. gub. 3, 29. *cf.* CONSVLT. Zacch. 3, 6 p. 109, 2 mentium). fin. 5, 53 non solum beatae vitae ... -em ..., sed etiam levamentum miseriarum. ac. 1, 11 *philosophiam* doloris medicinam ... et otii -em. PRISCILL. tract. 10 p. 99, 16 ventris et gutturis. *animantium*: CIC. off. 2, 15. qui ... aegris subveniret⟨ur⟩, quae esset -o valentium ..., nisi *eqs.*? SEN. epist. 104, 22 in -em audientium verba iactare. QVINT. decl. 388 p. 440, 11 quae *avia* maiorem temporum partem huius *nepotis* -e consumpsit. APVL. met. 11, 9, 1 inter ... -es ludicras popularium. TERT. spect. 1 p. 1, 14 nec ... deum offendi -e hominis (*antea*: solacia ... oculorum vel aurium). AVSON. 318 p. 21, 9 P. viventium.

b *c. gen. rei, quae oblectat* (*c. notione alliciendi e. g. l. 84. p. 82, 5*): CIC. Tusc. 5, 66 mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum -e sollertiae (*nisi ad a referas*). APVL. met. 5, 2, 1 invitata Psyche ... locorum -e propius accessit. ITALA Marc. 4, 19 (cod. e) -es saeculi (*gr.* ἀπάτη τοῦ πλούτου, *aliae vers.* delectationes, inlecebras *al.*, *Vulg.* deceptio divitiarum. *cf.* CASSIOD. in psalm. 127 concl. de mundi -e). HIL. in Matth. 10, 23 in omnium vitiorum -e (in psalm. 52, 2. POMER. 3, 17, 2 [*opp.* puris delectationibus]). TRACT. Pelag. 4 p. 98, 2 muliebri fallacia ... Adam per letalis cibi -em consensus facilitate prosternitur. PRIMAS. in apoc. p. 902^{B} rerum sensibilium.

c *usu vario*: CIC. de orat. 2, 33 tanta -o est in ipsa facultate dicendi, ut *eqs.* (nat. deor. 1, 22 quae ista *varietas ornamentorum naturae* potest esse -o deo? [*praedicative item* LAMPR. Alex. 41, 5 summa illi -o fuit, ⟨ut⟩ *eqs.*]. LACT. inst. 3, 7, 1 in illa *philosophiae parte* ... sola -o est, in hac etiam utilitas). rep. 1, frg. 1 e vereor, ne non tantum videatur *disputatio* utilitatis adtulisse negotiis hominum, quantam -em otiis (TAC. ann. 4, 33, 3 minimum -is. *cf.* SEN. dial. 9, 2, 9 -bus, quas ipsae occupationes ... praebent). ac. 2, 127 indagatio ipsa rerum ... habet -em (AVSON. 419, 13 p. 372, 494 P.). Tusc. 1, 62 auribus -o magna parta est inventa ... varietate ... sonorum. nat. deor. 2, 148 ad -em (*opp.* ad usum). 2, 150 haec *ars sim.* -is, illa *agricultura* necessitatis (*per gen. qualit. sim. etiam*: TAC. ann. 4, 14, 3 Oscum ... ludicrum, levissimae apud vulgum -is. CAES. AREL. serm. 115, 5 tubae sonus non tam -is esse soleat quam terroris). Lael. 103 requies plena -is fuit. SEN. epist. 16, 3 ut cum aliqua -e consumatur dies. TAC. Germ. 33, 1 -i oculisque ceciderunt *milia Germanorum*. PLIN. epist. 7, 4, 4 oratores hoc studii genus ... in -bus habuisse. 9, 25, 2 -em ... petere (LACT. inst. 3, 16, 5 [*opp.* utilitatem]). TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 22 -o et exultatio in iocunditate. CYPR. hab. virg. 19 oculos ... turpi -e *polluere*. PRISCILL. tract. 9 p. 90, 17 humana natura facilius -e quam labore suadetur. AVSON. 338, 2 p. 156, 15 P. maiorem molestiam capias ... quam -em. Mos. 348 cultusque nitorque *locorum* allicit et nullum parit -o luxum. CLAVD. DON. Aen. 1, 460 p. 93, 13 propter -em suam pingerent *fabulas*. VVLG. Sirach 2, 9, in -e (*var. l.* in -em) veniet vobis misericordia ([*gr.* εἰς εὐφροσύνην]. 6, 29 convertetur *sapientia* tibi in -em [*gr. ut supra*]. 35, 20 qui adorat deum, in -e [*var. l.* oblationem] suscipietur [*gr.* ἐν εὐδοκίᾳ]. 37, 4 coniucundatur in -e [*var. l.* oblatione, *gr.* ἐν εὐφροσύνῃ]. GREG. M. moral. 20, 33 in -e infima ... conversatur. *aliter l. 23*). 30, 16 (*syn.* gaudium, *gr.* εὐφροσύνη ... χαράν). CONSVLT. Zacch. 1, 19 p. 24, 29 manna et caelesti -e ... refecti. COD. Theod. 12, 1, 169 sub hac -e (*sc. pecuniae donatione*) populus sua tristitia consoletur. OROS. apol. 31, 5 (*syn.* iucunditate). SACR. Leon. 620 (*syn.* delectatione). *al.*

2 *subauditur notio alliciendi, illiciendi, seducendi* (*v. etiam p. 81, 81*): HIL. AREL. vita Honorat. 6 l. 3 -bus provocare (*postea*: inlicere, voluptatibus inretire). CASSIOD. in psalm. 118, 110 illud efficacius decipit, quod aliqua -e blanditur (*antea*: neque ... laqueus capit avem, qui non habet escam). VITAE patr. Iurens. 1, 17 (*ad diabolum*) cor meum ... nequaquam aut -e corrumpere aut terrore poteris enervare. PASS. Rogat. 4 coepit ... sub blandimenti dulcedine persuasionis ... venena miscere, ut, qui virtute non cederet, -is arte colla laxaret.

oblectātor, -ōris *m.* *ab* oblectare, *cf.* 1. delectator. *de origine*: ISID. orig. 10, 199 (= GLOSS. V 88, 17) -r (*trad.* -tur, *sed cf. Lindsay, ALMA 8, 1933, 224*) quasi cum lacte, cum fraude (*affertur Ter. Andr. 648* lactasses) ..., unde et oblectare dictum est. *i. qui oblectat*: APVL. flor. 17 p. 81 ille *Orpheus* immanium bestiarum delenitor, hic *Arion* misericordium beluarum -r. TERT. coron. 8 l. 31 deo ... prospectore et instructore et -e ... hominis sui.

cf. oblectatorius.

oblectātōrius, -a, -um. *ab* oblectare, *cf.* oblectator. GLOSS. II 327, 17 -a: θελκτήρια. *i. q. oblectabilis, delectabilis*: GELL. 18, 2 tit. sophismatia et aenigmata -a.

ᵃ**oblecto,** -āvī, -ātum, -āre *et depon.* oblector, (-āri). *ab* ob *et* 2. lactare, *cf.* delectare *nec non* 1. *et* 2. delicere. *de origine* (*v. etiam supra l. 50*): PAVL. FEST. p. 27 'adlicit' est perducit aliquem in rem, dictum a verbo 'lacit', id est decipit; hinc ... inlicere et -are, id est frustrantem inducere (p. 117 'l.' inducit in fraudem; inde ... lactat, illectat, -at, delectat). DON. Ter. Andr. 648, 2 'lactare' est inducere in aliquam voluntatem, a laciendo (*trad.* lactando); unde et -are dicitur (912, 2 unde et delectare et -are dicimus). -lact- GLOSS. IV 129, 52. *al.* -lactere ISID. orig. 10, 199 *C.* NOT. Tir. 77, 90 -at. *de notione*: SYNON. Cic. 444, 13 -at. inlicit ... provocat ... inducit. implicat ... inretit. circumscribit. circumvenit. GLOSS. παρηγορῶ. delecto, consolor. -at: blandit. delectat vel blanditur. obicit. delectatione (*vel* -em) infundit. -ant: delectantur, gaudent. -are: reficere. -atur (*trad.* obiect-): amicum ('animum?' *Goetz*) pascit. *legitur inde a* PLAVTO, TER., ACC., CIC.; *ad poetas cf. Axelson, Unpoet. Wörter 106.* [*confunditur in codd. c.* obiectare: *e. g.* OV. hal. 91 FEST. p. 270. DIDASC. apost. 21, 1 (*sed v. Tidner, Komm. 146*). *e coni. parum certa*: ROMVL. epist. Aesop. (rec. W) 1. 25 (*v. Thiele in indice*).]

I *i. q. delectare*: **A** *usu sollemni i. q. gaudio sim. vel afficere vel affici* (*pressius* -are *fere i. q. delectando occupare l. 81. p. 83, 20,* se -are *fere i. q. commorari, versari p. 84, 19*): **1** *aliquem vel aliquid* (se invicem *p. 83, 29. de passivo [praeter* -andus *p. 83, 23. 33sq. 48. 59] v. p. 84, 27. pro subi. est res passim*): **a** *homines*: **α** *ipsos*: ① *absolute*: PLAVT. Asin. 370 ego illum interea hic -bo, prius si forte advenerit. TER. Phorm. 435 (*Demipho ad Phormionem*) te -et *puella*, tibi habe. ACC. trag. 344 -at spes aerumnosum hospitem. RVT. LVP. 2, 1 te rerum varietas -at (*opp.* odio est). HOR. ars 321 valdius

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *in fabulis vel doctrinis philosophorum*: α *de -e apud inferos facta* (*cf. p. 112, 7*): ① *significatur Lethe* (*ipsam -em dicit* SEN.): SEN. dial. 6, 19, 4 cogita ... nullas imminere mortuis tenebras ... nec -em amnem (*cf.* LACT. inst. 7, 22, 16 -is amnem). LACT. inst. 3, 18, 16 o miram ... Pythagorae memoriam et o miseram -em nostrum omnium ...! sed fortasse ... gratia sit effectum, ut ille solus Lethaeum gurgitem non adtigerit nec -is aquam gustaverit (7, 22, 9). FIRM. math. 1, 2, 10 animas ... Lethaei fluminis -e purgatas. SERV. Aen. 6, 705 Lethaeus est -o, morti semper vicina. AVG. civ. 10, 30 p. 452, 17 D. ad fluvium Letheum ..., hoc est ad -em praeteritorum. MACR. somn. 1, 10, 10 -is fluvium aliud non esse adserentes, quam errorem animae obliviscentis maiestatem vitae prioris. ② *in univ.*: TERT. anim. 24, 1 (*de doctrina Platonica*) -is capacem animam. *al.* IREN. 2, 33, 2 (2, 51 H.) *Plato* -is induxit poculum (TRACT. de trin. fid. p. 195, 25). *ibid.* introeuntes animae in hanc vitam ... potantur -em (*def. Lundström, Stud. 123*; -e *edd.*). *ibid.* potata est *anima* -is medicamentum (2, 33, 3 [2, 52 H.]). ARNOB. nat. 2, 26 MACR. somn. 1, 12, 8. 9. β *transfertur ad Limiam* (*cf.* oblivia *p. 106, 79 et Schulten, RE XIII 671. RhM. 85, 1936, 328sq.*): SALL. hist. frg. 3, 44 cui nomen -is condiderant (*cf.* MELA 3, 10 cui -is cognomen est Limia). LIV. epit. Oxyrh. 8, 217 -is (-em *Grenfell-Hunt ut* perioch. 55 p. 67, 14) flumen planus trans⟨iit⟩ (FLOR. epit. 2, 17, 12). PLIN. nat. 4, 115 -is *amnis* antiquis dictus.

2 *stilistica*: **a** *determinationes*: α *indicatur, quid in -em veniat* (*gen. obi.; iuxta gen. subi. l. 29*): CIC. Verr. II 4, 79 negotii. prov. 29 eius *Caesaris* (*opp.* desiderium). fam. 6, 2, 1 tui (SEN. clem. 1, 1, 7 BOETH. cons. 1, 6, 18 W. *cf. infra l. 43 et* Ps. QVINT. decl. 18, 9 sui [TERT. ieiun. 6 p. 280, 18 LACT. inst. 7, 12, 17. 18]). *al.* VARRO rust. 2, 2, 18. LIV. 42, 5, 11 praeteritorum (APVL. apol. 94. *al.*). *al.* SEN. suas. 2, 3 fragilitatis humanae (CVRT. 4, 14, 20). 7, 8 nominis (PLIN. nat. 7, 90. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 17, 4 praeteritorum n.). VELL. 2, 58, 4 praeteritarum rerum (SEN. dial. 10, 12, 8 multarum. benef. 2, 20, 2 r. naturae aut urbis suae. PLIN. nat. 14, 142 omnium. IVV. 6, 613. *al.*). SEN. epist. 69, 2 vitae prioris (STAT. silv. 1, 4, 57 pigra -o v.). *al.* CVRT. 5, 5, 11 status prioris. PLIN. nat. 13, 105 *genti Lotophagorum* nimis hospitali advenarum -e patriae (TAC. ann. 2, 62, 3 SIDON. epist. 4, 21, 5). *al.* SIL. 11, 162 recti. STAT. Theb. 8, 669 quae tanta -o (*PC v*, -via *cett.*) luctus? *et saepius.* *c. gerund.*: GEST. Pilat. praef. cod. B describendi. β *indicatur, ubi sim. -o fiat*: ① *gen.*: CIC. Verr. I 54 (*v. p. 109, 14*) diuturnitatis (*cf.* Phil. 9, 10 posteritatis [rep. 6, 25]. Ps. AVG. serm. ed. Mai 29 *vis criminis* nec prolixitate temporis aboletur nec saeculorum -e sepelitur. COD. Theod. 6, 4, 15 pr. temporis [OROS. apol. 7, 5]). ARNOB. nat. 5, 2 altissimi soporis -e demersos. *? vice versa*: IVST. 22, 5, 12 ut terminari nullo tempore -is (-is silentio *C*, -e *E al., unde* temporis -e *Faber*; 'tempore -is *pro* -e *dictum, abundantia vere Iustinea*' *Seel*) possit gloria. ② apud: TAC. hist. 1, 21, 2 mortem omnibus ... aequalem -e a. posteros vel gloria distingui.

b *iuncturae verbales potiores*: α *nom.*: *capit sim.*: CIC. Mil. 99 vos cepit -o ([mei *add. H*]. Phil. 3, 9 off. 1, 26 LIV. 27, 13, 3. 38, 46, 12 SEN. clem. 1, 1, 7 LVCAN. 10, 403). LIV. 5, 38, 5 occupaverat. SEN. benef. 2, 20, 2 tenuit (GELL. praef. 2 PETR. CHRYS. serm. 124 p. 542^{D}). epist. 53, 5 sequeretur (76, 29 TAC. ann. 12, 37, 3). 95, 33 invasit. AVG. trin. 14, 13, 17 cuius *vitae* eas *gentes* habebat -o (POMER. 1, 17 p. 432^{C}). *obscurat sim.*: CIC. Marcell. 30 ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit -o (Phil. 9, 10. PLIN. paneg. 55, 9 arcus ... et statuas ... demolitur et obscurat -o). Deiot. 37 delebit (fam. 2, 1, 2. VVLG. *p. 109, 31. al. cf. infra l. 84*). VARRO ling. 5, 5 ademit. SALL. (?) rep. 1, 4, 1 interfecit (-cepit *Gronov. fort. recte*). LIV. 28, 29, 4 auferat omnia inrita -o. SEN. benef. 3, 32, 5 quos iam consumpsisset -o. epist. 21, 4 omnes illos ... -o ... suppressit. TAC. Agr. 46, 4 multos veterum ... -o obruit (*cf. p. 109, 3*). hist. 4, 9, 2 transmisit. PLIN. paneg. 75, 1 interciperet (*v. vol. VII 1, 2166, 4sq.*). COD. Theod. 6, 4, 15 pr. avellet. *obrepit sim.*: SEN. benef. 3, 2, 1 illum ..., cui obrepsit -o (MACR. somn. 1, 12, 8). PLIN. nat. 8, 84 subrepere (AVG. civ. 10, 3 p. 406, 9 D. *al.*). β *dat.*: LIV. 1, 31, 3 -i dederant *Albani sacra* (4, 37, 5. *al.* CAPITOL. Opil. 11, 1. *et saepius*). ITALA psalm. 9, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 4) -i habebitur mendicus (*gr.* ἐπιλησθήσεται, Veron. in -e erit, HIER. psalt. sec. Hebr. -i erit, VVLG. -o erit pauperis). ARNOB. nat. 5, 19 -i ... sacra donentur. HIER. psalt. sec. Hebr. 31, 13 traditus sum (88, 13 VVLG. gen. 41, 30. *al.* AVG. civ. 18, 31 p. 299, 9 D. COD. Theod. 4, 15 [14], 1, 1^{a}. *cf.* CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 contradit). LEO M. serm. 39, 5 p. 266^{C} mandentur. γ *acc.*: *facere sim.*: CARM. evoc. (*p. 107, 32*) iniciatis. HOR. epod. 14, 2 inertia cur ... diffuderit ... -em sensibus (*cf.* Ps. RVFIN. in Ioel 2, 24/25 p. 1047^{C} infundat). SEN. epist. 81, 28 faciat (PLIN. nat. 1, 31, 11 PORPH. Hor. carm. 2, 7, 21. VVLG. Sirach 11, 29 [*gr. 27* ἐπιλησμονήν]. *al.*). PLIN. nat. 25, 12 adferens (31, 15 TAC. ann. 14, 50, 2). PANEG. 4, 35, 1 ut numquam -em (*W*^{2}, -e *M*) gratiae obductura sit ... multitudo *beneficiorum* (*cf.* ARNOB. nat. 7, 8 inducat). ARNOB. nat. 5, 27 *hoc* -em miseriarum daret. *capere sim.*: PLIN. nat. 7, 90 ex praealto tecto lapsus ... cepit -em (RVFIN. hist. mon. 1 p. 404^{C}. *cf.* ITALA II Petr. 1, 9 [cod. h *al., cf.* VVLG.] accipiens [CAPITOL. Maximin. 17, 5. VVLG. sap. 2, 4; *gr.* ἐπιλησθήσεται]. CONC.^{S} I 2 p. 102, 30 [= I 3 vers. Tur. p. 184, 28] suscipere [*gr. I 1, 4 p. 5, 2* ἀμνηστίαν ... ἀναδέξασθαι]). QVINT. decl. 257 p. 51, 9 si amor ac fides nullam habuerint -em (CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 196, 11 CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 13/14^{a} p. 62, 25). ARNOB. nat. 2, 26 pati (LACT. inst. 7, 12, 17. 18 NICET. virg. laps. 22). HIL. in Matth. 4, 8 assumpta (*cf.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 24, 2 sumere [CASSIOD. Ios. antiq. 2, 163]). δ *abl. instr.*: CIC. Verr. II 5, 138 tegere (Cluent. 18). Phil. 1, 1 delendam *memoriam* (nat. deor. 1, 28 VVLG.

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eccles. 6, 4. *al. cf. p. 108, 50*). 14, 33 sepulta *virtus* (CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 1 OPTAT. 1, 9 p. 10, 23. *al.*). Brut. 60 *Cethegum* vetustas ... -e obruisset (fin. 1, 57. 2, 105. *cf. p. 108, 55*). rep. 5, 2 *mores* -e obsoletos. 6, 25 -e posteritatis extinguitur *sermo*. fam. 1, 9, 20 iniurias ... -e contrieram. TAC. hist. 3, 36, 1 praeterita ... -e dimiserat *Vitellius*. ann. 3, 54, 2 abolitae *leges* (AVG. civ. 1, 3 p. 7, 4 D.). ARNOB. nat. 4, 33 *hoc* ne ulla intercidat -e. CE 480, 8 nec poterit facili labium (*i. labiorum*; labsum *Bücheler*) -e perire *pignus amoris*. ε *c. praep.*: ab: CIC. de orat. 2, 7 ut laudem ... ab -e ... vindicarem. ad: TAC. ann. 15, 67, 2 quibus causis ad -em sacramenti processisset *Flavus*. APVL. apol. 43 posse animum ... ad -em praesentium externari. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 17, 4 gentes ... subversae usque ad -em praeteritorum nominum pervenere. in *c. acc.*: CIC. Verr. I 54 cum accusatio nostra in -em diuturnitatis (diuturnitate *P in marg.*) adducta sit (LIV. 3, 41, 6. 42, 55, 8 DAMIG. lapid. 34 p. 189, 19. *cf.* NON. p. 146, 28 ducere [CLAVD. DON. Aen. 2, 145 p. 167, 16. *al.*]. VEG. mil. 1, 28 p. 30, 3 perducta [HYG. astr. 2, 40 p. 77, 16]. OROS. hist. 2, 17, 14 deducantur [LEO M. epist. 135, 2 Conc.^{S} II 4 p. 89, 5; per- *G*]). II 4, 79 venturos (LIV. 10, 23, 10. 23, 35, 9 prope. PAVL. FEST. p. 165 SEN. dial. 4, 5, 3. *al.*). SEN. dial. 6, 1, 4 in -em coniectum. 10, 13, 7 ire (VVLG. Sirach 13, 13 [*gr. 10* ἐπιλησθῇς]. PELAG. in Rom. 3, 20 [in -e erat *Ps. Hier.*; *cf.* 7, 8]. *al.*). ITALA Phil. 3, 13 (Mar. Victorin. *ad l.*) transmittens (*Vulg.* obliviscens. *cf.* ENNOD. epist. 2, 3, 1 p. 41, 29 mittantur). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2 p. 610, 15 ut ea, quae ante fuerant gesta, in -em cederent (caderent *edd. vet.*; *cf.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 21 abscedant [*gr. I 1, 1 p. 108, 22* οἰχέσθω ... πρός]). VVLG. sap. 16, 11 incidentes. IS. 59, 15 facta est veritas in -em. CONC.^{S} I 5 p. 151, 42 delapsus (p. 264, 24 redactus, *gr. I 1, 6 p. 124, 6* εἰς λήθην ... ὑπενεχθείς). in *c. abl.*: CIC. Verr. II 1, 101 iacuisset. ITALA deut. 31, 21 (Monac.) non ... erit in -e ab ore eorum *eqs.* ([*Lugd.* obliviscetur, *gr.* ἐπιλησθῇ, VVLG. nulla delebit -o]. psalm. 9, 19 [*v. p. 108, 62*]. *al.*). per (*vergit fere ad notionem p. 107, 44 allatam*): SVET. Iul. 28, 3 ut ... ne Caesarem quidem exciperet *Pompeius* p. -em. PS. QVINT. decl. 18, 9 ad aliud *facinus* ... transire. GAIVS inst. 2, 132 praeteritae *personae*. PAVL. dig. 20, 3, 3 omisit *pactum*. LEO M. serm. 84, 1 p. 433^A.

c *gen. qual.* -is (*latet hebraismus, cf. p. 112, 7*): ITALA Iac. 1, 25 (cod. ff) non audiens -is factus, sed factor operum (*gr.* ἐπιλησμονῆς, *Vulg.* obliviosus).

B *per prosopopoeiam*: 1 -es *quasi monstra*: HOR. carm. 4, 9, 34 non ... tuos patiar labores impune, Lolli, carpere lividas -es. 2 -o *dea*: STAT. Theb. 10, 89 (*de palatio Somni*) limen opaca Quies et pigra -o (*L¹*, *cf. p. 108, 28*; -via *cett.*) servant. HYG. fab. geneal. 3 ex Aethere et Terra ... -o. DRAC. Romul. 10, 271 gressus consors -o iungit *Ingratiae in nuptiis Medeae*.

C *per metonymiam*: 1 *de homine memoria privato*: BIBAC. carm. frg. 3 Orbilius ubinam est, litterarum -o? (*cf. Suet. gramm. 9, 5* vixit prope ad centesimum aetatis annum amissa iam pridem memoria). 2 *de medicamentis magicis memoriam exstinguentibus*: HOR. epod. 5, 70 *Varus* indormit unctis omnium cubilibus -e paelicum (PORPH.: per quae medicamina -o ei datur). DAMIG. lapid. 34 p. 188, 10 Ostanes ... appellavit eum *lapidem galactiten* ... lethargum, quasi omnium -em malorum.

II *usu sec. hebr. deflexo fere i. q. imprudentia, error* (*sc. peccantis*): ITALA lev. 5, 15 (Lugd., *cf.* Aug. loc. hept. 3, 7 p. 571, 23) anima quaecumque latuerit eum -e et deliquerit inprudenter (*Vulg.* per errorem, *hebr.* bišgāgāh).

parechesis c. occupatio: SYMM. epist. 8, 32 nobis vel -o vel occupatio religionis tuae desideratum munus invidit.

deriv.: oblivia, oblivialis, obliviosus, oblivius. *cf.* oblitio.

ˣ**oblīviōsus**, -a, -um. *ab* oblivio. *scrib.* ol- GLOSS. III 499, 18. *superl.* -issimus TERT. anim. 24, 6. GLOSS. λήθαργος. ἐπιλήσμων. V 621, 7 Lethaeus (*scrib.* loteus) est -us (*cf. p. 107, 1*). *inde a* PLAVTO, CIC., HOR.

i. q. ad oblivionem pertinens: 1 *generatim de eo, qui ad obliviscendum propensus est*: a *absolute*: PLAVT. Mil. 890 sin bene quid ... faciundum est, eo deveniunt *mulieres*, -ae extemplo uti fiant, meminisse nequeunt. CIC. inv. 1, 35 memor an -us *sit homo* (TERT. anim. 24, 6 omnium forsitan -issimo. SCHOL. Hor. epist. 1, 8, 1 *passio lethargica* h. somniculosum et -um reddit). Cato 36 quos ait Caecilius 'comicos stultos senes', hos significat credulos, -os, dissolutos. APVL. flor. 12 p. 44 *psittacus* senex ... captus et indocilis est et -us (SOL. 52, 44). PS. ORIG. tract. 8 p. 92, 6 mentes -i populi noverat *deus*. HIL. in psalm. 118 zain 5 p. 421, 14 auribus (*antea*: incuriosis oculis). CLAVD. DON. Aen. 4, 230 p. 384, 13 amatorem desidiosum, neglegentem, -um. AMBR. hex. 5, 12, 38 p. 171, 8 revocamur ad superiora sicut -i viatores (EVSTATH. Basil. hex. 8, 2, 10 [*gr.* ἐπιλήσμονας]). HIER. adv. Pelag. 1, 23 p. 517^C illum ingeniosum, sed -um ... videmus (*opp.* memorem). 3, 6 p. 574^C. VVLG. *supra l. 38*. AVG. c. Iulian. 4, 3, 16 p. 745 alii -i, alii acuti memoresve nascuntur (*cf.* c. Iulian. op. imperf. 4, 123 p. 1420 naturaliter -us). in psalm. 83, 8 l. 53 quae *disputatio* doceat ignaros, ... quae commemoret -os (*pro subst. ut*: CASSIOD. in psalm. 118, 28 p. 846^A dormire ... -i atque socordis est). serm. 2, 1, 1 cor. PS. AVG. serm. 101, 1 (= CAES. AREL. serm. 176, 1 p. 674, 1) qui ... audit et neglegentia fit -us. OROS. hist. 7, 22, 1 provocat poenam suam -a malitia. CASSIOD. var. 5, 34, 1 -us cum relinquitur, trepidus cum tenetur *Frontosus*. FERREOL. reg. 8 p. 963^B illud apostoli non -us audito. MART. BRAC. form. vit. 2, 9 qui praesentia non ordinat, -us et fatuus appellatur. *et saepius*. b *c. gen. obi.* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 196, 25 locutio cum genetivo casu haec convenire reperitur: ... -us veterum): DON. Ter. Andr. 943 Crito -us est utpote alienarum rerum. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 315 nos ... -os gratiae vel transgressores iurisiurandi punientes (*gr.* τοὺς μήτε χάριτος ἀπομνημονεύσαντας). PRIMAS. in apoc. p. 820^C nolumus ... paternae traditionis -i ab aliquo iudicari. 2 *speciatim i. qui oblivionem efficit* (*cf. p. 109, 62*): HOR. carm. 2, 7, 21 -o ... Massico ciboria exple (*cf. Alcaeus frg. 96, 3 D.* οἶνον ... λαθικάδεα). BOETH. cons. 3 carm. 11, 10 non omne ... mente depulit lumen -am corpus invehens molem.

adv. **oblīviōsē**. *i. q. per oblivionem, incaute*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 146, 30 Galbungus ... non semel, ne non tam de industria quam -e ponere putaretur, sed quaterna vice infinitivum pro aliis posuit modis.

ˣ**oblīviscor**, -lītus sum, -līvīscī *et* **-sco**, -ere. [*fort. ex* *oblīvēre '*exaequatum esse*', *oblīvitus (*cf.* lēvis, λεῖος). *v. Sommer, Hdb.*$^{2.3}$ *602*; *cf. etiam* (ob)linere. *L.*] *de orig.*: CASSIOD. gramm. VII 206, 1 (*e Caesellio*) -or compositumne an simplex est? compositum, scilicet huius simplex latet in antiquis monumentis: 'livisci' enim -i est et 'livitus', quod nos hodie per elisionem -tus. *de script. et formis*: -lIvIsc- CIL VI 6250, 5; -lIvisc- CIL V suppl. ital. 732 III 7. olitus *pro* -tus SEN. epist. 100, 1 (*A ante corr.*). FLOR. epit. 1, 24, 2 (*B*). CLAVD. 18, 229 (*var. l.*). -lisc- *vel traditur vel metri causa restituitur* APP. CLAVD. carm. frg. 2 PLAVT. Mil. 1359. ACC. trag. 190 -liscier (*pars codd.*). 488. *inf.* -ier *l. 27*. *part. perf.* -livitus (*cf. l. 23*): ITALA psalm. 118, 109 (cod. 421). COMM. instr. 1, 27, 8 -vitos (*edd.*, -vitor *cod.*). THEOD. MOPS. in psalm. 9, 33 p. 60, 27 (-litus *Devreesse*). *? fut.* -ebor ITALA psalm. 118, 16 (Veron. *loco mendose scripto*). *etsi inter verba communia est* (CLEDON. gramm. V 56, 25 PRISC. gramm. II 379, 11 PS. ASPER gramm. suppl. 51, 3), *passive adhibetur p. 111, 75 sqq.* *formae act.*: ITALA psalm. 77, 7 (cod. 136 Cas.) -ant. PELAG. in I Cor. 13, 3 p. 203, 25 -ere ([*var. l.*]. GLOSS.^{L} II Abav. AB 41). frg. Migne suppl. 1, 1541 -it. EPIST. Migne suppl. 1, 1569 -imus (-imur *edd.*). GREG. TVR. Franc. 7, 22 p. 341, 2 -rem. NOT. Tir. 69, 86 -tus. 69, 87 -itur. *de notione*: PROB. app. gramm. IV 203, 30 (*v. p. 96, 66*) -tum ... immemorem (ISID. diff. 1, 415). CHAR. gramm. p. 411, 11 B. quoad vixero meminero ...; infixum erit memoriae; numquam potero -i. GLOSS.^{L} I Ansil. OB 225 -or: oblivioni trado; hinc '-or iniurias *eqs.*' (*v. p. 111, 9*). V Aa o 83 -tus: amens factus. GLOSS. II 309, 19 ἐπιλανθάνομαι. *legitur inde ab* APP. CLAVD., LIV. ANDR., EPITAPH. Naev., PLAVTO *aliisque scaenicis*, RHET. Her., CIC. [*e deriv.* *oblītare: *val.* a (se) uita, *francog. vet.* oblier, *francog.* oublier (*et var. dial.*), *francoprov.* aobđá, übđá, üblá *etc.*, *prov. vet.* oblidar, *prov.* oublidá *etc.*, *vasc.* oublidá, *cat.* oblidar, *hisp. vet.* oblidar, *hisp.* (> *port.*) olvidar, *port. vet.* obridar; *c. mutatione praefixi* o- > in-: *raet. occ.* emblidar, amblidar, invlidar. *cf. M.-L. 6015. Wartburg VII 271 sqq. Corominas III 559. Machado II 1621. G.*] [*confund.* c. obliquus *p. 99, 60. 112, 62. 114, 6.* *ex falsa versione*: NOVELL. Iust. 18, 8 clementia -ta est ... enutrire malivolentiam (*gr.* λέληθε ... ἐκθρέψασα).]

I *usu sollemni fere i. q. meminisse desinere*, ἐπιλανθάνεσθαι (*quod graece respondet, nisi alia adnotantur*). *pertinet ad quemlibet defectum vel lapsum memoriae* (*attentionis infra l. 84. al.*), *speciatim ita, ut cura, observantia sim. omissa respiciatur* (*in praeteritione p. 111, 9. 12. 49. 51. 113, 57*; *usum vetustum dicit* SERV. auct. *p. 111, 67. 113, 1*; *cautius additur* velut [*p. 111, 46. 114, 16. al.*], tamquam [PLIN. paneg. 54, 5. *al.*], quodammodo [*p. 112, 80*], quasi [LACT. ira 10, 16. *al.*], *cf.* similis -to *p. 114, 15*); *latius c. colore dimittendi p. 112, 17. 48.* -*untur fere animantia* (*animus sim. p. 112, 44. 113, 20. 114, 5. al., part. corp. p. 112, 37. 114, 11. 12*), *res p. 111, 38. 112, 53. 71. 113, 43.*

A *c. casibus* (*de acc. et gen. v.* CAPER gramm. VII 92, 11 -tus ne sis nostri, non nos; veteres tamen et hoc modo dixerunt. SERV. Aen. 1, 203 auct. Aen. 2, 148 ARVS. gramm. VII 495, 25 PRISC. gramm. II 398, 14. CASSIOD. in psalm. 43, 18 l. 298 cum Latinae locutionis sit, ut dicamus '-ti non sumus tui', hoc proprium scripturae divinae est, quod ait: '-ti non sumus te'. GLOSS. V 123, 33):

1 *acc.*: a *active* (*per variationem l. 80. p. 111, 37, iuxta gen. poss. p. 111, 10. 27. 30. al.*; *inter* CIC. *et* APVL. *in prosa praeter* PETRON. [*p. 111, 17 in serm. cottidiano*] *et* PLIN. nat. [*p. 111, 18 loco incerto*] *non occurrit nisi c. neutr. vel per attractionem*; *v. etiam p. 113, 49 sqq.*): α *c. quibuslibet obiectis*: ① *vario usu*: APP. CLAVD. carm. frg. 2 amicum cum vides, -ere miserias. LIV. ANDR. carm. frg. 38 neque ... te -tus sum, Laertie noster (*cf.* ITALA psalm. 12, 1 [Veron. *al.* = VVLG.] me [HIER. psalt. sec. Hebr. mei]. 41, 10 [Ambr. Iob 4, 6, 22. *al.*] me [Veron. *al.* = VVLG. mei]. 136, 5 [Veron. *al.*] si -tus fuero tui ..., -atur me dextera mea [VVLG. -tus fuero ..., oblivioni detur, HIER. psalt. sec. Hebr. 137, 5 -tus fuero ..., in oblivione sit]. AMBR. obit. Valent. 78 ipse me citius quam vos -ar. *v. etiam p. 111, 41 sqq.*). PLAVT. Cas. 104 non sum -tus officium meum. Trin. 1014 in thermopolio condalium es -tus (*i. reliquisti. item*: SERM. RevBén. 59,

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1949 p. 111, 4 *Samaritana* -ta est vas aquae [*antea*: reliquit hydriam]). 1018 tribusne te poteriis memoria⟨m⟩ esse -tum? CAECIL. com. 61 cultum. TVRPIL. com. 171 an -ta ... es eius crebras mansiones ad amicam, sumpti largitatem? ACC. trag. 12 mea fa⟨c⟩ta in acie -ti (CIC. Att. 9, 9, 1 ante f. et delicta. DRAC. laud. dei 1, 427 bona). 488 an ego Vlixem -ar umquam ...? RHET. Her. 3, 22, 35 quas res ante ora videmus aut audimus, -imur plerumque (CIC. Mil. 63 praeclarissimas). CIC. S. Rosc. 49 et artificium -atur et studium deponat. Cael. 50 -or iam iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei (*seq.* neglego. *cf. infra l. 52. 60*). Mil. 62 inimicorum Milonis sermones *eqs.* Brut. 217 causam. Att. 6, 1, 22 recordationem ... iuris iurandi, quod ego non eram -tus. fam. 15, 21, 2 ut haec recentia ... -ar (*antea*: omittam). CATVLL. 66, 27 bonum ... facinus. PVBLIL. L 14 legem solet -i iracundia (ITALA psalm. 118, 61 [Sangerm. *al.* = VVLG.; Veron. legis]. *al.*). MANIL. 1, 511 Troianos cineres ... -ta *fortuna*. SEN. Ag. 771 *senex* -tus sitim (sitis *A*). PETRON. 66, 1 (*loq. Habinnas*) tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum -ar (APVL. apol. 46). PLIN. nat. 7, 90 *homo* ictus lapide -tus est litteras (*d?*, litteris *cett.*; litterarum VAL. MAX. 1, 8 ext. 2) tantum. SIL. 5, 568 *Labicus* immemor annorum seniumque -tus. 13, 559 *animae* -tae Ditem redeunt in corpora. APVL. apol. 2 Pontianum (*sc. a me occisum*) ... -tus est *Aemilianus*; de morte *eqs.* (*dist. van der Vliet, alii aliter*). TERT. nat. 2, 17, 5 (*sim.* apol. 25, 7) antrum *eqs.* adv. Marc. 4, 39 p. 558, 13 deum (*cf.* ITALA psalm. 9, 18 [Veron. *al.*] dominum [VVLG. deum, Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 3 dei]. *al.*). ITALA gen. 40, 23 (Ambr. Ioseph 6, 32) non est memor factus interpretis, sed -tus est eum (VVLG. interpretis sui). psalm. 44, 11 (Veron. *al.* = VVLG.) populum ... et domum patris (HIER. psalt. sec. Hebr. populi ... domus). 118, 83 (*ibid.*) iustificationes (118, 93 [Sangerm. *al.* = VVLG.; Veron. *al.* iustificationum]). II Macc. 2, 2 (rec. L = VVLG.) praecepta domini (P praeceptorum d., BM mandata dei). *al.* CYPR. epist. 45, 3 p. 602, 5 veteres mores. LACT. inst. 7, 12, 13 PS. AVR. VICT. epit. 9, 2 HIL. in psalm. 118 zade 7 p. 520, 2 AMBR. Iob 4, 6, 22 p. 283, 14. HEGES. 5, 40, 1 p. 382, 14 matrem (*i. se matrem esse, cf. p. 112, 52. 113, 55*). HIER. in Is. 65, 17/18 l. 12 pristina mala (VVLG. Ier. 44, 9. *al.*). tract. p. 398, 4. PELAG. in I Cor. 13, 3 p. 203, 25 malitiam proximi (CONC.S II 3, 2 p. 37, 13 [*gr. II 1, 2 p. 22, 9* ἀμνησικακίαν]). CLAVD. 8, 111. AVG. conf. 13, 1, 1 -tum *me* tui *dei* non -tus es. *al.* *de rebus*: VERG. georg. 2, 59 poma ... degenerant sucos -ta priores (*inde pendere videtur* PAVL. NOL. carm. 28, 275 *area* cultus -ta priores [prioris *var. l., Goldschmidt*]. *cf. p. 112, 66*). Ⓘ *in locutionibus reflexivis* (*cf. p. 112, 67*): ACC. trag. 190 utinam memet possim -ier! TRACT. Pelag. 3 p. 54 quando se (*cod.*, sui *Solanius*) non ita -itur *opulens*, ut neque esse hominem putet? AVG. epist. 17, 2 p. 41, 12 neque ... usque adeo te ipsum -i potuisses, ut *eqs.* β *c. neutr. pron. sim.*: PLAVT. Asin. 226 haecine te esse -tum (ACC. trag. 665. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 78, 40 velut h. omnia -tus. GREG. M. in euang. 30, 2 p. 1221A hoc). Bacch. 790 -tus sum omnia (ANTON. Cic. Phil. 8, 25). Poen. 40 hoc quoque etiam, quod paene -tus fui (CIC. Pis. 80 id q. -ar [*antea*: praeterita omitto]. Mil. 11. fam. 15, 21, 5 quae [PETRON. 76, 11 *loq. Trimalchio*. TERT. anim. 24, 3]. APVL. apol. 99 paenissime. *cf. p. 113, 21*). CIC. S. Rosc. 87 ut alia -ar (LIV. 2, 38, 2 ut omnia ... -amini a.). Lig. 35 qui -i nihil soles nisi iniurias. de orat. 2, 299 si se *Themistoclem* -i, quae vellet, ... docuisset *Simonides* (*sim.* 2, 300 fin. 2, 104. *cf.* ac. 2, 106 illa ..., quae sciebat. CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 prope -tus sum, quod maxime fuit scribendum. *al.*). off. 3, 113 (*cf.* 1, 40) aliquid (LIV. 22, 58, 8). NEP. Dat. 11, 3 quiddam. *al.* γ *obiecto potius per attractionem intellegendo*: CIC. Flacc. 61 liceat haec (hoc *b*) nobis si -i non possumus at tacere (AVG. civ. 22, 8 p. 579, 18 D. nullum ..., qui hoc non vel viderit vel didicerit, nullum, qui -i ... potuerit). p. red. in sen. 23 quas *iniurias* ego etiamsi ulcisci possem, tamen -i mallem (NEP. Att. 11, 5 si quam i. acceperat, non malebat -i quam ulcisci [iniuriarum *ap. eundem p. 112, 43*]. *cf. supra l. 9. 52*). fam. 9, 24, 2 ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas et -are, cenulas facere (SEN. epist. 81, 24 *sapiens* illa contemnit, quibus laesus est, nec -itur per neglegentiam, sed volens). VERG. Aen. 11, 866 illum *Arruntem* expirantem socii ... -ti ignoto camporum in pulvere linquunt (SERV. auct.: '-ti' non nulli Vergilium secundum vetustatem hoc verbo usum tradunt, ut '-ti' ἀμελήσαντες, hoc est 'neglegentes' et 'contemnentes', putent *eqs.*; alii '-ti' 'ubi reliquerant nescientes': et est sensus: '-ti illum'). LIV. 39, 47, 9 multa et dissimulare et -i et pati praeterita. SEN. benef. 3, 1, 3 qui beneficium accepisse se negat, ... qui dissimulat, ... qui non reddit, ... qui -tus est (*gen. ap. eundem p. 112, 35*). TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 539, 17 non ... dones offensam vult, sed -aris.

b *passive*: α -endus: PLAVT. Mil. 1359 muliebres mores discendi, -endi stratiotici. HOR. epist. 1, 11, 9 (*v. p. 112, 46*). LIV. 23, 22, 9 id omnium maxime tegendum, occulendum, -endum, pro indicto habendum esse. PLIN. epist. 8, 14, 7 omnia ... -enda magis quam tenenda. *cf. p. 113, 24.* β -tus: VERG. ecl. 9, 53 nunc -ta mihi tot carmina ([SERV. auct.: vel 'omissa' vel figurate 'quorum ego -tus sum'. PRISC. gramm. II 387, 7 passive dixit]. *inde* AVSON. 322, 52 p. 264 P.). PROP. 1, 19, 6 -to ... amore. VAL. FL. 1, 792 ut ... -tos superum paterere dolores ('*i. dolores, quos homines in terra viventes patiuntur, inferi autem iam -ti sunt*' *Langen*). 2, 389 si Martius aures clamor et -ti rursus fragor impleat aeris. 4, 532 ad -tae Cereris (*i. panis diu non gustati*) suspirat honores *Phineus*. ITALA psalm. 30, 13 (Veron. *al.*) -tus sum tamquam mortuus a corde (*gr.* ἐπελήσθην, *Vulg.* oblivioni datus sum, *Hier. psalt. sec. Hebr.* oblivioni traditus sum). 87, 13 (*ibid.*) numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua et iustitia tua in terra -ta? (obliterata *cod. 400 al.*; *gr.* ἐπιλελησμένῃ, *cod. 305 al.* = *Vulg.* oblivionis, *Hier. psalt. sec. Hebr.* quae oblivioni tradita est). Is. 23, 16 (Tycon. reg. 4 p. 46, 16) fornicaria -ta (*gr.* ἐπιλελησμένη, *Vulg.* oblivioni tradita). Luc. 12, 6 (cod. d) unum ex eis *passeribus* non est -tum in conspectu dei (*gr.* ἐπιλελησμένον, *al. et Vulg.* in oblivione). AVSON. 13, 7 p. 325 P. da ... amplexus -taque gaudia iunge. 335, 6 p. 199, 42 quae omisi, non -ta mihi, sed praeterita existimet *lector*. AVG. mus. 1, 4, 8 dominum (*canis, sc. Vlixem*) iam suis hominibus -tum. COMM. instr. 2, 32 (28), 5 -ta domini ... promissa? VRAN. epist. 2 p. 860A -ta omni carnali infirmitate. OP. imperf. in Matth. 8 p. 678 non novas scientias ..., sed -tas. BOETH. cons. 4, 1, 2 W. ea ... nuper -ta, non tamen antehac prorsus ignorata. *al.* *latius* (*cf. etiam l. 48*): GREG. TVR. Franc. 3, 33 p. 129, 4 ut -tis (*i. dimissis*) verborum obiectionibus propriis se manibus verberarent. γ *aliae formae*: ITALA *p. 109, 30*. SCHOL. Iuv. 7, 51 mala consuetudo scribendi, quae -i non potest (*cf.* IORD. Get. 188 recordamini ..., quod certe non potest -i).

2 *gen.* (*usu inde a* TER. *infra l. 69*, PS. TER., CIC. Verr. *tritissimo*): **a** *vario usu*: α *de animantibus* (*exempla selecta*): PS. TER. Andr. alt. exit. 2 ne me esse -tum dicas tuae gnatae alterae. CIC. Verr. I 52 laudis domesticae. II 3, 186 rerum tuarum male gestarum (Phil. 1, 30 fin. 5, 57 VERG. Aen. 4, 267 OV. epist. 8, 111. *al.*). Catil. 1, 6 caedis atque incendiorum. 4, 1 -ti salutis meae de vobis ... cogitate (VERG. Aen. 5, 174 decorisque sui sociumque s. QVINT. decl. 345 p. 365, 9. *al.*). Planc. 103 vos iam -tos mei (meae *Rauius*) salutis eius ... hostes extitisse (*c. pron. pers. ut*: fam. 7, 14, 1 nostri [CATVLL. 83, 3 LABER. mim. 62. *al.*]. 13, 19, 3. ELEG. in Maecen. 1, 72 tui [OV. Pont. 4, 1, 18. *al.*]. OV. epist. 10, 42. met. 13, 276 regisque ducisque meique. *et saepe. cf. refl. l. 67 sqq.*). Phil. 6, 18 civis ... tam -tus beneficii vestri, tam immemor patriae (LIV. 8, 5, 10 et cladium ... et beneficiorum. SEN. benef. 1, 2, 5. 2, 10, 4 [*inde* PS. SEN. mon. 31]. 7, 14, 6 CVRT. 7, 2, 8. *al.*). Tusc. 3, 35 bona cogitare, -i malorum (3, 37. Ov. trist. 5, 5, 5 lingua favens adsit nostrorum -ta m. PETRON. 26, 10. *al.*). fam. 16, 12, 2 *Caesar* -tus nominis atque honorum suorum (HOR. carm. 3, 5, 11 anciliorum et n. *eqs.* LIV. 45, 4, 6. FLOR. epit. 4, 11, 3 patriae, n. *eqs. al.*). *saepe.* Q. CIC. pet. 55. LVCR. 6, 743 remigi[o] -tae *aves*. CAES. Gall. 1, 14, 3. *al.* BELL. Afr. 50, 3 praeceptorum (COD. Theod. 7, 12, 2). Alex. 8, 6 SALL. Catil. 51, 15. *al.* NEP. Eum. 6, 2 iniuriarum (LIV. 34, 22, 9 VAL. MAX. 4, 2, 2 SEN. epist. 81, 6. *al.*). VERG. georg. 3, 245 catulorum -ta leaena. Aen. 9, 225 (*cf.* 4, 528) corda -ta laborum (LIV. 8, 39, 7 laboris ... vulnerumque. STAT. Theb. 12, 599. *al.*). *al.* HOR. epist. 1, 11, 9 illic vivere vellem -tus ... meorum -endus et illis (*cf.* OV. epist. 1, 41 o nimium ... -te tuorum [STAT. Theb. 7, 547 SIDON. carm. 5, 143]). *et passim.* *c. colore dimittendi* (*cf. etiam l. 17*): SEN. apocol. 7, 3 Claudius ... -tus nugarum intellexit *eqs.* (PETRON. 71, 4. 136, 5). QVEROL. p. 4, 1 R. locum ... thesauri senex ostendit -tus doli (*i. sine dolo*). *in locut. praedicativis* (*cf. p. 111, 33*): VAL. MAX. 5, 1, 10 -tus hostis soceri vultum induit *Caesar*. PANEG. 3, 27, 5 -tus inimici. β *de rebus plus minus animatis*: CIC. fin. 4, 32 quae ... natura suae primae institutionis -ta est? ... quo modo igitur evenit, ut hominis natura sola esset ..., quae -retur corporis? MANIL. 3, 259 nox *producta* -ta diei *sequentis*. VAL. MAX. 7, 1 pr. malignitatis -i sibi imperavit *fortuna*. 9, 1, 4 sermonem -tum Pyrri, inmemorem Hannibalis. SEN. dial. 3, 1, 2 *ira est* decoris -ta, necessitudinum immemor. LVCAN. 9, 694 *luna* flexus -ta vagi per recta cucurrit signa. PLIN. nat. 28, 6 (*e suppl.*). STAT. Theb. 2, 707 quercus erat tenerae iam longum -ta iuventae. AVIEN. Arat. 1609 -tum (*ed. pr.*, obliqu- *cod.*) iusti iubar *solis*. VVLG. Iob 24, 20 -atur eius misericordia (*hebr. aliter*). sap. 16, 23 suae virtutis -tus est *ignis*. 19, 19 aqua extinguentis naturae -batur. PRVD. ham. 376 *gaudia* veri -ta tonantis. *c. gerund.*: COLVM. 10, 408 *Persica* nunc ... Ambrosios praebent sucos, -ta nocendi (*cf. p. 111, 38*).

b *in locutionibus reflexivis* (*cf. p. 111, 40*): α *vario usu*: TER. Eun. 306 nescio hercle, neque unde eam neque quorsum eam: ita prorsus sum -tus mei. CIC. Tusc. 5, 73 *Epicuro* -i licebit sui? (*5, 31* si ipse se audiret. *cf.* VOPISC. quatt. tyr. 2, 3 ne quis me -tum aestimaret mei *i. verborum meorum*). fam. 9, 12, 1 *Baiae* tamdiu, dum tu ades, sunt -tae sui. SEN. Herc. f. 292 -tos sui ... populos (*de umbris mortuorum ut* LACT. inst. 7, 22, 10). PLIN. nat. 9, 35 quae voluptas libere spirandi in tantum fallit *testudines* -tas sui, ut solis vapore siccato cortice non queant mergi *eqs.* β *renuntiatur commodo*: CIC. Catil. 4, 19 habetis ducem memorem vestri, -tum sui. Att. 11, 21, 3 (*e suppl.*). LIV. 8, 7, 16 ut aut rei publicae mihi aut mei [meorum] -endum sit. MANIL. 5, 607 -ta sui metuit pro vindice tali suspirans *Andromeda*. TAC. dial. 2, 1 tamquam ... sui -tus tantum Catonem cogitasset *Maternus*. PANEG. 10, 3, 3 -tum quodammodo sui gentibus vivere. *huc fortasse* CARM. c. pag. 80 -tos ... sui *Christianos sc. martyras*. γ *neglegitur indoles*: CIC. Phil. 2, 10 illud oro, si meam ... moderationem modestiamque cognostis, ne me hodie ... -tum esse putetis mei. VERG. Aen. 3, 629 nec talia passus Vlixes -tusve sui est Ithacus

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

discrimine tanto (SERV. auct.: aliquanti ... iuxta veteres '-tus', id est 'neglegens' dictum tradunt *eqs.*). OV. trist. 4, 10, 105 -tus ... mei ductaeque per otia vitae insolita militaris cepi ... arma manu. LIV. 7, 14, 2 ne se *Tullium* -tum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet *dictator*. GERM. 546 Iuno numquam -ta sui *i. saevitiae suae* (VAL. FL. 3, 664). VAL. MAX. 5, 2, 9. 7, 2 ext. 1. SEN. Herc. f. 808 -tus sui ... componit aures timidus *Cerberus*. SIL. 4, 422 ardentem -tumque sui dulcedine caedum *Scipionem*. APVL. met. 4, 20, 2 non ... sui nostrique vel pristinae virtutis -tus *Thrasyleon*. LACT. opif. 1, 3. CLAVD. 18, 229 -ta sui ... mens.

3 *abl.* (*dub. vel falso trad. p. 111, 2. 18. 112, 40 et* PELAG. in II Cor. 7, 4 *B.* PETR. CHRYS. serm. 19 p. 250B [*v. Migne ad l.*]): VITAE patr. Iurens. 3, 20 p. 163, 37 *Eugendus* tantum ... lectione reficiebatur, ut ... -batur adpositis *sc. cibis*.

B *c. enunt. secundario*: **1** *interrog. indir.* (*per attractionem* PLAVT.): PLAVT. Capt. 985 mos est -i hominibus neque novisse, quoiius nihil⟨i⟩ sit faciunda gratia (CIC. Phil. 12, 12). TER. Haut. 848 iamne -tus es, ... quid sit dictum ...? (CIC. inv. 1, 89. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 2. PVBLIL. E 6 etiam -i, q. [qui *C*] sis, interdum expedit. HOR. epist. 1, 6, 62 OV. met. 2, 493. Pont. 3, 5, 41 mens -ta, q. absit. *et saepe*). CIC. Verr. II 1, 119 quod vos -tos esse non arbitror, ... qui ordo ... solitus sit convenire. 1, 122 quemadmodum (SEN. benef. 7, 22, 1. *al.*). leg. agr. 2, 80 quantos (Mil. 99. *al.* LIV. 36, 11, 2. *et saepius*). Scaur. 13 de quo homine ... sententias feratis, -endum vobis putatis? (Cato 21 PLIN. nat. 10, 187). Planc. 57 unde. fin. 5, 62 quantopere. *al.* OV. met. 14, 559 quam multa (SEN. benef. 6, 31, 1 epist. 71, 23 CVRT. 8, 12, 18. *al.*). SEN. Thy. 739. *al.* CVRT. 10, 6, 7. PLIN. paneg. 8, 5 ut ... seditio ... coeperit. APVL. met. 5, 31, 4 quot sit annorum *Cupido*. *et saepius*. **2** *alia*: OPTAT. 2, 18 p. 53, 14 -tus es, quia (quid *RB*, quod *edd. vet.*) ... dixisti (VITAE patr. 5, 4, 66 [*gr. Nau 1908 p. 52 n. 157* ἐληθάργησα ὅτι]). PS. PHILO antiq. 58, 1 ne -aris, quin (sed *M*) perdas omnem animam. AMM. 30, 8, 2 -tus ..., quod regenti ... nimia ... sunt evitanda (VVLG. Iob 39, 15 *c. coniunct.*). ORIG. in Matth. 12, 30 p. 136, 18 ut -atur deus, si qua fecimus opera bona.

C *c. inf.*: **1** *solo* (*cf. p. 111, 63*): EPITAPH. Naev. Gell. 1, 24, 2 postquam est Orchi traditus thesauro, -ti sunt Romae loquier lingua Latina (*cf. infra l. 67*). PLAVT. Most. 487 lucernam forte -tus fueram exstinguere. Persa 722 -tus sum intus dudum edicere (dic- *A*) quae volui edicta (SVET. Cal. 26, 3. *cf.* PLAVT. Poen. 118 dicere [Pseud. 171 Trin. 1137 TER. Andr. 841]). CIC. Quinct. 54 Verr. II 4, 27 nat. deor. 2, 11 Att. 6, 1, 20 fam. 7, 14, 1 scribere -tus es. OV. met. 2, 439. 4, 677. 15, 453 VAL. MAX. 8, 7 ext. 5. SEN. Herc. O. 1038 *Orpheo cantante* -tus ... sequi fugam amisit liquor impetum (*subi. res ut*: LVCAN. 5, 445 Pontus ... vetustas -tus servare vices. LACT. ira 10, 40 quod haec facere -ta sit *natura*). LVCAN. 3, 143. PETRON. 49, 5 exinterare *porcum* (49, 7. 54, 3). ITALA psalm. 76, 10 (Veron. *al.*, *cf.* VVLG.) ut -etur misereri deus. HIL. in psalm. 144, 13 p. 834, 2 nequaquam deus aut -itur esse suavis aut desinit. *al.* **2** *acc. c. inf.*: PLAVT. Truc. 235 is amatur ..., qui quod dedit id -tust datum (*suppl. 'esse' ut*: CATVLL. 65, 21 quod *mālum* miserae *virgini* -tae molli sub veste locatum. VERG. Aen. 2, 148 amissos hinc iam -ere Graios [SERV. auct.: quidam pro 'contemne' vel 'neglige']. LIV. 39, 5, 4 SEN. contr. 10, 2, 19 suas. 6, 20 SEN. epist. 90, 20 PLIN. nat. 6, 141. 33, 164. SIL. 7, 57 -ta ... corda caducum, mortali quodcumque datur. *al.*). CIC. S. Rosc. 53 ut denique patrem esse sese -retur (*cf. p. 111, 33. 112, 51 et* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 5 noli te -i Ciceronem esse. LIV. 10, 37, 8 ut me consulem esse -ar). Q. Rosc. 50 -or (*i. silentio praetereo*) ... Roscium et Cluvium viros esse primarios. leg. agr. 2, 26 Catil. 2, 27 Mur. 31 Sull. 18. prov. 45 dici (ASCON. Corn. p. 62, 14). *al.* (*etiam ap. familiares*). LVCR. 3, 82 HOR. sat. 2, 4, 85 ELEG. in Maecen. 1, 136 OV. epist. 16, 218 met. 14, 186 LIV. 40, 46, 1. SEN. contr. 2, 2, 7 (*em. Madvig*). SEN. benef. 1, 13, 3. *al.* CVRT. 8, 1, 36 PLIN. nat. 18, 335. *et saepius*. **3** *nom. c. inf.*: ANTON. Cic. Phil. 13, 46 ut meorum iniurias ferre possim, si ... -i velint ipsi fecisse. SEN. benef. 2, 6, 2 si dedisse (se *suppl. G, Gertz*), dum dat, -tus est.

D *c. aliis determinationibus*: **1** *adv.* (*si recte trad.*): CIC. Caecin. 62 quod homines in tuo negotio Latine (loqui *add. Naugerius*, *cf. supra l. 36*) -rentur. **2** de: COMM. instr. 1, 27, 8 -tos esse mortuos de gesto priore. *cf. p. 111, 21.*

E *absolute* (*quid memoria cadat, fere e contextu apparet*): **1** *vigente vi verbali* (*specimina paucissima*): PLAVT. Amph. 457 (*verba Sosiae*:) ubi ego perii? ... an egomet me illic reliqui, si forte -tus fui? 1024 (*verba Mercurii*:) sum Sosia, nisi me esse -tum existumas. Cas. 980 Bacchae nullae ludunt.:: -tus fui. Merc. 481 satine ut -tus fui. *al.* RHET. Her. 4, 40, 52 quid nunc ego de meis promeritis praedicem? si meministis, obtundam; si -ti estis *eqs.* CIC. Mur. 42 cui placet, -itur; cui dolet, meminit. ac. 2, 2 qui *Themistocles* ... respondisse dicitur -i se malle discere (*cf. p. 111, 53*). fam. 9, 2, 1 nec ille *Caninius* ad me rediit: -tum credidi. *al.* CATVLL. 30, 11 si tu -tus es, at di meminerunt. 68, 43 fugiens saeclis (sedis *V*) -entibus aetas. TIB. 1, 1, 32 fetum ... capellae desertum -ta matre referre domum (*cf.* SVET. Galba 18, 3 neque ... sellam de more positam ... -tis ministris). SEN. epist. 36, 10 veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi -tos reduceret. APVL. apol. 97 ut *Pontianus* intellegeretur iratus potius aestimasse eam *filiam Rufini* quam -tus (*i. per oblivionem*, *cf. p. 109, 34*) praeterisse. *et passim.* **2** -tus *fere pro adi. vel subst. plus minus vergit in notionem q. e. obliviosus, neglegens*: CATVLL. 64, 208 ipse ... caeca mentem caligine Theseus consitus -to dimisit pectore cuncta (*metri causa pro* obliviosus *positum esse vidit Kroll*). VERG. georg. 3, 236 *taurus* signa movet praecepsque -tum (oblicum *M*) fertur in hostem (SERV.: '-tum' iam securum ex ante acta victoria. SERV. auct.: '-tum' quasi exercitationis et virium, quem securitas et amor corruperit *eqs.*). ELEG. in Maecen. 1, 8 illa *carina Charontis* rapit iuvenes prima florente iuventa, non -ta tamen, sed repetitque senes. PROP. 1, 15, 26 -tos parce movere deos. 4, 4, 22 inter ... -tas excidit urna manus. OV. fast. 4, 533 dum legit *papaver*, -to fertur gustasse palato *Ceres* (*cf. 534* inprudens). SEN. benef. 3, 1, 2 cum tu illos non ingratos vocares, sed -tos. 7, 23, 2 cum dicimus: 'qui beneficium dedit, -atur', hoc dicimus: 'similis sit -to; memoria eius non adpareat nec incurrat' (*cf.* epist. 91, 5 eligit aliquid novi casus, per quod velut -tis vires suas ingerat).

II *per hebraismum de eis, qui inscientes peccant*: VVLG. lev. 5, 2 anima quae tetigerit aliquid immundum ... et -ta fuerit immunditiae suae, rea est et deliquit (*cf. 5, 3 anima* si tetigerit quidquam de immunditia hominis ... -taque cognoverit postea [*Itala Lugd. al.* latuit eum]. 5, 4 [*Itala Lugd. al.* latuerit eum]. *hebr. subest niphal verbi* 'ālam). num. 15, 24 quodsi per ignorantiam praeterieritis quidquam ... -taque fuerit facere multitudo (*Itala Lugd.* peccaverit quis nollens).

part. praes. **oblīvīscēns,** (-entis) *pro adi.*: ACT. Archel. 17, 7 videris mihi delirus esse et -s propositionum tuarum.

part. perf. **oblītus,** (-a, -um) *pro adi. vel subst. v. l. 2 sqq.; adde* TERT. orat. 2 p. 182, 8 -os patris.

deriv.: oblitio, oblitor. *cf.* liviscor, oblivio; oblittero.

compos.: ex-, inoblitus.

oblīvium, -ī *n. v.* oblivia.

oblīvius, -a, -um. *ab* oblivio, *cf.* oblivia (-um). *i. q. oblivione deletus, obsoletus*: VARRO ling. 5, 10 quoniam in haec sunt tripertita verba, quae sunt aut nostra aut aliena aut -a, de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de -is relinquam. *Lumpe.*

oblocō, -āre. *ab* ob *et* locare. [*var. l. pro* abl- SVET. Iul. 26, 2.] *i. q. (ob mercedem vel offerendo) locare, elocare*: IVST. 11, 10, 9 cum operam -are ad puteos exhauriendos ... solitus esset.

oblocūtio, -ōnis *f.* *ab* obloqui. *de notione*: GLOSS.L III Abol. OB 31 -bus: maledictionibus (*v. etiam l. 61*). [*falso trad. pro* allocutio EVGRAPH. Ter. Andr. 598.]

i. q. actio obloquendi vel res obloquendo prolata: **1** *per contradictionem, obtrectationem sim.* (*de ineptiis l. 48 sqq., de re contraria l. 53; accedit gen. subi. l. 53. 56. 57.; pendet praepos.* contra *l. 51*, de *l. 57*; *gr. resp. nomen agentis l. 49*): IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 17 illi -um rubi, qui concretionem corporum pupugerant. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 43, 21 iudicabit ... in his -bus deus ([*Rustic.* qui oblocuti sunt *sec. gr. I 1, 1 p. 108, 22* πεφλυαρηκόσι]. *cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 22 *gr.* φλυαρίας. 2, 116 *gr.* φλυαρήμασι). p. 45, 28 factam contra se -em ... detersit (*gr. I 1, 1 p. 95, 8* διαβολήν). ENNOD. carm. 1, 6, 5 p. 521, 5 -is fomitem *quaerere*. opusc. 3, 9 p. 333, 9 sine bonorum -e dictare. 7, 2 p. 411, 13 splendor vitae umbram venenatae -is excludit. VITAE patr. 5, 5, 7 (*Cotelier p. 559B* καταλαλιά). CASSIOD. in psalm. 11 div. dolosi ... potentiam domini sceleratis -bus abnegabant. 101, 4 -es hominum et conscientiae suae iudicia. CONC. Aurel. a. 538 p. 74, 12 si ... suspicionem adversam aut -em populi de muliere ... incurrerit. CAES. AREL. reg. virg. 47 p. 17, 17 minae vel -es vel blandimenta. serm. 32, 4 magis de sua correctione quam de nostra -e vel persecutione studeant cogitare. *al.* **2** *de interruptione*: GLOSS.L II Philox. OB 43 -o: ὁμιλίας ἐγκοπή.

oblocūtor, -ōris *m.* *ab* obloqui. *i. q. qui obloquitur*: **a** *c. respectu interrumpendi*: PLAVT. Mil. 643 neque ego -r sum alteri in convivio. **b** *c. respectu contradicendi, detrectandi*: IVLIAN. in Iob 8, 1 Migne suppl. 1, 1594 omnem contextum disputationis *Iob* ... nititur iste -r eius *Baldat* vel multiloquii vel erroris arguere.

? **oblogat:** increpat GLOSS. V 606, 27 (oblegat *Graevius*, obrogat *dubitanter Goetz in indice*, obiurgat *Hildebrand, Gloss. 222*[14]).

oblongulus, -a, -um. *ab* oblongus *demin.* *fere i. q. oblongus*: GELL. 17, 9, 7 surculi duo erant teretes -i, pari crassamento eiusdemque longitudinis (*cf. Suid. s. v.* σκυτάλη: ξύλον ἐξεσμένον ἐπίμηκες).

oblongus, -a, -um. *ab* ob *et* longus, *cf.* ἐπιμήκης. [*e coni. dub. v. p. 99, 64.*]

1 *i. q. longior quam latior*: **a** *positivo gradu*: PLAVT. Merc. 640 subnigris oculis, -is malis (643). VARRO ling. 5, 125 mensa ... quadrata -a. rust. 2, 5, 7 pecudes (*cf. Colum. 6, 1, 3* boves ... quadrati, *Geopon. 17, 2* τοῖς σώμασι παραμήκεις). 3, 5, 12 non latae -ae ... piscinae. SALL. Iug. 18, 8 aedificia (*cf.* VITR. 5, 2, 1 *curia*. 5, 11, 1 peristylia quadrata sive -a. 6, 3, 8 conclavia). LIV. 37, 31, 8 **forma** (*cf.* VITR. 5, 1, 2 *fori* formatio. PLIN. nat. 37, 196 figura. IVL. HON. cosmogr. A 24 rutunditatem. AVG. quaest. hept. 2, 177, 5 p. 209, 17 quadraturam). PAVL. FEST. p. 349 secespita cultrum ... -um (COLVM. 9, 15, 4 c. -us ex utraque parte acie lata). CELS. 6, 8, 1D linamentum involutum et -um. 7, 26, 2G *calculus*. 8, 1, 21 *ossa*. COLVM. 9, 10, 1 reges maiores

[*Halter*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

paulo et -i magis quam ceterae apes. al. PLIN. nat. 10, 145 ova ([alludit ad Hor. sat. 2, 4, 12 longa quibus facies]. CASSIOD. inst. 2, 7, 4 in latitudine ... rotundum, sed in longitudine probatur -um o.). 12, 50 semine (19, 119 opp. rotunda. al.). 13, 32 iuxta: non ... orbiculatum. 25, 20 folia (25, 66 iuxta: lata. al. cf. l. 13). al. TAC. Agr. 10, 3 scutulae (cf. AMM. 24, 6, 8 scutis). AMM. 22, 8, 14 litora in sinus -os curvata. al.

b comparativo gradu: α comparatur latitudo (cf. Wistrand, Apophoreta ... Lundström, 1936, 21; sed nota abl. mensurae, ut potius de contaminatione inter oblongus et longior cogites): VITR. 4, 3, 2 metopae ... non exeunt quadratae, sed -iores triglyphi dimidia latitudine. 10, 11, 4 foramen ... -ius sit tanto quantam epizygis habet crassitudinem. β comparatur alia forma minus -a (cf. l. 1): PS. APVL. herb. 130 l. 14 est ... herba talis similis salicis, foliis -ioribus et angustis (DIOSC. 3, 4 p. 377, 19. 20 longa ... aristolocia ... f. habens -a et virgellas tenues duorum palmarum, sed modice -ior [sc. quam aristolocia rotunda. gr. ἐπιμηκέστερα]. 4, 161 p. 79, 15. 17 f. ... sunt -a sicut amygdala, sed -iora et latiora et lenia [cf. gr. add. cod. E: λεπτότερα]).

2 i. q. secundum longitudinem ductus, longitudini congruens: PLIN. nat. 13, 96 mensis e citro praecipua dos in venam crispis vel in vertices parvos; illud -o evenit discursu ..., hoc intorto.

oblodio v. ovalidia.

obloquium, -ī n. ab obloqui. i. q. oblocutio, calumnia, contradictio: GENNAD. vir. ill. 17 obtrectatorem aemulationis stimulo incitatum ad -um stilum vertisse. CASSIAN. inst. 5, 29 virus -i (supra: detractationis verbum). SACR. Leon. 1080 mentium reprobarum ... -a (SACR. Gelas. 3, 67 p. 734). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 19 sermo ... nec iniuriarum nec -i (gr. I 1, 1 p. 108, 21 λοιδορίας). SIDON. epist. 7, 9, 8 -orum Scyllas. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 11 in magnos viros -a ... mussitant. ALC. AVIT. carm. 4, 500 -is vanos sufflant mendacia ventos. epist. 51 p. 80, 13 (verba Sidonii) minus inter arma quam inter -a periclitari. hom. 7 p. 113, 15 ut ... -o pruriat. VITAE patr. Iurens. 3, 15 p. 160, 20 homo ex cuius ore ... numquam processit -um. CONC. Matisc. a. 581 Mansi 9, 932^A maledicorum -a.

ᵘ**obloquor**, -locūtus sum, -ī. ab ob et loqui. de notione (v. et l. 75. p. 116, 5): PAVL. FEST. p. 187 obacerare -i atque alterius sermonem moleste impedire. SYNON. Cic. p. 436, 23 obturbat. -itur. obstrepit. oblatrat. obmurmurat. NON. p. 96, 9 deblaterare -i, confingere. ISID. diff. 1, 16 -i obtrectantis est (cf. diff. app. 142 -i obtrectatoris qui obicit aut opponit). GLOSS. II 341, 41 καταλαλῶ: obganno (-gannio a), -or. V 555, 4 contra loquentem loquor (cf. p. 116, 6). GLOSS.^{L} II Philox. OB 36 -itur: ἀντιλαλεῖ. legitur in poesi apud PLAVTVM quinquies et singulis locis apud AFRAN., CATVLLVM, VERG., OV., SEN.; in prosa oratione inde a CIC., LIV., SEN. rhet., CVRT., PLIN. nat., GELL., apud ecclesiasticos.

I absolute et c. obi. rei prolatae (l. 77 sqq. p. 116, 4 sqq. [hinc pendent p. 116, 11. 20]. 116, 9. 15. 16) i. q. adversando, interveniendo sim. loqui: A de sonantibus (fere animantibus; rebus pro personis l. 61. 62, cf. et l. 65; de instrumento p. 116, 20): 1 usu sollemni de loquentibus: a notione opponendi vigente: α c. respectu intercedendi, obstrependi, interrumpendi (c. dat. l. 55. 61 sqq.): PLAVT. Cist. 751 mea erilis filia gestitavit, non tua. :: ne -ere. :: taceo (754). Curc. 41 sq. -ere. :: fiat maxume. :: etiam taces? :: nempe -i me iusseras (-ere indicativus ioco pro imperat. intellegitur). Men. 156 te morare, mihi quom -ere. AFRAN. com. 13 quid prodest istuc te blaterare atque -i? LIV. 1, 40, 6 (antea: vociferari et certatim alter alteri obstrepere). SEN. contr. 9 praef. 3 in declamationibus nemo ex industria -itur. SEN. Thy. 1004 unde -untur nati? (verba Thyestis epulati filios). CVRT. 10, 2, 30 qui ferocissime -ti erant (cf. 10, 2, 13 clamore ... volentem loqui inhibebant). PLIN. nat. 26, 126 vocem echus ... respondentem homini, immo vero et -entem. PANEG. 4, 16, 3 ut oratio ... nec odiose instantibus -atur (i. ambagibus, ut: ITIN. Alex. 4 ne tibi ... talibus occupato ultra -ar). β c. respectu contradicendi, obsistendi et inde obtrectandi, detrahendi: CIC. Cluent. 63 tacita vestra exspectatio quae mihi -i videtur: 'quid eqs.' (c. dat. ut: ITALA psalm. 100, 5 [Epiphan. in cant. p. 85] -entem occulte proximo [gr. καταλαλοῦντα, Vulg. detrahentem]. ANIAN. Chrysost. hom. 8, 5 patriis moribus [gr. καταγελῶσι]. AVG. un. eccl. 7, 16 p. 250, 22 testimoniis. COD. Theod. 12, 12, 1 syn. obsistat. CASSIOD. hist. 1, 18, 3 [iuxta derogabat. Socrat. 1, 6 ἐκακηγόρει]. MVTIAN. Chrysost. hom. 18 p. 355/6 Christo [gr. ἀντιφθεγγέσθω]. al.). ad Q. fr. 2, 8, 1 ut me et appelles et interpelles et -are et conloquare velim (absolute ut: CATVLL. 83, 4 Lesbia gannit et -itur [cf. 83, 1 mala ... dicit]. VVLG. psalm. 43, 17 a voce exprobrantis et -entis [gr. παραλαλοῦντος, Hier. psalt. sec. Hebr. blasphemantis. cf. CASSIOD. ad l. -i est absenti detrahere et doloso aliquem sermone mordere]. SIDON. epist. 7, 9, 12 in ministrando segnes, in -endo celeres. al.). GELL. 1, 26, 6 -batur non meruisse ut vapulet (cf. obi. int. haec: ITALA Mal. 3, 16 [Aug. civ. 18, 35 p. 310, 10 D.] h. -ti sunt ... ad proximum [gr. ταῦτα κατελάλησαν ... πρός, Vulg. locuti sunt ... cum]. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 143, 9. I 5 p. 274, 4 de aliquo ... h. -ente [gr. I 1, 5 p. 15, 29 περί τινος ... τὰ τοιάδε πεφλυαρηκότος]). c. praepos.: AMBR. epist. 5, 1 ne de nostro -antur iudicio (CONC.^{S} I 2 p. 37, 17 de mea opinione [gr. καταφλυαροῦσι c. gen., alia interpr. I 5 p. 49, 30 garriunt ... de]. al. cf. l. 80). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 38, 33 contra Christum (gr. φλυαρῆσαι κατά). I 5 p. 276, 29 adversus gloriam divinam (gr. καταφλυαροῦσι).

b notione opponendi evanescente: α de concinentibus: VERG. Aen. 6, 646 Orpheus -itur numeris septem discrimina vocum ([SERV. ad l.: dicendo '-itur' chordarum expressit laudem, quas dicit verbis locutas: -i enim non est nisi contra loquentem loqui]. AMBR. Iac. 2, 9, 39 n. s. v. differentias -tus [in imagine de propheta]). β de colloquentibus (alloquentibus l. 11) sim.: TERT. fug. 1, 1 quaesisti ... fugiendum necne sit ...; ibidem ego -tus aliquid ... plenius ... nunc renuntiaturus. DON. Ter. Eun. 516, 2 iuxta respondeat. AMBR. hex. 5, 14, 49 aliae aves ex institutione diversarum vocum -untur discrimina, ut hominem putes locutum (cf. l. 4). CASSIOD. hist. 10, 4, 6 quibusdam ... de eo latenter -batur (Socrat. 6, 5 διελέγετο). γ de insuper loquentibus: TERT. resurr. 30 p. 68, 22 cum deus ostensis ossibus de propria spe eorum quid -itur. RVFIN. hist. 4, 11, 5 Hebraica nomina ... super eos quos initiant ... -untur (gr. ἐπιλέγουσιν. cf. Iren. 1, 21, 3 [= 1, 14, 2 H.] superfantur).

2 transfertur ad quemlibet sonum: OV. Pont. 3, 1, 21 non avis -itur (sc. audire cupienti). AMBR. Iob 4, 10, 36 ut cithara septem vocum discrimina numeris modulantibus -atur (cf. l. 4). GEST. Ner. et Ach. (BHL 6059) p. 10^B Petrus solvit canem et dixit ei: vade, -ere Simoni (i. allatrando, ut vid.).

B de rebus contrariis, oppositis sim.: DIOM. gramm. I 478, 31 anapaestus recurrendo repercutiens dactylum sono reciproco -itur ei per antistrophen. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 504, 7 labori nostro nihil ut aliis nocituro ... -itur. COD. Iust. 4, 30, 10 nec huic -itur, quod exceptio ... evanescat.

II c. obi. vituperati i. q. loquendo calumniari sim.: PS. AVG. serm. 117, 5 si quis ... detrahere ... consuevit et aliorum actiones -i. VITAE patr. 6, 4, 7 noli obedire -enti proximum suum (Cotelier p. 557^B καταλαλοῦντα τὸν πλησίον αὐτοῦ. cf. p. 115, 66). LIBERAT. 4 Conc.^{S} II 5 p. 102, 8 epistolam cuius est principium '-untur me quidam eqs.' (spectat ad p. 115, 83).

part. praes. m. pro subst. sing.: p. 115, 66. 74. 80. plur.: LEO M. serm. 42, 2 (de infidelibus ut: SACR. Gelas. 3, 67 tit. p. 734).

deriv.: oblocutio, oblocutor, obloquium, ? obloquus.

? **obloquus**, -a, -um. si probab., ab obloqui formatum, cf. eloquus, et reloquus. i. q. obloquens, obtrectans: SEDVL. epist. 2 p. 173, 8 credo tamen ... nullum fore quamvis impudenter -um (-locum P, -liquum R, -loquium ras. in H, edd. praeter Huemer), si meruero dextrum tui pectoris adipisci iudicium. *Halter.*

oblūceo, -ēre. ab ob et lucere. -ens i. q. lucentem (transl.) se ob oculos praebens: FVLG. myth. 1 praef. p. 12, 17 Satyram suis -em ut pelicem voluptatibus (abl.; at sunt qui -em in malam partem trahant dat. statuentes). *Detrich.*

obluctātio, -ōnis f. ab obluctari, cf. conluctatio. [confunditur c. -lect- l. 50.] i. q. actio obluctandi, contentio, pugna (proprie et translate. cf. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 133, 16 cogitationum pugnas et -es daemonum. CASSIAN. inst. 5, 9 corporeae -is [var. l. -lect-] pugna. plur. l. 49. 53, cf. etiam l. 62): 1 usu sollemni: per abl. modi sim.: ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 8 suspiciones suas pro probatis ... pertinaci -e tutari (2, 50 p. 87, 16 adfectus ... pellere p. moliuntur -e virtutum). CLAVD. DON. Aen. 2, 595 p. 228, 19 -bus humanis superari non possent Troiani. MART. CAP. 6, 647 immensos fragores intonans Aetna -e flammarum. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 85^A rem ... longa partium -e differri. CASSIOD. in psalm. 118, 78 l. 1334 -e pugnavit (postea: contentione). var. 12, 14, 5 nequit piscis undis elevantibus contraria -e demergere. alia: AVG. coll. c. Don. 3, 5, 6 p. 56, 11 in ... -e ... repetebant eqs. (antea: resistentes; obluctati fuerant ..., ne). CONC.^{S} I 5 p. 208, 7 (ad gen. 32, 24) Iudaeorum -em, qua utebantur in Christo, paene cum ipso luctantes. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 193, 6 sine ullius rei -e (-luctione F). NICET. virg. laps. 12 -em (var. l. -es) virginis contra tentatorem. ? 2 fere i. q. tentatio: PS. PROSP. vocat. gent. 2, 28 p. 714^B inevitabilis erat -o trepidationis (postea: non sine tentatione formidinis).

obluctātor, -ōris m. ab obluctari. i. qui obluctatur: NOVAT. p. 67^A adversarius vester ... intus est in visceribus: et in ipsis membris nostris habemus -em (antea: adversus quem vobis est colluctatio).

? **obluctio**, -ōnis in var. l. supra l. 62.

obluctor, -ātus sum, -āri. ab ob et luctari, cf. colluctor. inter 'verba media' affert CHAR. gramm. p. 479, 28 B. de notione: SYNON. Cic. p. 437, 2 -ans. obstinatus. pertinax. GLOSS. ἀντιπαλαίω. contra luctor. -atur: obsistit. -ans: obnitens. legitur inde a VERG. (semel). [variat in codd. c.: luct- p. 117, 70, colluct- p. 117, 11. confunditur c.: oblact- AVSON. 369, 35 p. 97 P. v. p. 117, 72. GLOSS. IV 128, 32 (var. l.), oblect- p. 117, 16. 24. 26, oboedire p. 117, 53.]

i. q. luctando se opponere sim. (c. dat. l. 84. p. 117, 35, contra vel adversus [-um] p. 117, 57 sqq., cum p. 117, 5, ne p. 117, 62. luditur c. oblectari p. 117, 46):

I intransitive: A -antur pugnantia, nitentia, vires suas intendentia: 1 de obnitentibus, laborantibus, appetentibus sim.: VERG. Aen. 3, 38 genibus ... adversae -or harenae ([antea: maiore ... nisu adgredior. SERV.: acrius nitentem ostendit. CLAVD. DON. v. p. 117, 5]. c. dat. etiam: CVRT. 4, 8, 8 diu flumini -tus nauta. COLVM. 6, 16, 1 cum

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in proscindendo aut duriori solo aut obviae radici -atur *animal.* 8, 14, 8). SEN. dial. 7, 25, 6 escendat, nitatur, -etur patientia, fortitudo ... et quaecumque alia duris opposita virtus est. COLVM. 3, 18, 2 -anti fossori. ARNOB. nat. 5, 5 p. 177, 19 cum -tus diu ... optinere nequisset *eqs.* (*antea*: adpetivit). CLAVD. DON. Aen. 3, 35 p. 266, 1 -ans cum terra genibus ([*cf. p. 116, 82*]. AVG. c. acad. 2, 7, 18 p. 36, 11 -ans mecum et vix me colligens: '...' inquam *eqs.*).

2 *de resistentibus vel impetum facientibus* (*proprie et translate. cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 360 p. 78, 22 reniti atque -ari [*antea*: resistere]. RVFIN. hist. 11, 11 -ante ... et plurimum resistente [Orig. princ. 1, 5, 3 p. 72, 9 -ans [*var. l.* conluct-] ac resistens omni bono): **a** *nude*: SEN. contr. 1, 4, 1 utcumque ... potui -tus sum et ... corpus opposui. SEN. epist. 107, 12 qui -atur *fato* (*antea*: paratos nos inveniat ... fatum). CVRT. 4, 9, 25 fugientem ... consecutus ex equo praecipitavit et -anti ... caput dempsit. 8, 1, 46 -ari perseverantem morabantur *amici*. TERT. patient. 4 p. 6, 3 -atur (*edd., trad.* -lect-; *opp.* obsequitur). ITIN. Alex. 48 utramque urbem, quamvis impigre -tas, ... capit. SYMM. epist. 4, 70 (71), 1 -ante eo, quem socium discussionis accepit. or. 1, 10 cur in medium ... existi, cur diu -tus ... es? AMBR. bon. mort. 6, 24 tu -are quasi bonus miles Christi. Iob 2, 3, 8 p. 238, 3 -antes gravi lapsu cecidisse. RVFIN. Orig. in gen. 8, 3 affectu -ante. CLAVD. 10, 173 -antem ... petebat. AVG. civ. 4, 13 p. 163, 17 -ari quid opus est *sc. illa asserentibus*? lib. arb. 2, 13 pervicaciter (*opp.* agnoscere). serm. 9, 10 l. 377 inviti et -antes (*var. l.* -lect-). OROS. hist. 5, 5, 7 ut ... pugna iniretur, collegam ... -antem impulit. HIL. AREL. vita Honorat. 5 l. 12 -batur (*var. l.* -lect-) pater (*syn.* obstabat, retinebat). 23 l. 16 (*postea*: obstinationem). CONC.[S] I 5 p. 348, 18 (*ad gen. 32, 23*) -antem ... Israelem (*gr. I 1, 4 p. 55, 21* ἀντίπαλον). p. 378, 27 quod ... auditores ... impudenter -antes non compescerent nec cogerent eos, ut *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 81, 12* τοῖς ἀναιδῶς ἀντιπίπτουσι, *cf. Rustic. Conc.*[S] *I 4 p. 71, 6* resistentibus). CE 748, 9 saevo ... dracone -ante diu. *part. praes. pro subst.*: RVFIN. Orig. in num. 9, 1 p. 55, 27 virtutes animi sine -ante non poterunt enitescere. LEO M. serm. 70, 2 saevitia -antium (*antea*: repugnat].

b *indicantur adversa*: **α** *dat.*: *rei* (*v. etiam l. 11*): SEN. epist. 30, 1 *virum* quassum, aetati -antem. CVRT. 6, 6, 27 animi semper -antis difficultatibus. 7, 1, 9 *Alexandrum* -antem ... oblivioni (*antea*: memoria ... eum destituit). LVCAN. 3, 662 pars ... turbae naufraga iactatis morti -ta lacertis. SIL. 12, 426 multum -tus iniquis defendentum armis. PS. QVINT. decl. 13, 10 p. 256, 15 -antia diu legum velut claustris scelera. AVIEN. orb. terr. 190 saxosis ... saepe -antia *marmora* (*pro 'mari'*) ripis (*Prisc. perieheg. 130* ambit, *Dionys. perieheg. 132* νήσοισι περιβρέμεται). FAV. EVL. 12, 2 W. -antur (obluceant *van Weddingen*) caelo (*sc. septem sidera, ut*: CLAVD. 17, 104 retro nitantur in ortus -ta polo). AVG. civ. 2, 5 p. 58, 4 D. consuetudinis vitiis oblectari magis quam -ari student (BOETH. cons. 4, 2, 31 W.). in euang. Ioh. 41, 11 l. 19 languor ... saluti. mus. 6, 16, 51 adversa ..., quibus -atur *anima*. LEO M. serm. 38, 3 resistat superbiae, ... -etur invidiae. CONC.[S] I 5 p. 376, 39 edictis (*gr. I 1, 7 p. 79, 23* ἀντιπεσόντος, *cf. I 4 p. 68, 25* contraisset). MEROB. poet. 12 labori. *personae*: SIL. 8, 10 eidem soli -andum Fabio. AVG. conf. 7, 6, 8 qua *pervicacia* -tus sum Vindiciano ... adfirmanti *eqs.* c. Pelag. 1, 19, 37 p. 454, 14 -etur (*var. l.* oboediretur) non mihi, sed illi, qui clamat *eqs.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 7 non deo, sed daemoni. CONC.[S] II 3, 3 p. 119, 5 eis, qui prava sentiunt. CLAVD. MAM. 3, 8 p. 168, 16 non ultra -bere nobis.

β *praep.*: PS. CYPR. pudic. 13 contra ... carnis insidias ... -andum est omni genere virtutis. NOVATIAN. trin. 20 p. 925[C] pertinaciter ... adversus veritatem (30 p. 946[B]. *cf.* RVFIN. hist. 8, 10, 2 adversum peccatum. Orig. in num. 9, 1 p. 55, 25 diabolum et -antes adversum nos contrarias potestates).

γ ne: AVG. coll. c. Don. 3, 5, 6 p. 56, 9 ista ... ne recitarentur vehementer ... -bantur multis ... prosecutionibus resistentes. p. 56, 10 -ti fuerant et extorserant, ne ... legerentur *eqs.* serm. coll. Morin p. 558, 6 -atur, ne moriatur. VEN. FORT. vita Germ. 1, 3 (*antea*: certabatur, renitebat, erat ... pugna).

B *-antur impedientia, intercedentia sim.* (*ambigua dedimus sub A*): VAL. MAX. 8, 7 ext. 1 declamationes fluctuum fragoribus -antibus edebat *Demosthenes*. STAT. silv. 3, 1, 20 -antia saxa summovit nitens. PLIN. epist. 4, 30, 6 per quasdam -antis (*var. l.* luct-) animae (*i. aëris*) moras (*cf.* SYMM. epist. 2, 55, 1 ventis -antibus). AVSON. 369, 35 p. 97 P. tardi claustra -antia (-lact- *trad.*) partus. RVFIN. Orig. in exod. 5, 5 p. 190, 23 si ... obviet ... tibi mare et contradicentium fluctus occurrat, percute ... -antes undas virga Moysi *eqs.*

? **II** *quasi transitive*: AVG. epist. 171[a], 1 p. 633, 4 ut pietate mansuetus ..., etiam quae nondum intellegis ..., non -eris animosa contentione, nec *e s.* (*nisi* etiam *pro* etiamsi *accipias*).

deriv.: obluctatio, obluctator. *Lossau.*

oblucuviāsse dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse PAVL. FEST. p. 187. *orig. non satis certae, v. Walde-Hofmann II 195.*

oblūdio, -āre. *cf.* alludiare, obludere. *i. q. ob oculos alicuius ludentem se gerere*: PLAVT. Truc. 103 -ant (obludeant *codd.*, obludunt *Merula*), qui custodem oblectent per ioculum et ludum.

oblūdo, -ere. *ab* ob *et* ludere. *sunt qui huc trahant* PLAVT. *p. 117, 83.* *i. q. illudere* (*decipiendo*): PRVD. ham. 6 terrarum tibi forma duplex -it, ut excors dividuum regnare deum ... credas. *W.*

obluo, -ere. *ab* ob *et* luere. [*certa ab incertis separari nequeunt.* PLIN. nat. 17, 267 (obl- *trad.*, abl- *sensu q. e. 'lavando tollere' edd. plerique*, oblinatur *Detlefsen*) *v. vol. I 107, 14.*] *i. q. adversus fundendo luere*: **1** *de irrigando, madefaciendo*: PETRON. frg. 52, 4 (= ANTH. 478, 4) refuso gurgite securos -it (ad- *vel* al- *Heinsius et Bücheler*, sub- *Riese*, obruit *Scaliger*) unda pedes. MARCELL. med. 1, 8 ut reprimatur *sanguis*, aqua frigida pura nares diutius -i oportet (*Scrib. Larg. 8* abluere). **2** *de lavando, purgando*: STAT. silv. 4, 3, 89 (*loquitur Vulturnus fluvius*) ne me pulvereum gravemque caelo (*v. app. crit.*) Tyrrheni sinus -at (ab- *Baehrens*, obruat *A*) profundi, ... sed talis ferar, ut ... possim puro gurgite provocare Lirim. *Detrich.*

oblūridus, -a, -um. *ab* ob *et* luridus, *cf.* oppallesco *et* obstupidus (*an sec.* ἔπωχρος?). *i. q. lurore offusus*: AMM. 14, 6, 17 *spadones* -i distortaque liniamentorum compage deformes. *W.*

oblūstro, -āre. *ab* ob *et* lustrare. GLOSS. circumeo. -ans: circumiens, circumspiciens. *i. q. circumeundo lustrare, circumspectare*: RVFIN. hist. 8, 7, 2 circumdant *bestiae* ecclesiam martyrum in medio *stadio* sitam, circumeunt saepius et -ant. *Detrich.*

obmallo, -āre. *ab* ob *et* mallare, *cf.* admallare. se -are *i. q. iudicio se offerre, iudicium adire* (*sc. se purgandi causa; v. Brunner, Dt. Rechtsgesch. II 460*): LEX Sal. Merov. 35, 8 (*pars codd.*) *dominus servi noxii* potest se -are, ut hoc (*sc. multam*) non solvat.

obmaneo, -ēre. *ab* ob *et* manere. FEST. p. 190 *v. l. 29.* PAVL. FEST. p. 199 -ens pro diu manens, ut permanens.

obmento (omm-), -āre. *ab* ob *et* mantare. FEST. p. 190 -ans, Livius in Odyssea (*affert l. 33*) ... significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur, id enim est mantare. GLOSS.[L] IV Ps. Plac. o 15 (oment- *trad.*) a mantando, id est diu manendo. *i. q. (alicubi) manere,* ἐπιμένειν: LIV. ANDR. carm. frg. 8 in Pylum deveniens aut ibi -ans (devenies *et* ubi *var. ll.; cf. S. Mariotti, StIt. 24, 1950, 85 sq.*).

obmerēns, -entis (*superl.* -issimus). *fortasse sec.* obmeritus *ab* ob *et* merens, merentissimus. *superl. i. q. merentissimus*: CIL XII 1466, 7 matri (amtri *lapis*) -issime et coiugi incomparabili.

obmeritus, -a, (-um). *ex* ob meritum *per hypostasin.* *non afferimus nisi certa; de dubiis ut* -o (*nonnisi* CIL V 4463, 6 VIII 3064, 7), -is (*e. g.* CIL VIII 9084, 10) *v. Diehl, De m fin. epigr. 88 sq.* *i. q. (bene) meritus*: CIL VIII 3892, 5 optim⟨ae⟩ -ae. 4078, 9 coniugi rarissime -ae.

obmigro, -āvī, -āre. *ab* ob *et* migrare. *i. q. (offerendo) transportare*: AVG. serm. coll. Morin p. 206, 7 -vi (iam migravi *ed. Sirmondi*) in caelum, quod habeo (*antea*: migra eas divitias; et cum migraveris *eqs.*). *W.*

obmisceo, (-uī), -xtum, -ēre. *ab* ob *et* miscere. *scribitur* omm-: APVL. (*codd. potiores*). se -ere *i. q. se immiscere*: APVL. met. 4, 20, 4 canes de ... angiportu ... venaticis *canibus* se -e[u]nt (comm- *φ alia manu in marg.*) agminatim. -tus *i. q. commixtus, comparatus*: VISIO Pauli 13 rec. Pp. 16, 6 J. (*in imagine de nube per mundum sparsa*) haec ⟨est⟩ iniusticia -ta a principibus peccatorum (*gr.* συμμεμιγμένη).

obmitto *v.* omitto. *Detrich.*

obmōlior, -ītus sum, -īrī. *ab* ob *et* moliri. **1** *i. q. moliendo opponere*: LIV. 33, 5, 8 qua *arbore ex munimento* evulsa portae instar ... patebat, nec in promptu erat, quod -rentur. CVRT. 6, 6, 24 arborum truncos et saxa -untur. 8, 10, 24 *ad orientem amnis* aditum ... inpedit; ad occidentem ... rupes praealtas -ta (admolita *pars codd.*) natura est. **2** *i. q. moliendo occludere*: LIV. 37, 32, 7 omnes ad munienda et -enda, quae ruinis strata erant, concurrerunt.

obmordeo, -ēre. *ab* ob *et* mordere. *i. q. mordendo opprimere, obrodere*: ISID. orig. 20, 16, 1 frena dicta ..., quod haec equi frendant [id est inprimant] dentibus et -ant (*sim. diff. 1, 226, ubi* mordeant).

obmortuus, -a, -um. *ab* ob *et* mortuus (*cf. opp.* permortuus). *i. qui coepit mori*: ORIBAS. syn. 7, 27, 1 Aa de quasi -a carne, in qua lenti ducuntur humores in cancrena, et non permortuae carnis, sed adhuc morientis (*cf. gr.* νεκρώσεις ... οὐκ ἤδη γεγενημένας, ἀλλὰ γινομένας ἔτι, *La* e[t]mortua).

obmoveo, -ēre. *ab* ob *et* movere. omm- *poscit* MAR. VICTORIN. gramm. VI 19, 5, *exhibent codd. semel (l. 75), ter restituendum ex* comm- (*l. 75 sq.*). FEST. p. 202 -eto pro admoveto dicebatur apud antiquos (*inde* GLOSS.[L] III Abol. OB 13 [= V Aa o 105] -eto pro movito dant [adante *Lindsay*]). [*restit. ex* mov- *l. 76.*]

i. q. (offerendo) admovere (*nonnisi in sacris faciendis*): CATO agr. 134, 2 Iano struem -eto (comm- *trad.*) sic: 'Iane pater, te hac strue -enda ... precor' (*sim.* 134, 3 [comm- *trad.*]. 134, 4 [comm- *trad.*]. *ibid. iterum bis*). *ibid.* fertum Iovi -eto (mov- *trad.*) ...: 'Iuppiter, te hoc ferto -endo ... precor' (134, 4). 141, 4 facito struem et fertum uti adsiet, inde -eto. *W.*

obmurmurātio, -ōnis *f.* *ab* obmurmurare. *i. q. actio obmurmurandi, fremitus, oblocutio*: SYNOD. Hil. ad Const. 1, 3, 1 nulla ... suspicio erit non modo seditionis, sed nec asperae -is. AMM. 26, 2, 3 -o gravis exoritur concrepantibus centuriis ... cohortiumque ... plebe urgentium ... imperatorem alterum declarari. ISID. reg. monach. 5, 7 patribus sine -e obtemperare debent *monachi*.

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obmurmuro, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* ob *et* murmurare. *de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 23 obturbat. obloquitur. obstrepit. oblatrat. -at. SERV. Aen. 11, 345 mussare est -are. GLOSS. II 340, 24 καταγογγύζω. IV 9, 49 adstrepit: -at. 417, 45 oblatrat: -at.

i. q. murmur offerre (-are dicentem *l. 8. c. dat. passim*):

1 *vi praep. plus minus servata*: **a** *de obloquentibus, resistentibus sim.* (*c.* contra *l. 10*): OV. epist. 17, 47 vana peto: precibusque meis -at ipse *Boreas.* AMBR. Tob. 17, 57 -ant ... dicentes, quia *eqs.* LEO M. epist. 139, 4 Conc.^{S} II 4 p. 93, 18 prospicere ..., ut contra sacramentum nullus -et (*gr. II 1, 2 p. 65, 28* κατά ... ὑπογογγύζειν). *indicatur, quid -etur* (*v. etiam l. 27*): PS. FRONTIN. strat. 4, 6, 2 -antem ⟨audiens⟩ facile tam laboriosa sedentem imperare (*c. acc. c. inf. etiam*: RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 547^{B} si forte aliquis audientium ... -erit. *ceterum v. l. 25*). ARNOB. nat. 4, 34 rei, qui de vestris sequius -erint aliquid regibus. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 merito ... -antibus *pharisaeis*, quod (*coni.*) *eqs.* (*ad Luc. 19, 7, ubi* murmurabant dicentes, quod *eqs.*). **b** *de utcumque obstrepentibus*: SOL. 2, 40 cum -rent (obirent murmurarent *A*) *cicadae* Herculi quiescenti. AVIEN. Arat. 491 (*de Helicone*) mystica (musica *coni. Winterfeld in schedis nostris*) ... rupes doctis -at antris.

2 *vi praep. evanescente, fere i. q. loqui, gannire sim.*: SVET. Otho 7, 2 graviter prolapsum *Othonem* ... -asse: '*eqs.*' PS. CYPR. rebapt. 18 circa paralyticum acerbius scribae et Pharisaei -erant (*antea*: apud semet ipsos dicere). DON. Ter. Hec. 670, 4 sibi -ans vultu et verbis ostendit *eqs.* SYMM. or. 3, 12 iampridem fatidicos -are gentium vates hactenus nomen stetisse barbaricum *eqs.* EVGRAPH. Ter. Ad. 556 'quid ille gannit?': quid ille -at? dicit se *eqs.* ...? *fere i. q. divulgare*: CONC.^{S} II 2, 1 p. 24, 13 prohibeatur ..., quae -atur synodus congreganda (*cf. II 3, 1 p. 11, 5* quod fieri divulgatur, *gr. II 1, 1 p. 40, 9* ἡ θρυλουμένη γίνεσθαι σύνοδος).

deriv.: obmurmuratio.

obmussito, -āre. *ab* ob *et* mussitare. *i. q. contra aliquem infense mussitare, obmurmurare*: TERT. pall. 4, 5 ne quid ... de Caesaribus quibusdam ... -ent.

obmusso, -āre. *ab* ob *et* mussare. *i. q. mussando offerre, dictitare*: TERT. anim. 18, 1 (*e Plat. Phaedr. 65B*) an non etiam poetae haec nobis semper -ant, quod neque audiamus certum neque videamus? (*gr.* θρυλοῦσιν). *Detrich.*

^{s}**obmūtēsco,** -uī, -ere. *ab* ob *et* mutus, *cf.* obstupescere, obticescere. *scribitur* om(m)- *saepe, cf.* VEL. gramm. VII 64, 7 ob praepositio ... interdum ad eam litteram transit, a qua sequens vox incipit, ut est ... -uit (*sim.* CASSIOD. gramm. VII 162, 22 *ex Papiriano*), -isc- *e. g.* CIC. Cato 23 POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 282) l. 87 AMBR. hex. 6, 7, 40 p. 232, 2. NOT. Tir. 82, 92 -uit. 82, 93 -it. *de notione* (*cf. etiam p. 120, 3*): SYNON. Cic. p. 445, 15 obticuit. obduruit. obriguit. obstrepuit. obstipuit. -uit. GLOSS. -it: obstruitur, obticescit. -ere: tacere. *legitur in versibus comicis et prosa oratione inde a* TER., RHET. Her., CIC., LIVIO, *deest e. g.* CAES.; *ceterum in poesi perraro, bis apud* VERG., CLAVD., *semel apud* OV., CORN. SEV., STAT., *nonnisi perf.* -uit. [*confunditur in codd. c.* immutescere HIER. epist. 14, 8, 6, obtumescere CELS. 5, 25, 3^{A}. *cf. etiam p. 120, 54. 59. dub. vel falso trad. in parte codd.* PLIN. nat. 33, 160.]

I *intransitive i. q. mutum fieri vel mutum esse* (*accedunt praepos.* ab *p. 120, 15,* ad *l. 81* [*vi caus.*], *p. 120, 24* [*vi fin.*], adversus *p. 120, 49,* in *c. abl. l. 67, inf. p. 120, 78*): **A** *proprie et in imag.*:

1 *de animantibus*: **a** *respicitur intermissio vel cessatio loquendi*: *α exempla selecta*: TER. Andr. 257 obstipui; censen me verbum potuisse ullum proloqui ...? -ui. 421 -uit (*loq. servus de sene obstupescente*). RHET. Her. 4, 52, 65 omnes stupidi timore -erunt (*cf.* VERG. Aen. 4, 279 Aeneas aspectu -uit amens ... et vox faucibus haesit. OV. met. 13, 538 dolore. LIV. 32, 21, 25 crudelitatis metu -uistis ...; nam quae alia tacendi ... causa est?). CIC. Flacc. 48 repente ... homo ... loquacissimus -uit (*cf.* QVINT. inst. 6, 1, 39 aliquoi vir facundus). fin. 2, 49 vel si -issent *homines, honestum* ... esset ... laudabile. 4, 7 si quis -ere concupierit, nihil aliud legere *debet nisi artem rhetoricam Chrysippi.* Cato 23 num ... hunc *Sophoclem*, num Homerum ... coegit in suis studiis -ere senectus? (*cf.* COLVM. 11, 1, 11 *de oratoria disciplina deserenda*). div. 2, 69 Aius iste Loquens ... -uit (*sim. de voce divina*: TERT. ieiun. 12 p. 290, 13). Att. 9, 19, 4 *litteras da* de sermonibus hominum, nisi plane -erunt. VERG. Aen. 6, 155 *Sybilla* dixit pressoque -uit ore (*cf.* LIV. 33, 2, 2 orsus ... -uit et concidit. FEST. p. 142 quod ... -ere cogant loquentem *litterae mutae finales.* LACT. inst. 2, 8, 54 Lucilius, qui contra disserebat, -uit). CORN. SEV. carm. frg. 13, 15 ille senatus vindex (*sc. Cicero*), ille fori, legum ... vox, saevis aeternum -uit armis (*loqui prohibitus nece ut*: STAT. Theb. 2, 628 immorsa ... cadens -uit hasta *Chromis*). LIV. 32, 20, 4 cum praeco ad suadendum vocet, -uistis. SEN. epist. 95, 2 *de recitatore.* ITALA Marc. 1, 25 (cod. b *al., sim.* Luc. 4, 35 cod. a *al.* = VVLG.) *ad spiritum immundum*: -e (-ere *pars codd. Vulg., imp. pass. sec. gr.?*) et exi de homine (*gr.* φιμώθητι. *inde* PAVL. MED. vita Ambr. 33 PASS. Barth. 3 p. 133, 1). AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 333, 5 ⌊ad quae⌋ (⌊⌋ quem *codd.*) redarguti -rent (coll. c. Don. 3, 11, 22 p. 71, 13 ad quod ... obiectum. POMER. 3, 12, 2 p. 491^{C} ad haec). *et saepius.* *de bestiis*: PLIN. nat. 10, 133 attagen ... vocalis alias, captus vero -ens. AVG. in psalm. 93, 1 l. 56 -entibus canibus (SVLP. SEV. dial. 3, 3, 7. 8. *aliter l. 42*). TAB. devot. Audollent 112, 7 (= CIL XIII 11070, 7) animalia (*contextu manco*). *β illustratur notio per iuxtapos. et resp.* (*cf.* silentio *l. 67*): RHET. Her. 4, 15, 21 tacito cum opus est, clamas; ubi loqui convenit, -is (CIC. Caecin. 36 *antea syn.* tacebit. APVL. apol. 102 quid -uistis? quid tacetis? *cf. p. 119, 61 et alteram vers.*: ITALA iud. 18, 19 [Lugd.; *gr.* κώφευσον, *Vulg.* tace]. HIER. interpr. Iob 6, 24 [*gr. LXX* κωφεύσω, *Vulg.* tacebo]. *distinguitur*: ORIG. in Matth. ser. 1 p. 1, 23 iustus ... tacet quidem ..., non autem -it *eqs.*). CIC. Pis. 26 cum -isset senatus, iudicia conticuissent (*cf.* AMBR. hex. 6, 7, 40 p. 232, 2 et Iudaei conticiscant et Ariani ... -ant). ITALA psalm. 38, 3 (cod. 304 = VVLG.) -ui et humilatus sum et silui a bonis ([*gr.* ἐκωφώθην, *Veron.* obsurdui]. *in altera vers.*: Ezech. 24, 27 [cod. 175 *al.*; *gr.* ἀποκωφωθῇς, *Vulg.* silebis]. AVG. c. Parm. 1, 8, 14 cum eos -ere compellat veritas, silere non permittit iniquitas). *γ accedit* ab (*fortasse subaudienda notione cessandi, cf. l. 12. p. 119, 67*): GREG. M. in Ezech. 1, 11, 26 p. 917^{D} ab officio praedicationis. 1, 12, 13 p. 924^{A} a bonis, quae loqui poterat. 1, 12, 17 p. 925^{D} a locutione doctrinae. 2, 6, 12 p. 1005^{B} ab ... exhortatione.

b *respicitur amissio vel defectus vocis* (*vergunt huc quaedam sub a allata, e. g. p. 119, 64. 70; hic illic -ere dicuntur sensibus deficientes, maxime l. 38. 40, cf. distinctionem* AVELL. p. 17, 5 exspirat vel, ut quidam volunt, -uit): VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 *Nausimenis uxor* inopinati monstri perculsa conspectu et in praesens tempus ad indignandum et in posterum ad loquendum -uit; ... fortuna ... vocem ademit (*indicatur causa per praedic. ut*: CELS. 2, 6, 7 ebrius [*cf. Hippocr. aphor. 5, 5* μεθύων ... ἄφωνος ... γένηται]. 5, 28, 2^{B} ictus. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 107 *repentino casu* oppressi). CELS. 5, 25, 3^{A} vitio locorum aliquo prolabitur et -it (*indicatur causa per abl. ut*: PLIN. nat. 25, 150 nimio ... odore. SVET. Claud. 44, 3 hausto veneno. AVG. in psalm. 134, 11 l. 32 aliqua valetudine. *cf. etiam l. 42*). IAVOL. dig. 28, 1, 25 si is, qui testamentum faceret, ... priusquam secundos exprimeret heredes, -isset *eqs.* CYPR. laps. 24 *quidam* postquam Christum negavit, -uit. AMBR. hex. 6, 4, 27 si te ille *adversarius disputatione* praevenerit, vocem tibi auferet; et si -ueris *eqs.* (*in imag.; item de Christiano haereticorum disputatione praevento*: in Luc. 7, 51). HIER. hom. Orig. in Luc. 5 p. 29, 2 Zacharias -uit (AVG. serm. 290, 4, 4. *al.*). CAEL. AVR. chron. 2, 5, 90 ex stomachi passione (*cf.* 4, 8, 110 in febribus. PALLAD. hist. mon. II 14 p. 369^{B} de nimio dolore -uit et remansit velut mortuus *Moyses a daemone percussus* [*cf. gr. p. 61, 17 B.* μὴ αἰσθανόμενον]). CASS. FEL. 65 p. 158, 14 sequitur ... paralysis, ut etiam repentino casu -ant et sensibus omnibus priventur. *et saepius.* *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 106 umbrae eius *hyaenae* contactu canes -ere (*cf. Sol. 27, 24* latrare nequeunt voce perdita).

2 *de rebus*: **a** *sonum edentibus*: CIC. dom. 135 pontifici ... vocem ... mittenti ... linguam -uisse (ITALA psalm. 30, 19 [Clem. ad Cor. 15; *per confusionem c. psalm. 11, 4*] -ent labia dolosa et l. magniloqua [*gr.* ἄλαλα γενηθήτω, *Vulg.* muta fiant]. PORPH. Hor. carm. 4, 1, 35 l. mea alioquin facunda subito in medio sermone -uit. TAB. devot. Audollent 222 B 5 inimicorum meorum linguas adversus me -ant. *item fortasse* 222 A 12). ITALA Marc. 4, 39 (codd. aur., l = VVLG.) *imperatur vento et mari*: tace, -e ([*gr.* σιώπα, πεφίμωσο, *aliae vers.* commutesce]. *item de aqua*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 87 tacitis ... Acheron -uit undis. carm. min. 25, 108 ereptis -uit unda querellis *alioqui cantu avium personita*). AVG. in psalm. 143, 16 -at (obtum- *ed.*) psalterium meum (*de instrumento; cf. etiam l. 70*). **b** *metonymice personarum loco positis*: CIC. Mil. 98 de me ... semper omnes gentes loquentur, nulla umquam -et vetustas. Tusc. 2, 50 videsne, ut -uerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 1 p. 773 -ente [obtum- *ed.*] dolore ... tacito gemitu cruciabantur [*gr. 5, 32* φιμούμενοι ... τὰ ... πάθη]). POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 282) l. 87 -at heresis aeterno silentio praedamnata, divinis ictibus caesa. VVLG. Ezech. 27, 32 Tyrus, quae -uit in medio maris (*cf. Hier. ad l.*: ita conticuit, ut loquendi fiduciam non haberet). PRVD. apoth. 979 -e, furor, linguam, canis improbe, morde. **c** *de verbis, sonis sim.*: TERT. adv. Prax. 29 p. 285, 7 -at, -at ista blasphemia. AMBR. in Luc. 1, 40 (*ad Luc. 1, 22*) in uno (*sc. Zacharia*) vox totius plebis -uit (HIER. in Is. 16, 9/10 p. 238^{B} v. eorum *haereticorum* aeterno -et silentio. ORIG. in Matth. ser. 1 p. 1, 11 mendacii v. 1 p. 1, 16 v. ... Pharaonis. *cf. iam p. 119, 74*). PRVD. apoth. 147 *tyrannus* varios iubet -ere cantus, organa, sambucas *eqs.* AVG. serm. 208, 2 p. 1046 oratio. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 65, 13 diaboli adversus naturam ... allegationes. GREG. M. moral. 3, 69 strepitus pravae suggestionis.

B *translate de cessantibus, quiescentibus* (*rebus praeter l. 79*): CIC. Brut. 22 eloquentia (PETRON. 2, 7 e. stetit et -uit. *cf.* CIC. Brut. 324 *eloquentiae* studium ... conticuit subito et -uit). SEN. benef. 5, 15, 6 libertas. AVG. epist. 118, 9 p. 673, 16 *de quaestionibus quibusdam philosophicis*: in ipsa etiam scholari levitate ... -uisse atque obtorpuisse *videntur.* *singulariter c. inf.* (*cf.* quiescere, silere *c. inf. et ad rem fortasse l. 12*): ITALA psalm. 35, 4 (cod. 136 Cas.) -uit sentire bonitatem (*gr.* οὐκ ἐβουλήθη, *Vulg.* noluit, *Hier. psalt. sec. Hebr.* cessavit).

II *transitive i. q. mutum reddere* (*cf. etiam p. 119, 79*): ITALA Matth. 22, 34 (cod. d) *Christus* -uit Sadducaeos (*gr.* ἐφίμωσεν τοὺς σαδδουκαίους, *Vulg.* silentium imposuisset *Sadducaeis*). AVG.

[*Lebek*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 111 (RevBén. 57, 1947, 113) l. 39 in turba . . . saevientium et gregem Christi -entium.

deriv.: obmutuo, obmutus.

obmūtuo, (-ere). *a perf.* obmutui *retrogr.* (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 128 sq.*). *scribitur* om(m)- *praeter* GLOSS. GLOSS. II 242, 28 ἀποφιμῶ -o (obmuteo *var. l.*). II 472, 9 φιμοῦμαι -o conmutuo conmutesco. **a** *i. q. mutum fieri vel mutum esse*: ITALA psalm. 82, 2 (cod. 136 Cas.) ne conticueris tibi neque sillueris neque -es, altissime (*gr.* μὴ σιγήσῃς μηδὲ καταπραΰνῃς, *Vulg.* ne taceas neque conpescaris). **b** *i. q. mutum reddere* (*cf. l. 6. p. 120, 82*): TAB. devot. (Glotta 36, 1957, 306) l. 21 *Savus fluvius* cura(m) aga(t), deprema(t) adver(s)ar(i)o(s) nosstro(s), -a(t), ne contra nos locui p(ossint); *pro intransitivo accipit Vetter, qui supplet* -a(nt).

ἀχανής: **obmūtus** GLOSS. II 254, 18. *ab* obmutescere *retrogr.* *Lebek.*

obnāscor, -nātus (sum), -ī. *ab* ob *et* nasci, *cf.* innasci (*v. l. 18*). *i. q.* ἐπιφύεσθαι: LIV. 23, 19, 11 *dolia in flumine demissa* haerentia inter -ta ripis salicta (*cf. 25, 17, 2* salicta innata ripis).

obnecto, -nexum, -ere. *ab* ob *et* nectere. FEST. p. 190 -ere obligare, maxime in nuptiis frequens est. GLOSS. -ere: conligare. *addendum fortasse l. 45.* *i. q. nectendo obducere, velare sim.*: ACC. trag. 257 ab iugulo pectus glauco pampino -xae obtegunt (obnoxae obtexunt *trad.*).

deriv.: obnexus (-ūs).

? **obnego,** -āvī, -āre. *si recte trad., per confusionem* ab *et* ob *praeverbiorum ex* abnegare. *i. q. obsistendo negare*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 105, 11 priorem -asse errorem (abnegasse *Schwartz*).

obnexus, -ūs *m.* *ab* obnectere, *cf.* obligatio. *i. q. obligatio sim.*: ITALA Is. 58, 6 (Tert. adv. Marc. 4, 37 p. 548, 7) violentiorum contractuum -ūs (*gr.* στραγγαλιάς, *Vulg.* fasciculos deprimentes, *Lucif. Athan. 1, 43 p. 144, 13* obligationes, *Iren. 4, 17* [= *29 H.*], *3* connexus). *W.*

obnīsus, *abl.* -ū *m.* *ab* obniti. *i. q. actus (ob)nitendi, labor, contentio*: ITIN. Alex. 17 Damascum capit -u levi *Alexander*.

obnītor, ˈ-nīxus (-nīsus) sum, -ī. *ab* ob *et* niti. *de formis*: *perf.* -sus *l. 67. p. 122, 29. 42. 44.* GLOSS. *inf.* -ier *l. 62*; -ere GLOSS. *cf. p. 122, 49.* *perf.* -sum *pro pass. impers. p. 122, 44.* *de notione*: NON. p. 446, 27 -i est contra adversa obluctari (*affert* VERG. *p. 122, 63 et* TER. *p. 123, 43*). SYNON. Cic. p. 435, 25 nititur. -itur. luctatur. laborat. dat operam. incumbit *eqs.* p. 437, 19 oppositum. officiens. obsistens. obstans. -ens. -xum. inimicum *eqs.* ISID. diff. 1, 15 -xum . . . obstinatum vel perseverantem. orig. 10, 198 -xus, contranisus et conabundus. GLOSS. -or: ἀντεπερείδομαι. -i: repugnare. -ere: resistere. -xus: constrictus aut humilis, submissus. GLOSS.[L] II Philox. OB 46 -i (-xi): ἀντισχόντες. 47 -xa: ἐπικεκαλυμμένη (obnupta *vel* obruta *suspicatur ed.*; *magis convenire vid.* obnexa, *cf.* ACC. *l. 22*). *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVTVM (*adv.* -xe *p. 123, 42*), ENN., TER. (*adv.* -xe *p. 123, 43*), *bis apud* LVCR., *saepius inde a* VERG. (*part. perf. praeter* LVCR. 4, 437 VERG. Aen. 5, 21 SIL. 13, 518 PRVD. ham. 638 CLAVD. 21, 290 CYPR. GALL. exod. 201); *deest e. g. apud* HOR., TIB., PROP.; *apud* OV. *non nisi* hal. 12; *in prosa oratione inde a* NEP., LIVIO, VELL., CELSO, SEN. *philos.* [*confunditur in codd.* -i *c.* obtinere *p. 122, 52. 68.* CYPR. epist. 59, 15 p. 685, 16 VEG. mil. 3, 13 AVG. beat. vit. 1, 1 p. 89, 13, *c.* niti HEGES. 5, 14, 5 p. 318, 14, *c.* adniti (*falsa var. l.* obn- VERG. Aen. 3, 208 *apud Non. p. 446, 30*), inniti CLAVD. 21, 290, -xus *c.* obnoxius LIV. 7, 33, 12 SEN. epist. 66, 40. 120, 10 CLAVD. carm. min. 49, 3 AVG. civ. 2, 1 p. 54, 1 D. *v. et s. v.* obnoxius. *loco dubio*: FRG. Bob. gramm. VII 538, 28.]

I *strictius i. q. nitendo se opponere, obluctari sim.* (*accedit* contra *l. 83. 84, cf. p. 122, 13. 123, 15*): **A** *proprie et in imagine*: **1** *accedit dat.*: ENN. ann. 147 aquila pinnis -xa . . . vento. LVCR. 4, 437 in portu clauda videntur navigia aplustris fractis -ier undis (undas *trad.*). VERG. georg. 3, 233 irasci in cornua discit arboris -xus trunco *taurus* (*item*: Aen. 12, 105). PLIN. nat. 7, 82 -xus contra nitentibus iumentis. TAC. hist. 2, 5, 1 consilio ac . . . manu hostibus -i. ann. 1, 21, 2 -i trahentibus. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 1 *Phaeton* cum . . . equis -i nequisset. PRVD. c. Symm. 2, 508 religio . . . Romanis -xa globis (-sa *pars codd.*). CLAVD. 21, 290 *gubernator* pelagi caelique -itur irae.

2 *absolute*: **a** *de moventibus*: LVCR. 6, 559 *ventus* urget -xus magnis speluncas viribus altas. VERG. Aen. 4, 406 *formicae* grandia trudunt -xae frumenta umeris (*item de formicis*: PLIN. nat. 11, 108 maiora aversae . . . moliuntur u. -xae *cf. l. 73*). 9, 725 portam vi magna converso cardine torquet -xus latis umeris (SIL. 13, 252 cardine verso . . . obices. STAT. Theb. 10, 509 umeris -xus Acron et pectore toto pronus Ialmenides . . . robora portae torserunt. *sim.*: PASS. Montan. 17, 1 -entibus etiam cataractariorum ministris). QVINT. inst. 5, 13, 11 (*in imag.*) toto corpore -endum (*cf. antea*: impelli). CLAVD. 8, 569 cum . . . -xis . . . pubes . . . lacertis . . . gestaret onus (*cf.* CORIPP. Ioh. 3, 161 *Cacus taurum raptum* collo . . . levavit -xus portansque). rapt. Pros. 3, 378 *Ceres cupressos* totis . . . -xa trementes viribus impellit. **b** *de resistentibus*: VERG. georg. 3, 222 versa . . . in -xos urgentur cornua (*de pugna taurorum ut*: STAT. Theb. 6, 866 rumpunt -xa . . . pectora). VERG. Aen. 5, 21 nec nos -i contra . . . sufficimus (*sc. in tempestate ut*: AVG. beat. vit. 1, 1 p. 89, 13 invitos contraque -entes). OV. hal. 12 *scarus nassae* radiis -xa occurrere fronte *non audet*. SEN. epist. 78, 15 (*in imag.*) si contra steteris et -i volueris, repelletur *istud, quod premit*. LVCAN. 9, 334 -xum . . . austrum (*de pugna aestus et austri*). STAT. Theb. 2, 475 *aper* -xo ferrum laxavit in armo. 4, 323 premis -xo venabula . . . apro. 9, 674 praebent -xi corpora ferro. TAC. ann. 16, 9, 2 nec omisit . . . -i et intendere ictus. VEG. mil. 3, 13 -entes pars altior pellit. HEGES. 5, 14, 5 p. 318, 14 ne . . . pervicacius -rentur. PRVD. ham. 638 (*in imag.*) quo dente -ens . . . calumnia pugnet. CORIPP. Ioh. 4, 716 (= 5, 72) in -xos rumpens . . . hostes irruit adversasque acies . . . fugavit. *de membrana tenta*: CELS. 7, 17, 1[B] *qua parte* integra est, ea magis -atur (*opp.* cedat).

B *translate*: **1** *usu sollemni*: **a** *de resistentibus*: **α** *accedit dat.* (*substituitur* contra *sim. l. 19. 25. 41*): ⓘ *vario usu*: VAL. FL. 7, 157 mens . . . -xa malo (*cf.* FRONTO p. 220, 20 v. d. H. [= p. 232 N.] animus . . . dolori -xus, oppositus quasi solitario certamine unus uni, par pari resistebat). TAC. ann. 15, 11, 3 ne dux quidem -i adversis. TERT. fug. 1, 1 etiam aliis quaestionibus -xi estis (*sc. eas non tractando; an intellegendum* '*in aliis q. spiritui sancto*'*?*). ARNOB. nat. 2, 5 contra omnes minas atque interdicta formidinum animosius populus -atur (LAVRENT. eleem. p. 112[C] stet dextera tua -xa [*Bulhart*, obnoxia *trad.*] c. partes pestilentiae *eqs.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 9, 3 videbantur mihi alii . . . ne parum quidem . . . molestiis posse resistere . . ., alii autem parum quid . . . -i et resistere. POMER. 3, 8, 1 vitiis. BOETH. in top. Cic. 5 p. 375, 47 passionibus. ⓘⓘ *resistitur opinioni*: SEN. epist. 82, 23 -xam contra te persuasionem (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 46, 1 c. deum et Christi . . . maiestatem . . . -ens. HIL. trin. 10, 1 c. veritatem . . . error -itur. AVG. civ. 1, 15 p. 26, 28 D. c. . . . veritatem . . . -itur, ut contendere audeat *eqs. cf.* RVFIN. Clement. 1, 57 adversum hunc . . . Zebedaei filii . . . vehementer -si sunt). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 177, 11 -imini reclamantibus. HIL. trin. 7, 8 blasphemis professionibus. 9, 35 veritati -ens falsitas. PACIAN. epist. 1, 2 p. 6 -enti sacerdotibus dei. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 655[C] evangelio . . . philosophia gentilis -itur, cui etiam Iudaica eruditio reluctatur (*cf. antea*: resistentem sapientiae dei). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 4 cui *fidei* . . . obdurato corde -endum. rem. pecc. 1, 17 ecclesiae . . . dogmatibus (*cf. postea*: repugnare). ad Tras. 3, 27 mortiferis cogitationibus. ⓘⓘⓘ *resistitur voluntati*: TAC. ann. 14, 53, 5 muneribus tuis -i non debui. ITIN. Alex. 51 quibus *dis*. SYMM. epist. 7, 81 valetudo -itur voluntati (RVFIN. Adamant. 2, 22 cui *deo* contrarium potest esse nihil nec aliquid v. eius -i [*gr.* ἀνθέστηκεν]). AVG. in psalm. 88 serm. 2, 4 *Christiani* dura cervice -entes adversus disciplinam patris. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 10 -sis sibi implacabilis erat (*sic cod. Ambr.*, *v. Hyltén, Stud. z. Sulp. Sev. 153*). COD. Theod. 16, 5, 36, 1 si . . . iussioni fuerit -sum (-xum ε).

β *absolute*: VELL. 2, 89, 5 Caesar cum saepe -ens repugnasset (*de continuatione consulatus*). 2, 123, 1 -ente vi animi. SIL. 13, 518 quaecumque datur sors durior aevi, -emur. TAC. ann. 13, 12, 2 *Acte matre Neronis* frustra -ente . . . inrepserat. APVL. met. 2, 28, 5 non -imur (*sc. morti ut*: CYPR. mortal. 18 p. 308, 16 -imur et reluctamur [-imus *O*]). CYPR. epist. 59, 15 p. 685, 16 -ente plebe et contradicente. HIL. myst. 1, 33 p. 25, 10 avertant . . . mentes studia -entium. PACIAN. (?) sim. carn. p. 137, 27 promittit -endo et -itur promittendo (obtinendo et obtinetur *trad.*). SYMM. epist. 6, 64, 2 crebris precibus -imur. AMBR. epist. 8, 1 negant plerique . . .; nec nos -imur. HEGES. 1, 29, 2 -ente Herode (*cf. gr. 1, 255* ἀποτρέποντος). HIER. epist. 51, 1, 5 (*Epiphan.*) -batur indignum esse se contestans. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 25 D. non . . . -endo, sed non sentiendo non movere corpus probabatur. CYPR. GALL. exod. 201 nec minus -i vates (*Moyses, sc. deo*).

b *de rebus contrariis*: TERT. scorp. 5 p. 154, 2 sq. -itur . . . et adversatur idololatriae martyrium; malo autem -i et adversari nisi bonum non potest. HIL. trin. 12, 3 contrarias semper -entesque impietatis causas esse causis religionum.

2 *pendent structurae finales*: VERG. georg. 4, 84 -xi non cedere (*inf. ut*: VELL. 1, 9, 6 qui . . . *triumphum* impedire -rentur. OROS. hist. 4, 14, 4 repellere ab ascensu -entes . . . superat [*simili loco Nep. Hann. 3, 4* conantes]. ISID. vir. ill. 27 -itur eius . . . destruere calliditatem). GELL. 19, 12, 3 si posset . . . -i, ut totis careret *adfectionibus* (HIL. in psalm. 118 mem 8 resistendum . . . est et -endum [obtin- *pars codd.*], ut nosmetipsos ab omni via mala . . . arceamus). AMBR. parad. 15, 74 p. 332, 4 ad nocendum hominibus pertinaciter -i (*de diabolo*).

3 *pendet acc. c. inf.* (*sec.* niti, contendere *sim.*): HIL. trin. 8, 27 -itur doctor gentium non duos spiritus . . ., sed spiritum Christi . . . inesse credentibus.

II *laxius i. q. inniti, adniti sim.*: **A** *de acclinatis*: NEP. Chabr. 1, 2 -xo . . . genu (*dat.?*) scuto (*v. vol. VI 2, 1875, 78 et adde Diod. 15, 32, 5* τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας). VAL. FL. 6, 236 abies -xa genu. PAVL. NOL. carm. 18, 421 *iuvenci* molliter -xi . . . pectus *domini* adulant. **B** *de allisis, impactis*: VERG. Aen. 5, 206 in murice remi -xi crepuere inlisaque prora pependit. **C** *de incumbentibus*: LIV. perioch. 89 *M. Brutus* -xus corporis pondere incubuit *mucroni*. VAL. FL. 7, 595 -xus . . . genu superat *taurum*. *fortasse addendum*: CLAVD. carm. min. 49, 3 *torpedo* segni . . . -xa natatu reptat et attritis vix languida serpit harenis (*i. e. harenis leviter innixa; an per oxymoron intellegendum* '*segni conixa n.*'*?*).

[*Lebek*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

part. perf. **obnīxus,** -a, -um *pro adi.* *exempla, quibus vis verbalis servatur, supra attuli.* GLOSS. *v. p. 121, 44.*

i. q. obstinatus, constans sim.: 1 *respicitur magis pertinacia animi:* VERG. Aen. 4, 332 *Aeneas* -us curam sub corde premebat. SEN. epist. 66, 40 -us animus ad perpetiendos cruciatus. 120, 10 pertinacem et -um et lassitudinem corporis animo sublevantem. FRONTO p. 214, 12 v. d. H. (= p. 225 N.) uno -i obtutu (*post lacunam; de oculis dici vid.*). APVL. met. 4, 10, 3 -um silentium (4, 19, 2). 4, 21, 3 -o mugitu. SCHOL. Cic. Bob. p. 135, 18 -ae popularitatis. AVG. civ. 2, 1 p. 54, 1 D. quotiens -a fronte statuerint non cogitare quid dicant. ALC. AVIT. epist. 84 cum ... devotionis observantiam ... debeam -ae impensius pietati. ENNOD. epist. 1, 26, 1 p. 37, 2 debitum -ae caritatis.

2 *respicitur magis firmitas resistendi sim.:* a *de utraque parte (sc. mutuo certamine opposita; per enallagen l. 19. 20):* VERG. Aen. 10, 359 anceps pugna diu, stant -a omnia contra (*de pugna ventorum. cf.* SIL. 7, 571 *Boreas et Africus* -i ... bella ... torquent. STAT. Theb. 5, 366 -i lacerant ... nubila venti). 12, 721 *tauri* cornua ... -i infigunt (*item de tauris:* STAT. Theb. 4, 399 conlatis -i cornua miscent frontibus). VAL. FL. 6, 356 -a virum sic comminus haeret pugna. STAT. Theb. 1, 419 *Polynices et Tydeus* ictus ... -i ingeminant. 8, 400 sic -a acies pariter suspiria fumant. *transfertur ad dentes compressos:* STAT. Theb. 11, 337 -i frangunt mala murmura dentes. b *de altera parte:* LIV. 6, 12, 8 velim ... -os vos stabili gradu impetum ... excipere (*cf.* 8, 38, 11 in suo quisque gradu -i urgentes scutis [-is *vel* -nox- *var. ll.*]). 7, 33, 12 stant -i Samnites. 34, 46, 10 scutis corporibusque ipsis -i urgebant. SEN. dial. 6, 6, 3 quem *gubernatorem* obruit mare clavum tenentem et -um. PLIN. nat. 36, 105 pugnant ... diversi aquarum impetus intus *in cloaca* et tamen -a firmitas resistit. STAT. Theb. 9, 474 genibus ... -us et haerens ... servat vestigia (AMM. 16, 12, 37 -i g. ... barbari ... hostem propellere laborabant).

acc. n. sg. **obnīxum** *pro adv.* *i. q. obnixe:* AVSON. 418, 28 p. 286 P. -um, Pauline, taces.

adv. ¤**obnīxē.** *compar.* -ius *l. 34. 54. 57. 58. 59. 60, superl.* -issime *l. 52. 53. 59.* GLOSS. -e: intente. conate. perseveranter. -ius: firmius vel intentius aut totis viribus. *legitur singulis locis in* PLAVTO, TER., CIRI, PANEG. 2, SYMM., *saepius apud posteriores.* [*confunditur in codd.* -e *c.* obnoxiae PLAVT. Stich. 45 (obnoxae SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 17. obnoxe VVLG. iud. 19, 7), obnexe GREG. M. dial. 1, 5 p. 41, 1 M.; -ius *c.* obnoxius CLAVD. MAM. anim. p. 33, 20 (obnixus *cod. unus*), PASS. Paul. 15, GLOSS.[L] III Abstr. OB 53.]

i. q. intente, obstinate, pertinaciter sim.: PLAVT. Stich. 45 omnibus -e opibus nostrum officium meminisse decet. TER. Andr. 161 quem ego credo manibus pedibusque -e omnia facturum (DON.: cum conatu, instanter contra conantem. SCHOL.: callide, caute, insidiose). CIRIS 301 tam -e fugiens. PANEG. 2, 11, 1 imperium deprecatus es; nec id ad speciem ..., sed -e et diu ... egisti. SYMM. epist. 3, 60 -e deprecor. AMM. 24, 2, 11 conloquia petentes -e (HIER. epist. 57, 2, 2. *al.*). 29, 2, 14 qui ... rogaretur -e (VVLG. I reg. 20, 28. *al.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 7 -e negando (SEDVL. carm. pasch. 4, 220 -eque diu confidenterque n.). p. 95, 3 -e persecuti. p. 112, 9 -e studens. p. 169, 23 cum ... -e contenderet Clodius (HIER. adv. Iovin. 1, 26. AVG. coll. c. Don. 3, 2, 2 p. 50, 27 -issime c.). VVLG. iud. 19, 7 -e eum socer tenuit et apud se fecit manere. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 15 p. 680 -issime precabantur. AVG. coll. c. Don. 3, 11, 21 p. 70, 15 -ius Donatistae resistere coeperunt. in psalm. 88 serm. 2, 5 tam pertinaciter, tam -e et contentiose contradicitur. OROS. hist. 4, 1, 20 -e cunctis in mutuam caedem ruentibus. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 20 cum ... -ius argumentere. GREG. M. moral. 25, 34 servitio -ius obligantur. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 22 dum quaererem -ius. 3, 4 -issime perorabat. PASS. Paul. 15 dum instarent -ius pro salute sua. *al.*

deriv.: obnisus (-ūs). *Lebek.*

obnōdo, -ātum, -āre. *ab* ob *et* nodare. *i. q. obstringere, innodare:* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 80, 12 velut si quis vinctus et adhuc ipsis vinculis -tus vincientem se vincire conetur.

obnoxiātio, -ōnis *f.* *ab* obnoxiare. *i. q. obnoxietas:* CONC. Matisc. a. 585, 2 p. 166, 5 pro nostris delictis nullam habens -em peccati immolatus est *Christus* (*cf. p. 124, 1*).

obnoxietās, -ātis *f.* *ab* obnoxius. *i. q. status vel condicio obnoxii:* 1 *in sermone publico vel forensi de eis, qui dominio, corpori, debito subiecti sunt:* NOVELL. Valent. 29, 1 navicularios ... reducendos omni vel coniunctionis vel -is ... privilegio et defensione submota. Maior. 2 pr. superindicticiis si ... titulis ... possessor exhaustus ... coacervatae ... sarcina -is obruitur. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 20 ab -e ... vindicari. 644 Löwenfeld 4 iuri suo iunctas certa -e personas. 653 *ibid.* 10 *opp.* illigatum. ENNOD. opusc. 8, 5 p. 415, 17 ut ... ex omni -e solvatur. EDICT. Theodor. 153 pro mariti -e. LEX Burg. lib. const. 47, 2 dominio perpetua -e deserviat. VITA Caes. Arel. 1, 32 p. 309, 4 M. pro -e (*antea l. 3* perdito libertatis statu). 2 *in sermone christiano de eis, qui peccatis obstricti sunt (nota gen.* peccatorum *p. 124, 1):* ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 16 qui *Christus* ... non solum -em humani generis nulla intercessione dissolveret *eqs.* ENNOD. epist. 9, 29, 2 p. 250, 21 me sub fasce vestri muneris constitutum sola manet de -e confessio (*cf. 1* magnis obnoxius vix ad parva sufficio). CASSIOD. anim. 10 p. 1298[C] eius *corporis* -e. in psalm. 118, 16 ut in illa resurrectione a cuncta -e liberetur *populus.* 125 div. de -e ... peccatorum. 135, 20 nos eripere a tam pessima -e.

obnoxio, -āvī, -ātum, -āre. *ab* obnoxius. 1 *trans. fere i. q. obnoxium facere (c. dat. praeter l. 6. 7):* PRISCILL. tract. 10, 126 ea *sc. divina*, quae neque in (in *del. Schepss in praef. p. XXVI*) exordio neque fini -antur. AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 104 p. 1401 naturam ... in se vitiavit, mutavit, -vit humanam *Adam.* vera relig. 12, 23 eius rei (*sc. corporis*), quam ... anima corruptioni -vit (*codd.*, fecit obnoxiam *edd.*). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 12 alienis semet noxiis -antes. POMER. 2, 20 Adam nos -vit (subnoxiavit, subvocavit *var. ll.*, sub noxa habuit *edd.*) malis omnibus ..., a quibus nos liberavit adventus Christi. 2 *intrans. fere i. q. obnoxium esse:* NOVELL. Iust. 120, 9, 1 ut non inveniantur *ecclesiae* ..., quas *possessiones* habent, perdere aut debitis -are (*gr.* χρέεσιν ἐνεχόμενοι).

deriv.: obnoxiatio.

obnoxiōsus, -a, -um. *ab* obnoxius. *i. q. obnoxius:* ENN. scaen. 303 ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat: aliae res -ae (*Acidalius*, obnoxio se *P*, obnoxie se *R*) nocte in obscura latent (*cf. 301* innoxium). PLAVT. Trin. 1038 mores leges perduxerunt iam in potestatem suam, ⌜magisque is⌝ (⌜⌝ *Spengel*, m. qui *BCD*) sunt -ae (*Brant*, -i *codd.*) quam parentes liberis (*Italici*, liberi *BCD*).

adv. **obnoxiōsē.** *scrib.* -oss-. *contextu dub.:* PLAVT. Epid. 695 arte conliga *manus meas*, nihil vero ⟨hoc⟩ -e (*cf. ed. et comm. Duckworth p. 85. 403 sq.*).

¤**obnoxius,** -a, -um. *ab* ob *et* noxa. *pro compar.* magis -us *saepe, ex. gr. p. 126, 7. 128, 15. 31 bis. 36. 48. 49; pro superl.* maxime -us: CELS. 1, 3, 26 PLIN. nat. 13, 98. *de notione:* PAVL. FEST. p. 191 -us: poenae obligatus ob delictum. SYNON. Cic. p. 436, 13 -us. obstrictus. obligatus. deditus. devotus. dicatus. GELL. 6, 17, 3 (*qui hanc explicationem plenam esse negat*) eum dici -um, cui quid ab eo, cui esse -us dicitur, incommodari et noceri potest et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae, conscium. SERV. georg. 2, 439 non -a: non debitricia, nihil labori nostro debentia. SERV. auct. *ibid.* -a: egentia. ISID. orig. 10, 198 -us (obnixus *T*), quia obligatus est nexibus culpae. GLOSS. -us: ὑπεύθυνος. παραίτιος. ἔνοχος. subiectus. subditus vel obligatus. ⟨in-⟩ firmus. damnatus. humilis vel calcatus. reus, culpabilis. debitor, egens. ⟨sub⟩missus. GLOSS.[L] Aa O 118 -a: rea vel nociva. *legitur inde a* PLAVTO, CAECILIO, TER., CATONE, PACVV. trag. 176 (*deest ex. gr. apud* RHET. Her., CIC., CAES.). [*confunditur in codd. c.* noxius COLVM. 2, 17, 2 CYPR. epist. 69, 9 p. 758, 11 HIL. in psalm. 14, 5 p. 86, 25. *al.*, obnexus *cf. p. 121, 22*, obnixus PLIN. nat. 17, 221 GELL. 16, 13, 9. *al.* (obnixius AVIEN. Arat. 297. *al. v. etiam p. 121, 56*), subnoxius PLIN. nat. 18, 158.]

I *fere i. q. (noxae vel per noxam) subiectus, obligatus sim.* (*syn. vel iuxta pos.* subiectus *p. 126, 6. 127, 31. 73. 128, 1. 51. 84*, obligatus *sim. p. 126, 10. 41. 45. 52*, devinctus *p. 125, 84; opp.* liber *l. 63. 79. p. 126, 28. 127, 27. 128, 27. 28*): A *vi originaria perlucente spectat ad obligationem, obstrictionem rependendi, remunerandi, quae fit:* 1 *ob noxam, culpam sim.* (noxae -us *l. 62, ludit c.* ob noxiam *l. 53; apud recentiores saepe i. q. reus, cf. syn. et iuxta pos. p. 125, 15 sqq. 48. 57. 60. 77*): a *indicatur, cui aliquid restitui debeat:* PLAVT. Truc. 835 scio ... quae nolo multa mi audienda *esse* ob noxiam (*Palmerius*, ob noxia *codd.*); ego tibi me -um esse fateor culpae compotem (*v. app. crit.*). CONC.[S] II 3, 2 p. 39, 7 accusavi ... Macarium ... nominans et alios, qui mihi ... -i sunt (*gr. II 1, 2 p. 23, 28* μοι γενομένων ὑπευθύνων). CASSIOD. var. 9, 18, 2 in tantum possidenti fiat -us *eqs.* (*cf. 1* qui praedia ... praesumpserint expulso possessore violenter intrare). COD. Iust. 7, 51, 6 si quos ipse utpote -os sibi pro quacumque criminali vel civili causa constitutos in accusationem deduxerit.

b *indicatur noxa, delictum sim.:* α *per dat.* (*v. et l. 78. 81. p. 125, 2*): ACC. trag. 429 tete esse huic noxae -um. SALL. Catil. 52, 21 animus in consulendo liber neque delicto neque lubidini -us (CYPR. ad Donat. 4 p. 6, 10 AVG. civ. 5, 15 p. 220, 30 D. COD. Theod. 2, 1, 3). LYGD. 4, 15 si mea nec turpi mens est -a facto. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 gravissimo crimini ... -us (ARNOB. nat. 7, 41 p. 274, 19 *iuxta:* immunis ab scelere. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 18 COD. Theod. 10, 10, 29 pr. *al. cf. l. 79*). SENT. procos. Sard. 22 (*a. 69*) sciant se longae contumaciae et iam saepe denuntiatae animadversioni -os futuros. CYPR. epist. 69, 9 p. 758, 11 et culpae et poenae (AVIEN. Arat. 297 [obnixia *V*]. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 132, 29. *al.*). mortal. 7 p. 301, 4 nullis peccatis et vitiis carnis (AMBROSIAST. in Rom. 4, 5. HIER. epist. 60, 3, 2 qui non peccaverant, alienis p. tenebantur -i. *al.*). AMM. 22, 7, 2 ut errato -um decem libris auri semetipse multavit *Mamertinus.* 28, 1, 28 adulteriorum flagitiis -ae *feminae.* HEGES. 5, 24, 4 p. 358, 24 tanto furori -i (*gr. 5, 553* τοὺς αἰτίους). RVFIN. hist. 2, 25, 2 omnibus -am sceleribus vitam *Neronis.* COD. Iust. 1, 28, 2 (*a. 371/2*) seditioni. *al.* β *per abl.:* VLP. dig. 48, 15, 1 quo (cui *Brencmannus*) crimine venditor ... fit -us, si sciens liberum esse vendiderit (COD. Theod. 9, 21, 9 falsae monetae rei ... maiestatis c. tenentur -i. COD. Iust. 9, 47, 12 [crimini *Q*]. EDICT. Theodor. 62). AVG. pecc. mer. 2, 28, 45 p. 116, 27 propagine peccati. CASSIOD. hist. 6, 14, 5 errore *idololatriae* (*Sozom. 5, 11, 11* πλάνης). ORIG. in Matth. ser. 25 p. 41, 28 huiusmodi actu. γ *per gen.:* AMBROSIAST. in Philem. 1, 15 —16 delicti (*de Onesimo fugitivo*). *[Kuhlmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae


obolostatēs, ὀβολοστάτης. *i. q. is, qui obolos statera examinat; non nisi in tit. comoediae Caecilii* (*vulgo eadem putatur esse ac quae vocatur* Faenerator): FEST. p. 294 ⟨ob⟩olostate. NON. p. 98, 6. 154, 9. 277, 33. 279, 40. 508, 12.

^R**obolus**, -ī *m.* (? -um, -ī *n. l. 64*), ὀβολός, *cf.* obelus (*de huius vocis affinitate v. Lundström, Übersetzungstechnische Untersuchungen 80 sq., Hultsch, Metrol.² 133, 1. cf. et l. 71 sqq. p. 45, 13*). *scribitur* -bil- ITALA Ezech. 45, 12 (Wirc.), -bul- *e. g.* METROL. p. 126, 18. 127, 8. 11 DIOSC. 1, 5 p. 6, 18 M. (*in var. l. e. g.* VEG. mulom. 2, 12, 4 VVLG. exod. 30, 13), -vol- ORIBAS. syn. 1, 17, 23 Aa p. 59, 2 Mø., -vul- ORIBAS. syn. 3 add. p. 923 n. 71 l. 13. *al.* (*in var. l.* VVLG. num. 3, 47), -tel- *in var. l.* METROL. p. 121, 13 (= ISID. orig. 16, 27, 2; *ex gr. dor.* ὀδελός?), hobol- *in var. lect.* VVLG. num. 3, 47 (*cf. p. 44, 82*). *notatur* ob PAP. Corp. 122, 3 (*saec. II*). 124, 74 (*saec. II*). 318 B 2 (*saec. III/IV*), b PAP. Corp. 124 (= Grenfell-Hunt-Hogarth, Fayûm Towns 105; *v. p. 254*). ∸ METROL. p. 128, 15, ▷ *ibid.* p. 131, 2, — *ibid.* p. 133, 20 (= ISID. orig. 16, 27, 2; *adduntur signa -orum duorum, trium eqs.*), ∼ ORIBAS. syn. 2, 57, 1 add. Aa p. 131, 17 Mø. (*accedit signum duorum -orum*). *sing. nom.* -os PELAGON. 277. PRISC. fig. num. gramm. III 408, 18 (*in var. l.*), -um GLOSS. V 630, 14 GLOSS.^L V Abba OB 14; *acc.* -on CELS. 5, 17, 1. *cf. etiam p. 142, 59. 143, 5. 6. plur. acc.* -es ORIBAS. syn. 9, 24, 24 La p. 328, 23, -us *ibid.* p. 328, 25 (*in var. l.* PLAC. med. 29, 7 rec. *β. al.*), -i ORIBAS. syn. 2, 57, 1 add. Aa p. 131, 19 Mø.
de notione (*v. l. 76*): GLOSS.^L III Abstr. OB 18 (= V Aa o 130; *cf.* GLOSS. IV, 545, 56) exiguus pecuniae numerus. GLOSS. V 314, 49 minutus nummus. *legitur inde a* TER., VARRONE, VITR., PAVL. FEST., CELS., PLIN. nat. (*frequenter*). [*falso traditur pro* obelus CASSIOD. hist. 6, 33, 8 ISID. orig. 1, 21, 3. 4. 7. *dub. trad.* PLAC. med. 1, 14 rec. *α. confunditur in codd. c.* ob(o)elus VVLG. exod. 30, 13. *al.* AVG. epist. 40, 3, 3 PLAC. med. 3, 17 rec. *β. v. et p. 44, 84 sqq.*]

i. q. exigua ponderis vel pecuniae quantitas, ὀβολός (*resp. gr., ubi nihil aliud adnotatur; de re cf. Hultsch, Metrol.², ind. s. vv. -os, -us*): **1** *definitur*: **a** *per se*: CARM. de pond. 40 nihil ... -o ... minus *Athenis* (*cf.* DON. Ter. Andr. 369, 1 ultima nummorum significatio *sc. -us.* HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 206, 6 minutum, quod est denarius sive nummus sive -us). ISID. orig. 16, 25, 11 -us ... fiebat ... olim ex aere ad instar sagittae; unde et a Graecis nomen accepit, hoc est sagitta (*cf. Epiphan.* περὶ ταλ. *11 p. 268 H.* βέλος ... ἤν. *v. et l. 49. p. 45, 12*).
b *per comparationem*: *α apud Graecos et Romanos* (*fusius de ponderibus Atticis* METROL. p. 126, 22 sqq.): Ⓘ *drachmam (denarium) sex -os continere testantur*: CELS. 5, 17, 1. VITR. 3, 1, 7 asses ... sex, quos -os appellant (*cf.* GLOSS. V 537, 61 -o: asse). PLIN. nat. 21, 185 PELAGON. 277. MARCELL. med. 9, 56 (*refertur ad victoriatum*). med. de mens. p. 7, 10 N. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 100 METROL. p. 132, 26. 133, 25 (= ISID. orig. 16, 27, 3). *ad denarium quendam minorem (tertiam partem drachmae) referunt*: SCHOL. Ter. p. 84, 11 -o: dimidio denario. METROL. p. 132, 15. Ⓘⓘ *scripulo (fere) dimidio adaequant -um*: CELS. 5, 17, 1 paulo plus dimidio scripulo. CARM. de pond. 8 METROL. p. 128, 15. 129, 10 (= EVCHER. instr. 2 p. 158, 19). 131, 1. 2. 132, 15. 139, 4. 7 ISID. orig. 16, 25, 11 GLOSS. IV 546, 7 V 630, 14 GLOSS.^L V Abba OB 14. *sed scripulum et -um idem esse putat* PRISC. metrol. II 83, 9 -us dicitur ... scripulus esse, id est sex siliquae (*cf.* GLOSS. V 573, 43 -us: sex siliquas. *sed de siliqua aliter*: GLOSS.^L V Aa o 128 -us: siliquae pondus). Ⓘⓘⓘ *alia* (*v. et l. 3. 12 sq.*): EPIPHAN. de mensur. 36 -us ... octava pars unciae non ex argento facta, sed ferro; erat vero et alter -us, qui ex argento feriebatur, ... ⟨L⟩XXX pars unciae (*gr. 42* ὀβολός). METROL. p. 130, 26 calcus IIII pars -i (*item* ISID. orig. 16, 25, 8. *cf.* METROL. p. 132, 14 quatuor calculi -um ... faciunt). p. 139, 2 duo ceratim -um reddunt (*sim.* ISID. orig. 16, 25, 10). *β apud Hebraeos didrachmum (siclum) viginti -is aequum esse docent*: ITALA exod. 30, 13 (AMBR. epist. 7, 3; *cf.* Lugd. *et* VVLG.). lev. 27, 25 (Epiphan. de mensur. 36, *cf.* VVLG.; *v. et* HESYCH. *ad l.*). num. 3, 47 (Monac., *cf.* VVLG.). 18, 16 (Hier. virg. Mar. 10 p. 192^C, *cf.* VVLG.). Ezech. 45, 12 (Wirc., Hier. *ad l., cf.* VVLG.; *explicat* HIER. *ad l.* p. 449^C [*inde* SCHOL. Ter. p. 113, 17]. 450^A; *pendet hinc etiam* EVCHER. instr. 2 p. 158, 21).

2 *exempla*: **a** *de pecunia* (*per metaph. v. l. 37*): TER. Andr. 369 pisciculos minutos ferre -o in cenam seni (DON. *ad l. v. p. 141, 78*). VARRO ling. 7, 64 diobolares *meretrices* a binis -is (PAVL. FEST. p. 74 d. ..., quae duobus -is ducuntur). PAP. Corp. 122, 3 (*saec. II*) ob(olos) X s(emis). 137, 23 (*saec. III in.*) -os quaternos plenos. *al.* NOT. Suet. gramm. VII 534, 10 praemii nomine ... singulos -os constituit (-os *Reifferscheid*, obelos *trad.*). ITALA I reg. 2, 36 (Aug. civ. 17, 5 p. 213, 6 D. p. 216, 15. *cf.* Cypr. testim. 1, 17) veniet adorare ei -o argenti (*Vulg.* ut ... offerat nummum argenteum. *v. etiam* AVG. civ. 17, 5 p. 216, 19 D. 217, 14 *ubi explanatur hoc metaphorice de eloquio, confessione dici; cf.* epist. 40, 3, 3 ingenium tuum divino dono aureum meis -is ditare). prov. 17, 6^a (Hier. in Ezech. 45, 10 sqq. p. 450^B) illius ..., qui infidelis est, neque -us (Hier. epist. 53, 11, 2 etiam -o indiget). HIER. epist. 43, 2, 3 laetamur ad nummum, -o contristamur (*de nimio pecuniae amore ut*: CASSIAN. inst. 7, 30 maculatam vel uno -o ... conscientiam. GILD. Brit. 66 chron. 3 p. 62, 15 *sacerdotes* vel -um non dantes. CASSIOD. hist. 6, 12, 12 nec unum -um ... dabo). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 188, 34 neque tribui ... usque ad -um unum ...; nec unum ... -um *eicere pertuli* (NOVELL. Iust. 30, 7, 1 u. -um u. accipere *vetitum*).
b *de pondere* (*adhibetur etiam de rebus liquidis, e. g. l. 55. 61. 75*): *α ponderi additur res mensuranda* (*raro subauditur, e. g.* PLIN. nat. 20, 14 infunduntur -i quattuor *colocynthidis.* 25, 103. 26, 116 DIOSC. 4, 159 p. 76, 8): *per. gen.* (*v. etiam l. 70, p. 143, 5*): PLIN. nat. 22, 133 miscent ... ellebori ... unum et dimidium -um (PELAGON. 204). 26, 59 adiciantur aloes drachmae II -is eius (*sc. scamonii*) II. 29, 50 mellis -is V ... decoctis. 30, 71 adiectis ... papaveris ... -is III (PLAC. med. 5, 31 rec. *β*. 29, 7 rec. *β* adicies ... mellis -os V [-us *var. l.*]. *cf.* VEG. mulom. 2, 12, 4 addito ... olei ... uno -o). 32, 87 cum lupino et sulpuris II -is (35, 181. *al.* CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84). *al.* PLAC. med. 6, 4 rec. *β* arietis testiculi -i III poti ex aqua (ORIBAS. syn. 3 add. p. 923 n. 71 l. 13 diacridii -u unu das bibere. *cf.* PS. APVL. herb. 3 l. 43 verbenacae dragma I et nardi -i III ... potui data). *al.* ? *per abl.*: CHIRON 131 potionem dato ... et oleo -um.
β rei mensurandae additur pondus (*subauditur res mens. e. g.* PLIN. nat. 26, 61 dedere *scamonium* ... quaternis -is, *v. etiam l. 65 sq.*): Ⓘ *per abl.* (*qual., v. Önnerfors, Pliniana 31 sqq.*): PLIN. nat. 20, 11 eadem *radix* ... tunsa datur quattuor -is in aqua (20, 63. 246. 26, 65 media potio III -is. *al.* PS. APVL. herb. interp. 109 l. 27 sucus ... potui datus -is duobus. *al.*). 20, 110 semen valet cum aneto ternis utriusque -is. 21, 142 *iris* vomitiones ciet duobus -is sumpta. 22, 75 *halimon* prodesse ... tribus -is (24, 106. *cf.* 27, 103 leucographis ... utilis ... III -is). 24, 135 bibunt ... folia III -is in vini cyathis II (26, 142 [*cf.* 153] dictamnum ... bibitur ex aquae cyatho foliorum -o. 28, 120 laterum carnes -is binis ... potae. *et frequenter*). 25, 119 adversatur scorpionibus ... agaricum -is IIII. 26, 27 medetur ... Vettonica -is III (26, 89. *cf.* 26, 114 sanat ... scamonium -is II. *al.* 28, 246 adiuvat ... fel ... adpositum -is binis). 27, 92 sucus ... *radicum* exprimitur ... III -is. *al.* PLAC. med. 25, 1 rec. *β* cum ... mirrae folio -o. *cf.* pondere: PLIN. nat. 20, 58 lac ... in aceto p. -orum duum. 20, 108 semen -orum trium p. 22, 29 *hippophaes* bilem detrahit -i p. (*Mayhoff*, -o ponderis *trad.*). *et saepius.* DIOSC. 1, 24 p. 17, 2 M. p. -orum trium (obolorium *var. l.*).
Ⓘⓘ *per praepos.*: PLIN. nat. 20, 8 modus ... ab dimidio -o ad solidum. 20, 62 sucus ... potus ad duos -os. *cf.* ad mensuram: MARCELL. med. 8, 89 herbae flos ... ad m. -orum trium ... tritus. 14, 70 trochiscos ad m. -i facies (*cf.* obolicus). Ⓘⓘⓘ *per appos.* (*cf.* PLIN. nat. 26, 116 folia ... dedere; alii ... III -os [-is *var. l.*]. *vix huc pertinent*
[*Quadlbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ablativi ut: PLIN. nat. 24, 177 suco eius ternis -is hausto. 33, 109 addito sale ... -o; *de accusativis liberius positis l. 5. 6 v. Önnerfors, Pliniana 30*): CHIRON 289 oleum -um addito. PELAGON. 205 radicem ... -os tres ... infundis (⟨ad⟩ -os *Ihm*). ORIBAS. syn. 1, 17, 1 Aa p. 54, 25 Mø. addas diacridiu ([-gridio *As*]. *an gen. gr.? cf.* 3, 32 opiu -um unum, crocu -o uno) -os tres (*gr.* τριώβολον). 9, 24, 24 La gummen -es duo (Aa gummin -o uno ... dabis bibere), ...; ... das bibere medicamen -us (= ὀβολούς?) II. 9, 28, 4 Aa opium (*La* opomichonus *gen. gr., cf. l. 5*) medium -um ... supposui (*gr.* ἡμιωβόλιον). *inde acc. -os iuxta nom. materiae*: DIOSC. 2, 121 p. 226, 7 sucus ... -os II (*v. Bulhart, WSt. 55, 1937, 161*) bibitus. ORIBAS. eup. 2, 1 D 2 (*gr. 5*) sucus ... bibitur -os tres (La triobolon; *gr.* τριωβόλον σταθμός). syn. 1, 17, 23 Aa p. 59, 2 Mø. *euforbius* datur ... -os tres (*gr.* τριώβολον).

? c *ad indicandam aquae quantitatem*: COD. Theod. 15, 2, 2 si ultra licitum aliquem usurpasse constiterit, per singulos -os *aquae* librae unius auri dispendiis ingravetur (*cf.* aquae uncias *15, 2, 3. 9; sed vix recte Pharr ad l.*).

deriv.: obolicus. *cf. Onom.*

compos.: semiobolus, sesquiobolus, triobolus; obolostates; *cf.* diobolaris, diobolus, hemiobolium. *Quadlbauer.*

[obōminātus *pro* abominatus *coni. olim Wower* APVL. met. 9, 23, 2; a⟨m⟩b⟨orum⟩ omin- *Robertson. v. vol. I 124, 63 et s. v.* ominor.**]**

? **(obomum** *vel* **-us),** *abl.* obomō (*de quantitate nihil constat*). *si recte trad., nomen rei pro medicamento usurpatae, ceterum ignotae*: APIC. 7, 323 (*ad tubera sananda*) elixa cum porro, deinde sale, pipere, coriandro conciso, mero, -o (*sic EV, optimo ed. Hummelberg a. 1542,* oleo modico *Brandt*) inferes.

oboneratus, -a, -um. *ab* ob *et* onerare (oneratus). *i. q. onere oppressus, subditus*: RVFIN. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 1 vitiorum capax *anima* et ob hoc subdita atque -a peccatis.

oboos (*'lectio certa est' Mommsen ad l.*) memoriae Atiliae L. f. Pomptiliae Benedictae CIL X 7563. *obscurum; 'videtur ... -s locus dici, ubi* obuis, *id est poculis, libationes mortuariae fiunt' Mommsen ad l. p. 791 perperam conferens Gloss.L II Philox. OB 101* obua: ἄμβυξ, ἐν ᾧ κτλ., *ubi et Goetz et Lindsay recte* obba (*v. s. v.*) *restituerunt. cognomen Obelus latere vid.* CIL VIII 2475 oblo (*v. Onom.*). *Sz.*

⁎oborior (*? -o l. 39*), -tus (*? -sus l. 42*) sum, -īrī. *ab* ob *et* oriri. *scribitur in codd.* obh- GREG. M. dial. 3, 26 p. 198, 14 M. 3, 31 p. 206, 10. *cf. etiam* STAT. Theb. 8, 32 *B*^{1}. *de formis*: *act.* -iunt[ur] *accipit metri causa Lindsay* PLAVT. Stich. 165 (*v. p. 144, 8*), *quod aliis displicet; de versu conclamato nuper tractaverunt Pariente, Emerita 19, 1951, 144 sqq. Garcia Calvo, ibid. 20, 1952, 161 sq.* ? *p. p. p.* -sus *pro* -tus, *nisi ad* -ordiri *trahas*, PARIS 1, 7 ext. 10 (*cod. m. sec.*, aborsus *m. pr.*, -sus *edd., Val. Max.* oblatus). NOT. Tir. 92, 97 (*inter* orsus *et* exorsus [*ad* exordiri *vol. V 2, 1558, 62*]); *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 43.* -turus *p. 144, 78.* NOT. Tir. 93, 14 (*inter* adortus *et* exortus) -tus. *v. etiam l. 44.* *de notione*: FEST. p. 190 -itur: adnascitur (*v. app. crit.*); nam praepositionem ob pro ad solitam poni (*affert* TRAG. inc. *v. p. 144, 14*). GLOSS. -tus: exortus. subito natus. -ta: hi⟨n⟩c et inde nata. -tis: subito ortis. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER. [*variat vel confunditur in codd.* -tus *c. simpl.* ort- *l. 82. p. 144, 13, c.* ab- *saepe. non iam legitur* CAEL. AVR. chron. 2, 12, 144.]

i. q. ob oculos oriri, obvium vel praesto fieri, exoriri sim. notionem incipiendi augent: HIER. in psalm. 103 p. 75, 21 cum ... coeperit ... lumen -iri. RVFIN. Orig. in lev. 8, 4 p. 399, 22 tertia demum incipiente -iri septimana. *vim opponendi demonstrat structura c. praep.* adversum: LEO M. epist. 111, 1 (Conc.^{S} II 4 p. 63, 2) si quid a. ... operis consummationem de contrario spiritu sentitur -iri. *cf. etiam p. 144, 60.* *c. dat. passim, e. g.* animo *p. 144, 17. 20. 71,* mentibus *p. 144, 1,* oculis *l. 72. 83. p. 144, 1,* saluti *p. 145, 2,* mihi *l. 79. p. 144, 9,* tibi *p. 144, 11,* nobis *p. 144, 28. 56,* hominibus *p. 144, 73.*

I *notione oriendi (crescendi p. 145, 19, c. not. succedendi p. 145, 23) vel apparendi fere mera (originem indicant vel praep.* ab *p. 144, 77,* de *l. 58. p. 144, 16. 58. 62. 74. 145, 17. 26 sq.,* ex *p. 144, 4. 15. 22. 23. 80. 84. 145, 9, vel adv.* aliunde *p. 144, 76,* hinc *p. 144, 27. 57,* inde *p. 145, 2,* unde *p. 144, 26. 50. 64. 76*): A *de rebus quibuslibet, maxime aut inopinatis vel repentinis* (-iri subito *l. 73. p. 144, 12. 73,* repente *p. 144, 57* [de repentino *p. 144, 73; cf. etiam l. 77*], vehementer *p. 144, 63*) *aut utcumque incommodis vel adversis*: 1 *de eis, quae in natura -untur (passim in imagine)*: PLAVT. Curc. 309 tenebrae -untur (*sc. animo deficientibus ut*: OV. epist. 13, 23. met. 2, 181 sunt ... oculis t. per tantum lumen -tae. trist. 1, 3, 91. SEN. contr. 7, 1, 17 subito. SEN. dial. 9, 15, 1. *proprie*: NEP. Eum. 9, 5 LIV. 38, 3, 4. *v. etiam l. 77*). ENN. scaen. 182 ecce ... caligo -ta est, omnem prospectum abstulit (SEN. suas. frg. 2 K. [*tropice*] nox -itur et crassa c. SVET. Nero 19, 1 tanta -ta c. est, ut *eqs.* LAMPR. Comm. 16, 2 repentina c. ac tenebra. GREG. M. in Ezech. 2, 9, 1 magna c. dubietatis). CIC. Lig. 6 vide, quanta lux libertatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti -atur (LIV. 28, 11, 3 [*de prodigio*] noctu ... l. -tam. *v. p. 144, 1 et cf.* CYPR. patient. 4 lumen solis [*antea*: diem nasci. HIER. in psalm. 5 p. 13, 1. *v. etiam supra l. 55*]). LVCR. 6, 587 terrae motus. 6, 869 sol (CYPR. epist. 59, 11 [*var. l.* orto]). OV. ars 2, 88 nox oculis pavido venit -ta metu (SEN. Herc. f. 823. *v. etiam l. 75 et cf.* PRVD. cath. 2, 92 dies). STAT. Theb. 8, 32 expavit -ta sidera (AVG. c. acad. 2, 1, 1 p. 23, 20 non quam facile oculis ... lux, tam facile mentibus sapientiae s. -itur). FLOR. epit. 1, 1, 17 -ta tempestas solisque defectio (OROS. hist. 4, 1, 17 velut hostilis quaedam -ta t. cum horribili fragore caeli. PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 13 t. non ex sese -ta est. *cf.* GELL. 19, 1, 21 [*de maris tempestate*] rebus forte id genus ... -tis pavescere ... et quasi albescere). VEN. FORT. vita Radeg. 31, 73 -to ventorum turbine.

2 *de affectibus sim.*: a *corporis*: PLAVT. Stich. 165 uteri dolores mihi -untur cotidie (APVL. apol. 69). PLIN. nat. 10, 115 caecitas. SVET. Nero 34, 4 siti ... -ta bibisse. LVCIF. Athan. 1, 43 p. 143, 15 quae sanitas tibi -ta est? VVLG. III reg. 8, 37 fames ... aut pestilentia. OROS. hist. 3, 22, 4 -ti subito ... morbi. GREG. M. dial. 3, 31 p. 206, 10 M. -ta (*var. l.* orta) aegritudine (*gr.* αὐτῷ ἐπελθούσης). b *animi*: TER. Haut. 680 tanta haec laetitia -ta est (*cf.* TRAG. inc. 211 tantum gaudium -iri ex tumultu maximo. CASSIOD. in psalm. 131, 9 quid de illa maiestate potest -iri laetitiae, quae ... ?). LIV. 2, 37, 9 proficiscentibus ... indignatio -ta (APVL. apol. 78 ingens i. animo -itur). 26, 20, 5 timoris -ti temere. 35, 14, 10 tum risum -tum Scipioni. STAT. Theb. 1, 462 si non effetus -to sanguis hebet luctu (*cf.* GREG. M. moral. 18, 66 -tum animae maerorem). PS. QVINT. decl. 9, 2 -itur animo meo ... suspicio (VITA Caes. Arel. 1, 60. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 162, 16 nihil ... suspicionis esse, quod ... posset -iri ex persona eius, qui *eqs.*). 12, 25 odia, quae ... ex inanibus causis -untur (*cf.* HEGES. 1, 1, 9 invidia). APVL. met. 3, 4, 2 -ta divinitus audacia. 10, 16, 9 ingens ... -ta est epulorum exspectatio. PRVD. perist. 9, 4 spes (AVG. conf. 6, 11, 18 magna). AVG. ord. 1, 3, 8 p. 126, 9 unde ... solet ... -iri admiratio. pecc. mer. 1, 20, 26 hinc dubitatio posset -iri. serm. 14, 4, 1 -itur ... nobis intellegendi desiderium, cur *eqs.*

3 *varia*: a *corporalia*: α *-untur* lacrimae (*cf. etiam infra l. 49*): (I) *per form. abl. abs. sim.* l. -tis (-tis l. *l. 39*): *in hexam.*: VERG. Aen. 3, 492 l. adfabar °tis (*eodem loco*: 4, 30 l. implevit -tis [OV. met. 4, 684. 10, 419]. 6, 867. 11, 41 l. ita fatur -tis [OV. met. 7, 689]. OV. am. 1, 4, 61 met. 6, 495. VAL. FL. 7, 258 l.que haec infit -tis. SIL. 14, 167. 16, 305. AVIEN. Arat. 326 l. aiebat -tis. AVIAN. fab. 20, 5 l. ita dixit -tis. CORIPP. Ioh. 1, 284 l. inquirit -tis). OV. epist. 8, 109 l. oculi funguntur -tis (*eodem loco*: met. 1, 350 l. ita Pyrrham adfatur -tis. EPIST. Sapph. 97 l. oculi rorantur -tis. STAT. Theb. 6, 44 AVIAN. fab. 25, 3). *inde alibi*: PHAEDR. app. 19, 6 l. -tis: *'eqs.'* CVRT. 4, 10, 20. 5, 5, 23 -tis l. (6, 2, 18 -tisque l. 10, 8, 20 -tis deinde l. SVLP. SEV. epist. 2, 6). 8, 2, 8 APVL. met. 3, 7, 1. 11, 24, 7. (II) *more libero*: OV. fast. 4, 845 (= met. 13, 539) l. introrsus °tas (*eodem loco*: 11, 458 l.que emisit -tas). met. 2, 656 l.que genis labuntur -tae. LIV. 1, 58, 7 adventu suorum l. -tae. 30, 15, 1. 39, 11, 6 l. mulieri -tae (*c. dat. etiam*: 40, 8, 20 l. omnibus -tae [CVRT. 6, 9, 3. 10, 6, 4]. CVRT. 10, 5, 1). CVRT. 5, 2, 19. CLAVD. DON. Aen. 3, 490 p. 330, 19 oculi ... -tas l. ... fundentes. β *-untur alia*: OV. epist. 19, 105 (= met. 10, 67) saxo per corpus -to (*de Niobe in saxum mutata ut*: Ib. 585 s. dureris -to. *praeterea*: met. 5, 202 Gorgone conspecta s. concrevit -to). Pont. 2, 3, 90 gutta per attonitas ibat -ta genas. VAL. MAX. 2, 4, 5 unde fumus erat -tus (FRONTIN. strat. 3, 10, 5). VEN. FORT. Mart. 4, 58 (*de miraculo*) exaestuat unguen (*i. oleum*) ubertate nova vitrea sub cortice -tum (*postea*: nascitur).

b *incorporalia (selecta)*: α *-untur actus sim. (subauditur notio incipiendi)*: LIV. 42, 58, 4 deinde ... tumultus ingens -itur. CVRT. 9, 4, 25 -ta seditione. GELL. 13, 28, 4 ne qua in re adversa et repentina incursio inparatis inprotectisque nobis -atur. TERT. idol. 17 p. 50, 18 hinc ... disputatio -ta est, an *eqs.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 repente -ta *persecutio* de inopinato ... malo. IVL. VAL. 1, 43 utrimque -ta caede. SCHOL. Cic. Bob. p. 111, 24 utrimque ... -ta est ... certatio. CLAVD. DON. Aen. 5, 710 p. 505, 20 si adversus ea *fata* -atur reluctatio. RVFIN. hist. 4, 26, 3 quaestio ingens ([*gr.* ἐγένετο]. AVG. civ. 3, 5 p. 101, 22 D. de scripturis. gen. ad litt. 3, 18 p. 83, 10 quaest. hept. 1, 13. BOETH. in top. Cic. 4 p. 349, 45 q. difficilis vehementer -itur. CASSIOD. inst. 1, 9, 2 unde magna q. nonnullis -itur. in psalm. 33, 21 non minima). 5, 24, 18 dissensio. AVG. in euang. Ioh. 116, 8 magna disceptatio. MART. CAP. 7, 729 -to ... murmure. IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I 546^B tentatio. VITA Nicet. 5 occupatio. β *-untur alia*: VAL. MAX. 4, 7, 2 in ... domo *Gracchorum* ... robusta constantis amicitiae exempla -untur (*cf.* 8, 15, 3 rarum specimen honoris ⟨in⟩ Scipione ... Nasica -itur). 8, 7 ext. 1 commemorato nomine *Demosthenis* maximae eloquentiae consummatio audientis animo -itur. APVL. flor. 9 p. 29 incondita et vitiosa verba ... quasi delirantibus -entia. 16 p. 62 improvisa pericula hominibus subito -antur. Socr. prol. p. 106 de repentino -ta est *sententia* (PAVL. NOL. epist. 16, 2 p. 115, 26 hanc s. ... de illis -tam magistris, qui *eqs.*). TERT. praescr. 34 l. 25 *haereses* (CYPR. epist. 59, 5 aliunde. 66, 5 unde ... schismata et h. -tae sunt et -untur. RVFIN. hist. 3, 28, 4 a quo *Cerintho* ... h. -ta est. *cf.* LEO M. epist. 115, 1 [Conc.^{S} II 4 p. 67, 15] -itura haereticorum scandala). IVL. VAL. 2, 25 nihil ... posse -iri impedimenti, quin *eqs.* CHALC. comm. 256 p. 289, 5 *somnia* (p. 289, 12 ex reliquiis commotionum animae ... -iri. *cf.* HIER. hom. Orig. in Is. 5, 3 p. 265, 25 visio. AVG. gen. ad litt. 12, 23 p. 415, 18 aut significent aliquid aut sine ulla significatione -antur *imagines in somniis*). MAR. VICTORIN. ad Iust. 10 p. 1005^B ut ... quod in *rebus* ... qualitate non inest, ex actu alterius inveniat -iri (*cf. 9 p. 1005^B* quod

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex actu alterius . . . efficitur vel appareat). Ambr. c. Aux. 4 ne . . . perniciosum aliquid . . . -atur saluti. Heges. 1, 3 inde mali prima -ta est labes. Conc.^{S} II 2, 1 p. 47, 35 imperator . . . -tis quibusdam praecepit . . . synodum congregari ([*gr. II 1, 1 p. 86, 36* ἀναφυέντων τινῶν, *cf. II 3, 1 p. 62, 25* pro aliquibus, quae emerserunt]. *cf.* p. 47, 37 ut quaeramus, quae nuper -ta sunt [*gr. II 1, 1 p. 87, 3* τὰ ἀναφυέντα, *cf. II 3, 1 p. 62, 26* quae emerserunt]. *al. sim.*). Sidon. epist. 4, 11, 2 -ta . . . quaestionum insolubilitate. Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. hom. I 540^{B} ex comparatione . . . peioris -itur laus melioris (*cf. p.* 545^{B} ex comparatione malorum fit laus bonorum). Greg. M. dial. 3, 26 p. 198, 14 M. -ta occasione (*gr.* ἐπελθούσης). *γ* -*tum est, ut fere i. q. evenit, ut*: Ioh. Med. (?) Ps. Chrysost. hom. I 545^{B} quando ei -tum est, ut diceret *'eqs.'*

B *de herbis sim.*: Gell. 19, 12, 7, vicinum rubos alte atque late -tas excidentem. Ps. Ambr. mans. 12 p. 22^{C} in quo *anno quinto et vicesimo* flos iuventutis -itur (*in imag. etiam*: Ven. Fort. carm. app. p. 371, 11 virgo . . . virga fuit, de qua est f. Christus -tus). Cassiod. Ios. antiq. 3, 174 (*de hyoscyamo*) herba frequenter ultra tres palmos -itur (*gr.* αὐξανομένη).

C *de animantibus* (*specie*): Val. Max. 1, 7, 1 Artorio somnum capienti nocte . . . Minervae species -ta praecepit, ut *eqs.* Rvfin. hist. 3, 28, 1 iisdem temporibus . . . alterius haereseos -tum principem (*gr.* γενέσθαι). *c. not. succedendi*: Cassiod. Ios. antiq. 6, 13 p. 170 ut neque patriam eorum *sacerdotum* manere permitteret post illos, ut potuisset aliquis -iri (*gr. 6, 268* ἄλλους γενέσθαι). *i. q. nasci*: Pacian. (?) sim. carn. p. 129, 13 qua . . . Christus non de plebeio homine, sed de rege -iri debuisse videatur.

II *i. q. insurgere obnitendi causa, se opponere*: Conc.^{S} I 5 p. 335, 20 excludentes eos, qui -iri volunt, in quibus ea cogitamus, quae sunt ultra hominem (*gr. I 1, 4 p. 17, 8* ἐπιφύεσθαι, *cf. I 2 p. 105, 5* qui contra nos temptant adsurgere). *Halter.*

? **oborsus,** -a, -um (obordiri) *v. p. 143, 42.*

1. obortus, -a, -um *v. sub* oborior.

[2. obortus, -ūs *falso legit olim Lambinus* Lvcr. 4, 218 (= 6, 924) *pro* odores.**]**

? **obōsculantur** *pro* osc- *legisse Dousam* Petron. 126, 10 *dicit Bücheler in ed. mai. ad l.*

obp- *v. etiam* opp-. **obpopa** *v.* upupa.

obquārē *v. p. 34, 22.* **obquīnīsco** *v.* ocquinisco.

? **obra** (*'obtemperantia? oboedientia? obsequia? de opera cog. Bücheler' Götz*) πειθαρχία Gloss. III 458, 19 *et* 486, 3 (*addendum vid.* I p. 248 πίθαχια [*in marg. cod.* obba πιθάχνα, *ex qua forma quasi genuina ceteras ortas esse autumat Svennung per litteras,* πιθάκνα *intellegens*]).

obradio, -āre. *ab* ob *et* radiare, *cf.* ir- *et* subradiare. *transitive i. q. aliquid tamquam radios offerre, manifestare*: Tert. resurr. 29 p. 66, 11 si et allegoricae scripturae et argumenta rerum et simplices voces resurrectionem carnis . . . -ant (*TC et Borleffs al.,* subrad- *MPX et Kroymann*). *intransitive i. q. radiis oblucere, offulgere*: Isid. orig. 16, 18, 2 obryzum aurum dictum, quod -et splendore; est enim coloris optimi *eqs.*

obraetius *v. p. 155, 60.*

obraucātus, -a, -um. *ab* ob *et* raucus. *i. q. raucitate obductus, raucus factus* (*de voce*): Sol. 10, 14 praeit *grus* catervas, volatus desidiam castigat voce, quae cogit agmen; ea ubi -a (-rac- *R*) est, succedit alia.

obrelinquo, -līquī, -lictum, -ere. *ab* ob *et* relinquere. *i. q. relinquere, omittere*: Itala Ier. 9, 5 (Lucif. Athan. 2, 1 p. 147, 24) reverti noluerunt et non -erunt usuram super usuram, dolum super dolum (*gr.* οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι· τόκος ἐπὶ τόκῳ, δόλος ἐπὶ δόλῳ, *Vulg. aliter*). Comm. instr. 2, 1, 8 -ctae duae tribum (*gen.*) et dimidia.

obrendārius, -a, -um. *orig. incertae; ad formam vulgarem* obro *pro* obruo *refert Heraeus, ALL 12, 1902, 70 adn.* *i. qui obruitur* (*de genere vasorum*): CIL VI 21852 amicis fidelissimis vasa -a dua ite⟨m⟩ ol⟨l⟩aria tria. *subst.* obrendārium (*sc. vas?*), -ī: CIL VI 24606 ollarum n XII ab imo in summo cum -o.

? **obrenuntiāns,** -antis. *ab* ob *et* renuntians, *cf.* abrenuntians. *i. q. abrenuntians, nisi errorem typothetae accipias*: Max. Tavr. serm. 30 p. 596^{C} mortuis . . . operibus -es fructum optimum ut terra bona offeramus (= *Ps. Aug. serm. 164, 4, ubi* abrenuntiantes . . . afferamus).

obrēpenter *v. p. 147, 70.* **obrepilātio** *v.* horripilatio. *Sz.*

? **obrepleo,** -ēvī, -ēre. *si recte legitur, ab* ob *et* replere, *cf.* opplere. *i. q. opplere*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 4, 162 cum lacrimis -esset (*ed. Schüssler,* opplesset *var. l. et ed. Froben.*) oculos (*gr.* ἐμπλήσας).

^{a}**obrēpo,** -psī, -ptum, -ere (-*ripio*, -*ripuī*, -*ripere v. l. 77*). *ab* ob *et* repere. *de scriptura et formis*: op- *e. g.* Sen. epist. 36, 9 *pars codd.* Flor. epit. 4, 10, 2 (ob- *B*). -rip- (*sc. per confusionem c. compos. vocis q. e.* rapere, *v. Stolz, WSt. 23, 1901, 163; nota gr.* συν-, ὑφαρπάζειν *p. 146, 8. 48 et syll.* -rip- *correptam* Ven. Fort. carm. app. 23, 19 Mart. 4, 5; *cf.* Diom. gramm. I 369, 7sq. repo . . . unde -o dicimus . . ., non -ripio . . ., in quo imperiti falluntur): -ripere *sim.* Tert. paenit. 6, 10 Cypr. epist. 67, 4 p. 739, 1. *et saepius,* -ripi Chiron 301, -ripit Ambr. hex. 1, 8, 31. *al.,* -ripio Gloss. (*v. l. 81*), -ripia(n)t Vita Anton. 23 p. 38, 11 Evstath. Basil. hex. 2, 4, 4 Ven. Fort. carm. app. 23, 19 (*cf. var. l.* -repiat Cassian. conl. 12, 2, 2), -ripiendi Clavd. Don. Aen. 11, 780 p. 530, 1, *perf.* -ripui- *l. 51. p. 147, 15.* *ceterum legitur perf.* -repi- *l. 32. 77. p. 147, 61 (non nisi in var. l., item* Cassian. conl. 15, 10, 2; *cf. et l. 11*). *pass. impers. inde a* Qvint. decl. 291 p. 162, 11 -ptum est (*perf. praeter p. 147, 53*); *v. et l. 7. 58. p. 147, 39.* *de notione*: Char. gramm. p. 412, 2 B. scio quid sit in re . . .; non est mihi -ptum. Synon. Cic. p. 430, 29 -ere. decipere. Gloss. -o: ἀπατῶ. συναρπάζω. παραλογίζομαι. latenter introeo. commaculo[r], oborior. -it: σκοτίζει. -ere: παρεισδύνειν. decipere. dicere, fallare. -psit: ἔφθασεν. subripuit(?). subrepit. Gloss.^{L} V Aa o 156 -psit: subripit (-rep-), -ripit (-rep-). -erit: commaculaverit sive oborta fuerit. *legitur inde a* Plavto, Lvcilio, Cic., Sall., Aetna, Hor., Tib., Ov., Sen., Plin. nat.; *exempla omnia praeter l. 39sqq. 81sqq.*

[*variat in codd. c.* inrepere *p. 147, 24 et* Cassian. conl. 12, 16, 2. 20, 9, 1, subrepere *e. g.* Ov. fast. 3, 19, obreptare Cic. Cato 38 *et l. 83,* opprimere *e. g. p. 147, 57, cf. l. 30. p. 147, 1. 11; falso trad.*: Tert. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 18 *pro* obstrepit. 5, 6 p. 590, 5 *pro* oppressit.]

I *intransitive* (*accedit dat. passim* [*cf.* Char. gramm. p. 382, 28 B.], *praepos. in c. abl. vel acc. l. 30. 42. p. 147, 25. 26. 31. 36,* ad *l. 31. 32. 33. 67. 74. 75,* apud *p. 147, 22,* per *p. 147, 39. 44,* ex *p. 147, 49,* de *l. 60, cf. l. 53*): A *i. q.* (*quasi*) *rependo accedere, aggredi sim.* (*maxime clam, improviso, fraudulenter; illustrant locutiones adv. vel praedic. sim.* motum *latentem e. g. l. 41. 56. 72. 80. p. 147, 2. 6. 11. 36. 39* [*cf. dat.* inscientibus *sim. l. 49. 70. 76. p. 147, 20; v. et p. 147, 56*], motum *subitum l. 84. p. 147, 5. 10. 48* [*cf.* -endi celeritatem *p. 147, 43*], *fallaciam sim. l. 30. 40. 46. 69. p. 147, 36; significari vid. motus lentus p. 147, 52; non invenimus vocem adhibitam de reptilibus, nisi huc trahere vis p. 147, 33* [*de felibus*]): 1 *per insinuationem sim.*: a *de animantibus*: *α decipiendi, insidiandi causa*: ① *generatim*: Plavt. Trin. 974 nimis argute -psisti (-resisti *codd.*) in eapse occasiuncula. Cic. Pis. 1 -psisti ad honores errore hominum (Planc. 17 Cn. Plancium non -psisse [-pisse *T*] ad h. *item ad locum indebitum*: Cypr. epist. 67, 4 p. 739, 1 ne quis ad altaris ministerium . . . indignus -ret [-rip- *var. l.*]. Oros. hist. 2, 8, 3 regno. Epist. pontif. 369 Migne 50, 434^{A}. *ibid.* p. 435^{A} Leo M. epist. 109, 4). Sen. benef. 4, 34, 2 (*de homine ingrato*) at -psit, at imposuit. Tert. paenit. 6, 10 deus thesauro suo providet, nec sinet -ere indignos (-ripere *var. l.; antea*: furto . . . adgredi). 6, 13. Cypr. ad Donat. 4 p. 7, 2 ne accepta securitas indiligentiam pariat et vetus . . . hostis -at (*sic de diabolo homini adversante*: hab. virg. 20 p. 201, 20 insidiis per occulta fallentibus diabolus -it [*antea*: se . . . inserit. *inde* Priscill. tract. 7, 115]. unit. eccl. 1 p. 209, 12 latenter [*infra*: occultis accessibus serpit]. zel. 1 p. 419, 20 in pectus. Hier. in Gal. 1, 6 p. 318^{A} insidiator. *al.*). Arnob. nat. 4, 12 antitheos . . . -ere pro accitis (*infra*: qui deos se fingant *eqs.*). 5, 9 p. 182, 1 -ere (-riperet *cod.*) conquiescentis *deae* pudori filius . . . insidiator enisus est. Hil. in Matth. 25, 2 ne quis fallax ignorantibus posset -ere. Vita Anton. 23 p. 38, 11 ut . . . talibus phantasmatibus -iant illis *daemones* (subripiant illos *Garitte; Migne gr. 26,* 877^{B} ὑφαρπάσωσιν). Clavd. Don. Aen. 7, 345 p. 56, 7 nescienti. Ambr. epist. 11, 2 (*infra*: obreptio). Iac. 2, 5, 25 (*syn.* subintravit). Conc. Aquil. a. 381 Ambr. epist. p. 929^{b} ut plenum concilium non esset, -ipuistis (*antea*: subripuistis). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 17 p. 634, 36 *blanditiis et opinationibus* regi -psit *Antipater,* ut . . . de filiorum morte cogitaret (*gr. 1, 451* περὶ θανάτου . . . ὑπειργάσατο). Avg. pecc. orig. 17, 19 p. 179, 24 quomodo Pelagius temptarit -ere ad fallendum . . . iudicium. Comm. apol. 317 -psit dominus veteri latroni celatus. ⓘ *speciatim in sermone iuridico*: Tryph. dig. 26, 7, 55, 4 (*spectatur prodigus contutor*) licet -ptum fuerit praetori (*pass. impers. ut*: Vlp. dig. 27, 9, 1, 2 [*e Severo; inde* 27, 9, 5, 15] praetori. 40, 5, 26, 8 si libertas non deberetur, -ptum tamen praetori est de libertate pronuntiatumque. Schol. Cic. Gron. D p. 301, 21 ipsi *Roscio*). Vlp. dig. 17, 1, 29, 2 ne . . . creditor -at et ignorantiam eius *fideiussoris* circumveniat *eqs.* 37, 10, 3, 3 si, cum esset pubes, quasi impubes -erit *eqs.* 37, 12, 1, 2 (*de manumisso non arrogato*). Marcian. dig. 48, 10, 1, 9 aerario (*infra*: ac si falsum commisisset). Mod. dig. 48, 10, 29 praesidi provinciae (*cf.* Interpr. cod. Theod. 3, 10, 1 principis . . . maiestati [*Cod. Theod.* obreptione]). Cod. Theod. 10, 22, 6 si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium -erit (*cf.* 14, 1, 6 actibus *decuriae*. Cod. Iust. 7, 38, 1 [*a. 365*] cingulo, in quo -erant fraudulenter, exuti).

β quolibet consilio: Cic. fam. 16, 21, 3 inscientibus nobis et cenantibus -it *Cratippus* (*cf.* Cypr. laps. 26 p. 255, 27 *mulier,* quae . . . sacrificantibus latenter -psit. epist. 66, 8 p. 733, 7 *de latenter communicantibus*. Symm. epist. 1, 5, 1 vellem deliciis vestris improvisus -ere. Cod. Theod. 16, 5, 51 quo *oraculo* ad ritus suos . . . -erant [surr- *var. l.; item* 16, 5, 56]. Pass. Montan. 11, 1 ad . . . communionem). Plin. nat. 36, 7 nec potest videri Scaurus . . . huius mali improvidae civitati -psisse (-pisse *var. l.; cf. 36, 5* inrepunt vitia). Plin. epist. 9, 20, 2 -ere urbanis, qui nunc rusticis praesunt. Symm. epist. 4, 35 -psisti verecundiae meae, ut prior scriberes. Oros. hist. 6, 1, 17 humiliter -psit . . . et latenter intravit *deus*.

b *de rebus* (*malis vel incommode incidentibus praeter p. 147, 10. 28*): Plavt. Pseud. 686 evenit in labore atque in dolore, ut mors -at interim (Sen. dial. 6, 21, 7 [obreptant *var. l.*]. CE 441, 3 [*s. I?*] m. tacita -psit subito [Avg. conf. 6, 11, 19]). Lvcil. 391 -psitque pigror

[*Lossau*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

torporque quietis ([-ressit- *trad.*]. CASSIAN. conl. 7, 34, 2). CIC. Att. 6, 3, 1 dies (6, 5, 3 mihi decessionis d. λεληθότως -bat. ARNOB. nat. 2, 78 p. 111, 21 ne, dum ... argumenta conquirimus ..., -at d. extremus). 9, 7, 5 ut, dum agamus, ὁ πλόος ὡραῖος -at. Cato 4 qui ... citius adulescentiae senectus quam pueritiae adulescentia -it? ([*antea*: -ere *senectutem*]. 38. IVV. 9, 129 dum bibimus ..., -it non intellecta s. *al.*). AETNA 241 cur aestas ... senescit autumnoque -it hiems et in orbe recurrit. HOR. ars 360 operi longo fas est -ere somnum (OV.[?] epist. 18 [19], 46 movet -ens s. anile caput. PLIN. epist. 7, 4, 4 cum ... dormiturus me recepissem nec -ret s. LACT. opif. 18, 7 repente. *et saepius*). OV. fast. 3, 19 blanda quies furtim victis -psit ocellis (ob-, suppressit ocellos *var. ll.*). SEN. benef. 3, 2, 1 oblivio. nat. 7, 16, 1 quidam creduli, quidam neglegentes sunt, quibusdam mendacium -it, quibusdam placet. epist. 45, 7 vitia nobis sub virtutum nomine -unt (-uit *var. l.*). 82, 10 (*spectatur fallax syllogismus*) haec interrogatio vides ubi -at (*similiter in serm. gramm.*: VEL. gramm. VII 70, 10 'sed' ... nescio quo modo ... -psit auribus nostris et d litteram sonat. GELL. 7, 12, 4 [*bis de falsa significatione vocabuli q. e.* testamentum]. 16, 5, 12. MAR. VICTORIN. gramm. VI 67, 11 ne nobis per neglegentiam -ant *figurae*. MACR. Sat. 6, 9, 4). PLIN. nat. 10, 46 nec solis ortum incautis patiuntur -ere *galli*. CYPR. epist. 74, 9 p. 806, 22 consuetudo, quae apud quosdam -erat. TREB. Val. 8, 3 ne ullus error -at (HIL. in Matth. 11, 1. *et saepius*). AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 38 intermissae *precationi* ... -it (inr- *var. l.*) incuria. obit. Theod. 28 l. 2 peccatum (34 l. 4. *al.*). HEGES. 1, 42, 3 in ⌊illis⌋ *filiis* ... -erit fraudolentia (⌊⌋ illos *var. l.*). RVFIN. Basil. hom. 2, 3 p. 1736^{D} maculam, quae in eam *animam* ... -psit (*gr. p.* 204^{B} ἐπιγινόμενον). SIDON. epist. (carm. 14) 1 dum ... reputo ..., -psit materia. *al.* *part. praes. n. plur. pro subst.*: CONSVLT. Zacch. 2, 18 p. 89, 9 (*de peccatis*) -entia postea paenitentia tegens *pietas*.

2 *motu locali* (*de animantibus praeter* CIC.): a *vario usu*: CIC. div. 2, 139 nullae ... imagines -unt in animos dormientium extrinsecus. TIB. 1, 8, 59 possum media ... -ere nocte et ... clam reserare fores. PLIN. nat. 10, 202 feles ... quam levibus vestigiis -unt avibus. HIL. in psalm. 120, 15 ne fur -at, ne canis oblatret (AVG. serm. 357, 5 numquid ... times, ne f. -at, ... ne hostis ... eripiat?). QVEROL. p. 4, 9 R. in domum callide et occulte -ens *parasitus*. CYPR. GALL. frg. 3 -it *David* partemque secat de veste *Saul* (*cf. I reg. 24, 5* surrexit ... et praecidit ... silenter). b *in re militari*: HYG. mun. castr. 57 per quas *valles* -i (obruti *cod.*) castris occulte possit. FLOR. epit. 4, 10, 2 ne imaginaria quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset, -ere, relicta repente Syria in Parthos impetum facit *Antonius*. GELL. 11, 18, 17 quod ... furandi sollertia ... acueret ... animos adulescentium et ad insidiarum astus ... et ad -endi celeritatem. 17, 21, 24 qui *M. Manlius* Gallos in obsidione Capitolii -entis per ardua depulerat. CLAVD. DON. Aen. 11, 780 p. 530, 1 telum ... contendit *Arruns*, ne periret -endi occasio (-ripiendi *var. l.*; *Verg. 11, 763* Arruns subit). HEGES. 5, 18, 2 p. 336, 19 bellantibus. 5, 36, 2 p. 377, 22 -unt *Iudaei* ... excursu repentino, ... ingruunt praetendentibus. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 2 p. 659, 18 ex moenibus -endo (*gr. 50* καθερπύσαντες ἀπὸ τῶν τειχῶν).

B *i. q. (rependo) obire, occurrere*: 1 *suscipiendo*: TER. MAVR. 1298 cum potui ... -ens incepta peregi. 2 *medendo*: CHIRON 301 cui *valitudini* ... -i poterit.

II *transitive* (*cf. l. 11*): A *i. q. (rependo) occupare*: PLAVT. Poen. 14 nisi clamabis, tacitum te -et fames. Trin. 61 tu, credo, me imprudentem (mihi imprudenti *var. l.*) -eris. SALL. or. Phil. 19 si tanta torpedo animos -psit (*pars codd. Non. 229, 4*, ob[p]ressit *cett.*; *cf. l. 1 et 11*). GREG. TVR. glor. conf. 44 p. 775, 24 si ... urbem aut morbus -at aut hostilitas obsedeat. B *i. q. (rependo) perambulare*: CHALC. comm. 81 putabitur *sol* zodiaci circuli -psisse semitam *ΔA* (-pisse *var. l.*; *contracta vid., quae distinguuntur apud Theonem Smyrn. p. 164, 12 H.* διεληλυθέναι τὴν ωα ... καὶ βραδέως προσιέναι τῷ α).

? III -ptum est *pro dep.* (*nisi usu liberiore quodam ad pass. impers. trahendum, cf. p. 146, 4*): CYPR. laps. 25 p. 255, 9 ignoratione ... -ptum est, ut sacrificantibus nobis eam *puellam* secum mater inferret. EPIST. pontif. Thiel Hil. 12, 1 ut nihil adversum venerandos canones ... valeat, quidquid -ptum nobis esse constiterit (*antea*: quod a nobis est elicitum).

part. praes. n. plur. pro subst. v. l. 28.

adv. **obrēpenter.** GLOSS.^{L} Corp. o 87 (*item* GLOSS. IV 417, 33) -r: direptic⟨i⟩e (*pro* obr-, *ut suspicatur Lindsay*). ? *i. q. modo obreptivo*: CANON. Turner II p. 282 rec. III *si ecclesiam vacantem* -r (*pars codd.*; subrepenter *vel* subreptive *cett.*) praeter plenariam synodum diripiendam esse crediderit, hunc excidere oportet.

deriv.: obrepticius, obreptio, obreptivus, obrepto.

obrēptīcius, -a, -um. *ab* obrepere. *fere i. q. per obreptionem factus*: COD. Theod. 4, 22, 6 (= Iust. 3, 6, 3) sub colore ... adipiscendae possessionis -a (*pars codd. et Iust.*, obrepta *vel* obreptivia *cett.*) petitio alteri obesse non debet (*Interpr.*: si per obreptionem fuerit facta petitio).

adv. **obrēptīciē.** *scrib.* -tie. *dub.* GLOSS. *v. l. 71.* *i. q. per obreptionem*: QVODV. prom. 3, 38, 41 p. 834^{B} cum in contumeliam ecclesiae edictum -e ab Arcadio ... exsculperet *Eutropius*.

ˣ**obrēptio,** -ōnis *f.* *ab* obrepere. *plur. rarius inde a* SYMM., AMBR. (*l. 17. 31*). GLOSS. συναρπαγή. -e: criupungae (crio-; *anglosax.*). *legitur inde a* FRONTINO, VLP.

1 *i. q. actio obrependi* (*quae fit latenter, improviso, fraudulenter; per abundantiam hic illic accedunt adi.*: clandestina *l. 9. 30*; occulta *l. 34*; secreta *l. 10*; *v. et* nocturna *l. 12*): a *proprie*: FRONTIN. strat. 2, 5, 36 Ventidius Parthos ... in loca iniqua deductos adgressus per -em ... debellavit. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 7 p. 715, 26 coniunctis ... viribus -es hostium praepeditae sunt (*gr. 3, 170* παραδύσεις). OROS. hist. 2, 19, 2 urbem ... cuniculis et clandestina -e ceperunt. DRAC. Romul. 5 tit. post 182 potest venenum pauper diviti secreta -e supponere. PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 qui vasa ... domum nocturna -e praeveniens ... furaverat.

b *translate* (*sc. fallendi, insidiandi causa*): α *in sermone iuridico*: VLP. dig. 2, 4, 10, 2 dum adrogetur *libertus* per -em (*postea*: celat condicionem. *cf.* PAVL. dig. 38, 2, 49 liberto per -em adrogato). 3, 5, 7(8), 1 si fundum tuum ... per -em petiero. AMBR. epist. 82, 4 cum ... invidiae plenas supplicationes rescriptorum quoque -es obtexerent (*cf.* COD. Theod. 10, 1, 15 [= Iust. 7, 38, 3, 1] rescribta ... -bus impetrata. 11, 1, 20 in fraudem annonariae rei ... elicitum damnabili -e rescribtum [*Iust. 10, 16, 7* subreptione]). COD. Theod. const. de c. l. 31 (= Iust. 12, 53 [54], 1) omni -e cessante (*item* 6, 27, 14 *al. et* EDICT. imp. Iust. [CIL III 13640] 2, 5; *gr.* συναρπαγῆς). 3, 10, 1 (= Iust. 5, 8, 1 pr.) -e precum. 15, 1, 43 competitorum (*infra*: subrepticia ... rescribta). 16, 2, 34 si quid ... per -em ... fuerit contra leges impetratum (*Iust. 1, 3, 13* vel temeritate violata vel dissimulatione neglecta *privilegia*). INTERPR. cod. Theod. 4, 22, 6 (*v. p. 147, 79*). NOVELL. Theod. 17, 1, 4 (*antea*: quid per subreptionem elicuerit). *al.* β *vario usu*: ARNOB. nat. 5, 9 p. 182, 17 cum incautus et properus -is (obiectionis *cod.*) esset reiectus a furto *Iuppiter*. SYMM. epist. 6, 11, 2 ne ... clandestina aliquid temptet -o. or. 2, 10. rel. 38, 3 -bus partium nonnulla gesta sunt, ut iudicatio consummata traheretur. AMBR. off. 2, 29, 151 tentata fuerat -o; sed praevenit ... episcopus, ut redderet viduae, quod acceperat. AVG. fid. et op. 5, 7 p. 42, 15 cum ... sive per neglegentiam praepositorum ... sive per occultas -es invenimus in ecclesia malos *eqs.* EPIST. pontif. Thiel Hil. 12, 1 nec ... quidquam per -em ... oportere constitui (*postea*: quod a nobis est elicitum). AVELL. p. 130, 14. SACR. Leon. 533 sub tuo munimine constituti⟨s⟩ nulla diaboli nocevit -o. *al.* *rerum*: AMBR. fid. 4, 11, 143 ne insidiari nos unius arbitrentur -e (corrept-, -rupt- *var. ll.*) versiculi, totum caput recenseamus (*cf.* 5, 13, 160 ut nihil videatur fraude subtractum aut -e praestrictum). in psalm. 35, 17 vincti quadam aut delectatione flagitii aut -e peccati (*cf.* CASSIAN. conl. 11, 9, 6 quae *peccata* ... per oblivionem, ... per -em admittuntur [*sim.* 20, 12, 2. 22, 7, 2]). 118 serm. 17, 5 erroris. CASSIAN. conl. 12, 9 commotionis (19, 14, 5). PROSP. in psalm. 118, 3 p. 336^{C} quibusdam cogitationum carnalium -bus titillari (*Aug. ad l. serm. 3, 2 l. 18* quaedam ... subrepunt).

? 2 *metonymice i. q. res obrependo petita*: COD. Theod. 8, 4, 20 si -o aliqua fuerit impetrata. EPIST. pontif. Arel. 5 p. 11, 22 ut sibi (*sc. Proculo*) concilii illius emendicata prestaret -o ordinandorum sacerdotum ... potestatem.

obrēptīvus, -a, -um. *ab* obrepere. [*contextu lacunoso* FRG. Vat. 37, 3.] 1 *i. q. per obreptionem factus*: SYMM. epist. 5, 66 (64), 3 cineres negotii -a supplicatione refovet in flammam *veterator* (rel. 44, 2 ne -is s. subsidia integrati corporis subruantur [*antea*: inique elicita rescripta]). 2 *i. q. per obreptionem impetratus*: COD. Theod. 16, 10, 8 neque huic rei -um officere sinimus oraculum.

adv. **obrēptīvē.** *i. q. per obreptionem*: COD. Theod. 16, 1, 4 qui contra hanc dispositionem nostram -e aut clanculo supplicare temptaverint.

obrēpto, -āvī, -āre. *ab* obrepere, *cf.* irreptare. [*var. l. pro* obrepere: *v. p. 146, 83.*]

i. q. obrepere: 1 *proprie* (*sc. per motum localem*): PLAVT. Persa 79 visam hesternas reliquias, ... opertaen fuerint, ne quis -erit. PLIN. nat. 35, 109 *Nicomachus* pinxit ... nobiles Bacchas -antibus (*cod. B*; adr-, arr- *cett.*) Satyris. 2 *translate* (*sc. per insinuationem*): IVVENC. 1, 547 quod superest ..., totum fallaciter aegro suggeret -ans animo vis tetra veneni.

obrētio, -ītum, -īre. *ab* ob *et* rete, *cf.* irretire. GLOSS. -tus: implicatus, captus, impeditus. *i. q. irretire*: LVCR. 3, 384 nec nebulam noctu neque arani tenvia fila obvia sentimus, quando -imur euntes.

laudatio, **obrigātio,** elevatio EVTYCH. gramm. V 455, 28 (*inter exempla nominum ab inf. fut. derivatorum*). *si recte legitur* (irrig- *f*, obiurg- *ed. pr.*), *ab* ob *et* rigare, *cf.* irrigatio.

obrigeo, -ēre. *ab* ob *et* rigere, *nisi retrograde ex perf.* obrigui, *quod v. s.* obrigescere. *i. q. rigidum esse vel fieri*: PAVL. MED. vita Ambr. 20 cum elevasset manum districto gladio dextera -ente remansit (*postea*: bracchium, quod ... obriguerat).

obrigēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* rigere *sec.* stupere, obstupescere *sim.* (rigescere *non ante Verg.*). *inter verba*, quae voce tantum activa proferuntur, *affert* CHAR. gramm. p. 468, 20 B. NOT. Tir. 73, 29 -uit. 73, 30 -it. *de notione*: SYNON. Cic. p. 445, 14 stupet. alget ... friget ... obduruit. -uit. GLOSS. -unt: indurescunt calore aut rigore. -uit: obstipuit, emarcuit. GLOSS.^{L} Corp. o 58 -puit (-rig- *coni.*

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Lindsay): obstipuit. *legitur raro apud* PACVVIVM (?), LVCILIVM, CIC., TIB., SEN., COLVM. *et saepius inde a* GELLIO, APVL.

i. q. rigidum fieri (*iuxta pos.* obstupescere *l.* 40, frigescere *l.* 56; *accedit abl. causae* pruina *l.* 9. 10, frigore *l.* 9. 13. 23. 26, gelu *l.* 15. 27, *alia l.* 21, 45. 64. 71, *substituitur praep.* in c. *abl. l.* 20; *indicatur status obdurati per praep.* in c. acc. *l.* 55): 1 *proprie de rigore corporeo* (*in imag. v. l.* 24): a *de rebus* (*frigore praeter l.* 12. 14 *bis*): PACVV. trag. 14 (*Catulo cum Varrone trib. Funaioli*) monia, nisi interveniat sol, pruina -erint. LVCIL. 666 pars *segetis* . . . -it frigore. CIC. rep. 6, 21 duos *cingulos terrae* . . . -isse pruina vides, medium autem . . . solis ardore torreri (*item de partibus terrae*: nat. deor. 1, 24 MACR. somn. 2, 5, 11. 2, 5, 14). TIB. 2, 3, 14[c] *fertur* lacteus . . . mixtus -isse liquor. COLVM. 4, 32, 5 tum compescitur *harundo*, cum -uit hiberno frigore. AMBR. Hel. 7, 21 fluctus -uit et petra inundavit (*cf.* HIER. vita Hilar. 40 p. 50[A] undarum montes). OROS. hist. 4 praef. 7 nocturno gelu lacunarum dorsa -isse herbasque incanuisse.

b *de animantibus vel part. corp.*: α *frigore* (*in imagine l.* 23): CIC. Verr. II 4, 87 Sopater *vinctus* . . ., cum iam paene -isset, vix vivus aufertur (*antea*: nudus in aëre, in imbri, in frigore). GELL. 12, 5, 11 in pruinis. ITALA gen. 31, 40 (Lugd. *al.*) fiebam interdie adustus ab aestu et -ens noctu (*gr. pars codd.* παγετός, *cett. et Vulg. aliter*). HIL. in psalm. 118 caph 4 p. 452, 24 quae *utres* (*i. corpora*) . . . extrinsecus . . . continentiae patientia tamquam pruinae frigore -ant ([*ibid.* p. 453, 3]. *in imagine ut*: CLAVD. DON. Aen. 10, 450 p. 350, 19 'frigidus . . . coit in praecordia sanguis': . . . -uit sanguis. PHILIPP. in Iob 38 p. 759[B] nimio oblivionis dei frigore. CLAVD. 26, 343 multi ceu Gorgone visa -uere gelu. *cf. usum l.* 51. 57 *illustratum*). HIER. in Ier. 1, 8, 3 SEV. MINOR. p. 740[A]. OROS. hist. 3, 16, 5 cum sudans in Cydnum praefrigidum amnem descendisset *Alexander*, -uit contractuque nervorum proximus morti fuit. 4, 14, 8. β *morbo, dolore, incommodo corporis statu*: SEN. epist. 95, 16 retorridi digiti articulis -entibus nervorumque sine sensu iacentium torpor (*cf.* HIER. epist. 108, 32 -erunt digiti). APVL. flor. 16 p. 68 dum eum *articulum luxatum* . . . plaga reconcilio, iamiam sudoro adfatim corpore diutule -ui. CHIRON 587 si iumento nervi -erint. HEGES. 5, 24, 2 p. 356, 9 -erant interiora viscerum, obstructi erant ductus ciborum *eqs.* VVLG. II reg. 23, 10 ipse *Eleazar* . . . percussit Philisteos, donec deficeret manus eius et -eret cum gladio (*cf.* PAVL. MED. vita Ambr. 20 *bracchium*, *v. p.* 148, 78). AVG. in psalm. 48, 2, 8 l. 25 quomodo qui manducat . . . uvas acerbas, -unt et obstupescunt dentes eius. γ *morte* (*cf. l.* 18. 54, *spectatur ipse moriendi actus l.* 42. 45. 49): APVL. flor. 16 p. 66 commodum ille *Philemon* anima edita -erat. ITALA act. 5, 5 (cod. d) Ananias . . ., subito cum cecidisset, -uit (5, 10 perobriguit; *gr.* ἐξέψυξεν, *Vulg.* expiravit). IVL. VAL. 3, 22 ut . . . multos . . . interfecerit vis nivium . . ., plurima . . . obruerit quadrupedia, quorum nihilum non stantaria morte -isse visitares. CLAVD. DON. Aen. 12, 295 p. 588, 25 'spoliant . . . calentia membra': ut ante ad detrahenda spolia convolassent quam funus (*i. corpus*) -isset (obruisset *trad.*) occisi. AMBR. exc. Sat. 1, 19 o amplexus miseri, inter quos exanimum corpus -uit.

2 *translate de stupore, hebetudine sim.*: a *-ere dicuntur animantes* (*et part. corp.*): α *severitate, animi duritia sim.*: SEN. epist. 82, 2 viro non vel -ere satius est (*syn.* dure, aspere, laboriose *esse*, *opp.* effeminatur animus). PS. HIER. epist. 19, 21 p. 209[B] obseratis . . . omnibus sensibus . . . pene ad imaginem -ere mortuorum. PAVL. NOL. epist. 23, 41 p. 196, 25 illis *Iudaeis* . . . in . . . lapides -entibus. AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 6 l. 46 qui non amat, friguit, -uit. β *horrore sim.* (*cf. l.* 23*sqq.*): AVSON. 75, 8 p. 312 P. *videns Gaium mortuum* Eunomus -uit; tum Gaius: 'metuas nihil . . .'. CLAVD. DON. Aen. 2, 770 p. 253, 6 'obstipui *eqs.*' -ui omnibus membris *eqs.* HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 2 animus. HIER. vita Hilar. 16 auriga . . . percussus a daemone totus -it, ita ut nec manum agitare nec cervicem posset reflectere. VVLG. exod. 15, 15. CLAVD. carm. min. 17, 32 tanta virtute *piorum fratrum* repressas Enceladi fauces -isse. rapt. Pros. 3, 111 -uit visis *Ceres*. AVG. epist. 73, 3, 6 si . . . contabui dolore et -ui timore. PAVL. MED. vita Ambr. 42 stupore perculsus -ui. DRAC. Romul. 2, 151. 8, 398 -uit per membra Paris. GREG. M. dial. 4, 16 p. 253, 11 M. ut . . . omne in eis corpus -erit et in subito stupore remanerent.

b *de rebus*: PETR. CHRYS. serm. 156 p. 614[B] ubi vidit magus humanas periisse curas, suas defecisse artes, mundanae sapientiae exinanitos labores, omnium sudores -isse sectarum *eqs.* VEREC. satisfact. 12 fervidus -uit tepidis affectibus ardor.

cf. obrigeo. *compos.*: perobrigesco.

obrimo, -ere *v.* opprimo.

obrio *v.* obruo. **obripilātio** *v.* horripilatio.

obripilo *v.* horripilo (*adde* HIPPOCR. num. sept. 35, 16 cod. G).

1. obripio, -puī?, -riptum, -ere. *ab* ob *et* rapere *per confusionem praeverbiorum* ab *et* ob. [*dub.* AVG. epist. 258, 1 abripui vel potius -ui (subr- *unus cod.*) et quodam modo furatus sum memet ipsum multis occupationibus meis.] *i. q.* abripere: CIL VIII 21284 ave Olymphia dulcis -pta mihi.

2. obripio *v.* obrepo. *Lossau.*

obriz- *v.* obryz-. **obro** (*inf. pass.* -i) *v.* obruo.

obrōborātio, -ōnis *f.* *ab* ob *et* roborare, *cf.* corroboratio. *i. q.* *status corporis robore (i. torpore) affecti, rigor*: PELAGON. 137 (*inde* VEG. mulom. 2, 149, 3) si a dolore et -o fuerit subsecuta *eqs.* (*Hippiatr. I p.* 320, 9 φρίκη τις καὶ ὀρθοτριχία).

2 *usu christiano* (*de haeresibus, peccatis sim., fere pro convicio, plur. l. 37*): FAVSTIN. trin. 2, 9 p. 57[C] considera, *haeretice*, quae opprobria, quas -es de his referat, qui, ut ipse ait *Paulus*, '... coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori' (*cf. Rom. 1, 25*). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 58 horrorem de -is tuae (*i. Augustini*) impugnatione perpetior? (*cf. 1, 52* homo omnium impudentissime). 2, 173 multa et veternosa crimina ab -e praecedentium ... posteris tradita (*de peccato originali, cf.* ENNOD. epist. 5, 23, 3 ut eorum *apostolorum* beneficiis mortalis angustiae superetur -s). 4, 104 p. 1399 *Manichaei.* ENNOD. epist. 1, 13, 2 procul a moribus vestris malitiae facessat -s. **3**, 18, 1 actuum.

obscēnus (-scaen-), -a, -um. *de origine certant auctores*: VARRO ling. 7, 96. 97 turpe ideo -um, quod nisi in scaena palam dici non debet. potest vel ab eo quod pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa scaevola appellata. ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt, bona auspicia existimantur; ... id a graeco est, quod hi sinistram vocant σκαιάν; quare ... ⟨ob⟩scaenum omen est omen turpe (*cui ultimae opinioni assentiuntur Ernout-Meillet, cf. etiam Thierfelder in Navicula Chilon. 98 sqq.*). FEST. p. 189 (*Verrii Flacci, cf.* p. 198) *ab* '*Obsco*' etiam verba impudentia elata appellantur -a, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum (*item al.*). PRISC. gramm. II 489, 11 -us ab 'obs' et 'caenndo' (*cf. Petruševski, Živa Antika 1, 1951, 294 sqq.*) vel 'caeno' (*cf. Walde-Hofmann I 131*) vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, unde et 'inquino' (*cf. 46, 13* componitur '*obs*' cum dictione a c incipiente). *de scriptura: quae disserit* VARRO ling. 7, 96, *indicant ea aetate per* -ae- *et* -e- *scriptum esse; in codd. repperimus plerumque* -e-, *rarius* -ae- *et* -oe- (*imprimis in var. l.*). -i-: LVCAN. 10, 78 *Z*[1] NOVELL. Valent. 23 *N.* obc-: COLVM. 9, 7, 5 *AS*[1] CLAVD. 15, 166 *Π*[1]. 26, 306 *Π*. opsc-: CIC. fam. 9, 22, 1. 2 *bis.* 3. 4 *quater* (*in hac epistula et* obs-). FLOR. epit. 1, 18, 5 *N* (*m. sec. addit* b *supra* p). LAMPR. Alex. 6, 4 LACT. inst. 1, 21, 28 *P*[1]*V*. osc-: DECL. in Catil. 64 *a.* *compar.* -ior *inde a* CIC. Tusc. 5, 112. *superl.* -issimus *inde a* CIC. Cael. 69. NOT. Tir. 42, 71. *de notione* (*v. et l. 47 sqq.*): NON. p. 356, 28 -um est inmundum. 357, 3 -um: vitabile ... -um significat et male dictum (*D*[A], maledicum *rell.*). SYNON. Cic. p. 417, 24 corruptor. famosus. adulter. -us. impudicus. incestus. GLOSS. -us: αἰσχροποιός. ἀσελγής. αἰσχρὸς τρόποις καὶ ἐλαττώμασιν. ἀκάθαρτος. ἀπαίσιος. durus (dirus?). turpis aut sordidus. amans muliebria. impurae libidinis vel vitio obscurus. -um: foedissimum. -i: inmundi. -ae: μιαραί. σκυθρωπαί. καταφερής. φιλήδονος. -as: ore saevas id est male canentes (*de avibus, cf. p. 159, 18. 36 sqq.*). *legitur in poesi inde a* PLAVTO, ENNIO, LVCIL., ACC., MAT., CATVLLO, VERG. (*usque ad quem praeter* PLAVTVM *notione I*), HOR., PROP., OV. (*praecipue notione II*), *in oratione prosa inde a* CIC., LIV. (*praecipue notione II*).

significat aliquid horrendum, verendum: **I** *fere i. q. funestus, dirus, spectat ad*: **A** *malum futurum, quod cognoscitur* (*vel efficitur*): **1** *dictis* (*cf.* FEST. p. 201 quom apud antiquos ... ⌊-a dicta⌋ [*ed. pr.*, obscene adiecta *codd.*] sint, quae mali ominis habebantur. *quaedam fort. referenda ad II B; pro subst. v. 159, 7*): ENN. ann. 563

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contra carinantes verba atque (aeque *c. Castricomio Haupt, Opusc. I 117*) -a profatus (Lvcil. 899 deum rex avertat v. -a [*v. app. crit. et Marx comm.*, Non. p. 357, 13 *ad l.* male dictum]). Acc. trag. 511 cives ominibus faustis augustam adhibeant Faventiam, ore -a dicta segregent (Non. *ut supra*). Fest. p. 340 praeposita est ei (*i. nomini oppidi Egestae*) S littera, ne -o nomine appellaretur (*cf. infra l. 26*). Epit. Alex. 114 *Alexandro mortuo* convenit ... bene dicere et -is parcere. 2 *ominibus* (*cf.* Varro ling. 7, 97 ⟨ob⟩scaenum omen est omen turpe): Acc. trag. 172 nec me ab domuitione arcere tu -o omine *poteris* (Mat. carm. 2 -i interpres funestique o. auctor [*cf. Hom. A 106 μάντι κακῶν*]. Cic. dom. 140. Pavl. Fest. p. 7 Aliesis dies dicebatur -issimi o. Tert. pall. 1, 2 post Gracchi -a o. [*cf. Münzer, RE II A 1393, 23*]). Verg. Aen. 4, 455 vidit ... in -um se vertere vina cruorem *Dido* (Serv. auct.: '-um' ... mali ominis *est*). Liv. 31, 12, 6 animalium -i fetus ... nuntiabantur. Svet. Galba 4, 2 ceteris ... ut -um ostentum abhorrentibus *mulae partum*. Oros. hist. 4, 4, 1 -a et dira prodigia (5, 15, 20 -um p. ac triste). 3 *animantibus ominosis*: Messalla ausp. frg. Gell. 13, 14, 6 *Aventinum* quasi avibus -is ominosum (*explic.* Gell.: quod in eo monte Remus ... aves inritas habuerit). Verg. georg. 1, 470 -ae (-i *var. l.*) ... canes importunaeque volucres signa dabant *Caesaris mortis*. Aen. 12, 876 ne me *Iuturnam* terrete timentem, -ae volucres (*i. Dirae, cf. 854* in ... omen Iuturnae occurrere iussit *Iuppiter*).

B *malum praesens* (*omine denuntiatum l. 26*): 1 *strictius de mortiferis*: Catvll. 68, 99 Troia -a, Troia infelice sepultum detinet ... terra *fratrem* (*cf. 89* Troia nefas). Verg. Aen. 4, 367 dictu ... nefas ... Celaeno prodigium canit et ... denuntiat ... -am famem ([*cf. 3, 256* dira fames *et* Gloss. IV 455, 35 -am f.: diram et inmundam]. Rvfin. hist. 9, 8, 1 taetra et -a [*gr.* ἀδόκητος]. Novell. Valent. 23 -issimam f. per totam Italiam desaevisse. Oros. hist. 2, 4, 8 [*iuxta*: egestas turpis]. Drac. laud. dei 2, 438. 3, 652 Coripp. Ioh. 8, 29). Ov. epist. 5, 119 puppim (*sc. quae Helenam asportavit*). Epiced. Drusi 280 vias (*sc. quibus captivi ad supplicium ducuntur*). Lvcan. 4, 312 cadit ... in haustus *aquae venenatae* ... -os miles. Sil. 6, 199 faucibus atris ... -a condidit alvo *draco Aventem*. Drac. Romul. 5, 135 dentibus.

2 *laxius de quibuslibet horrendis*: a *usu communi*: α *de avibus* (*c. abl. limit. l. 44*): Verg. Aen. 3, 241 nova proelia temptant *socii*, -as pelagi ferro foedare volucres (*sc. Harpyias ut*: 3, 262 sive deae seu sint dirae -aeque v. [*cf. 227 sq.* diripiunt ... dapes contactuque omnia foedant immundo; tum vox taetrum dira inter odorem. *v. et* Serv. *ad l.*]. Gloss. IV 455, 36 -as v.: inmundas aves). Ov. am. 2, 6, 52 volucrum locus ille piarum ..., -ae quo prohibentur aves (Sen. Med. 733 serpentium saniem exprimit miscetque et -as a. maestique cor bubonis et raucae strigis ... viscera *Medea*. Plin. nat. 10, 86 pastu [*sc. upupa*]. Prvd. c. Symm. 2, 1049 [*postea*: hosti ... volucri]). Sil. 13, 472 exanima -us consumit corpora vultur.
β *de variis* (*animantibus praeter l. 54 [?]. 58. 59. 60, nocivis l. 53; quaedam et ad p. 160, 20 sqq. referri possunt, ex. gr. l. 50. 54; c. abl. limit. l. 57*): Verg. Aen. 7, 417 frontem -am rugis arat *Allecto* (*cf. 415* torvam faciem). Hor. epod. 5, 98 -as anus (*i. veneficas*). Ov. met. 10, 238 sunt ... -ae Venerem Propoetides ausae esse negare deam (*cf. 228* sacris ... nefandis *et 240* corpora ... primae vulgasse feruntur). fast. 4, 936 turpia ... -ae ... exta canis *sacrificavit flamen* (Lvcan. 7, 828. *cf. p. 161, 40*). Colvm. 9, 7, 5 -um scarabei vel papilionis genus. Plin. nat. 2, 16 cum ... gentes ... quaedam animalia et aliqua etiam -a pro dis habeant ac multa dictu magis pudenda. 9, 68 -us alibi *salpa piscis est* et qui nusquam percoqui possit nisi ferula verberatus. Clavd. 3, 325 turpes habitus -aque visu corpora *Hunis sunt*. Comm. instr. 1, 42, 13 (= 2, 1, 13) equi. Oros. hist. 2, 19, 10 informium ruinarum -a congeries. Ven. Fort. carm. 4, 26, 129 plumbo. Ps. Ven. Fort. vita Remed. 7, 20 fetore.

b *usu christiano* (*pro subst. l. 65*): Avg. c. Petil. 2, 2, 4 (*verba Petiliani*) qui sub nomine baptismi animas suas reo lavacro polluerunt, quibus ... -is sordes cunctae mundiores sunt, quos perversa munditia aqua sua contigit inquinari. Conc. Carth. a. 420/3 Mansi 4, 446 qui in caliginis huius (*sc. Pelagii et Caelestii errorum*) -a reciderit (*cf. ibid.* fidem scaevis [*Migne 56 p. 493A*, saevis *Mansi*] tractatibus destruentes). Evstath. Basil. hex. 8, 8, 12 daemon -us *diabolus*. Vitae patr. Iurens. 1, 7 p. 135, 7 -a ac devia ... oratio (*qua verbis irritatis de monachis ambitiosis narrabatur*).

II *i. quod pudorem movet* (*spectat ad sexum sim., ad ignaviam p. 160, 82. 161, 9*): A *de eis quae propter pudorem tegi, abscondi solent, fere i. q. pudendus* (*de ipsis pudendis sim. [hominum praeter l. 74. p. 160, 16] vel rebus quae ad ea pertinent*): 1 *adi.*: Plavt. frg. inc. 52 stribula aut de lumbo -a viscera (*sacrificanda ut vid.* [*contextu ignoto*]). Hor. sat. 1, 2, 26 inguen ad -um subductis *tunicis* (1, 8, 5 -o ... porrectus ab i. palus. Cypr. Gall. deut. 133). Priap. 9, 1 cur -a mihi pars sit sine veste, requiris (Ov. ars 2, 584 p. -is opposuisse manus. rem. 429 fast. 1, 437. Fest. p. 263 viri [*cf.* p. 313 p. virilem]. Avg. civ. 14, 16 p. 38, 11 D. p. corporis. *al. cf.* Ser. Samm. 688 locos). Obseq. 55 aedem ... sordidis -isque corporis coinquinatam ministeriis ([menstruis *Heinsius*, *cf. p. 160, 1*]. *cf.* Plin. nat. 33, 50 Antonium ... aureis usum vasis in omnibus -is desideriis [*aliter ac p. 160, 57*]). Sen. dial. 4, 3, 2 inritationem umoris -i (*de urina ut*: Lact. opif. 12, 2. *de profluvio genitali*: Cassian. conl. 22, 3, 1. 22, 3, 5 inst. 6, 7, 2). epist. 77, 14 vas (*i. matellam*). Colvm. 10, 360 -o manat pudibunda cruore (*de menstruo ut*: Ser. Samm. 163 -os ex virgine rores. *cf. p. 159, 81*). *al.* *peculiariter de tertio digito per similitudinem penis* (*cf. vol. VII 1, 711, 80 sqq.*): Marcell. med 12, 46 digito -o id est medio ... dentes fricabis. 2 *n. pro subst.* (*plur. praeter l. 8 sqq.*): Ov. rem. 437 qui ... latuit reddente -a puella et vidit, quae mos ipse videre vetat (Mela 1, 57 -a intimis aedium reddunt. *item de excrementis*: Sen. epist. 70, 20). fast. 6, 631 -i forma virilis (Lact. epit. 18 [23], 8. *item sing.*: Obseq. 25 duplici -o natus. Lact. inst. 1, 21, 28 Hier. in Os. 4, 14 p. 852A). Cels. 5, 28, 14 pessima ... in -is sunt *ulcera* (= Oribas. syn. 7, 39, 1 Aa [*gr.* ἐν τε ἕδρᾳ καὶ αἰδοίοις]). Sen. dial. 2, 13, 2. 6, 20, 3 Mela 3, 63 Svet. Cal. 58, 3 Dom. 10, 5. Min. Fel. 22, 9 cui *Gallo* ... sunt -a demessa. Ivst. 1, 6, 14 sublata veste -a corporis ostendunt ([= Oros. hist. 1, 19, 9]. Rvfin. hist. mon. 28 p. 451B [= Pallad. hist. mon. II 9 p. 355B]). Prob. Verg. georg. 3, 129 genitale arvum ... honeste -a equarum per allegoriam interponens *Vergilius* (*cf. infra l. 45*). *al.* *inde de animalibus marinis, quae antea nominantur 'veretilla' et 'virginal'*: Apvl. apol. 34 desiderata ad res venerias marina -a.

B *de eis, quae (qui) in pudorem peccant, i. q. impurus, turpis, impudicus, incestus, adulter sim.*: 1 *de rebus*: a *adi.*: α *de incorporeis*: ① *de dictis, nominibus sim.* (*cf. p. 161, 11; de vitio elocutionis q. d.* κακέμφατον *e. g. l. 27. 30. 34. 45. 48 [cf.* Isid. *orig. 1, 34, 5* cacemphaton dictio -a *est]; saepius in conviciis alicui ingestis; c. abl. limit. l. 30. ? 47. 52*): Cic. Cael. 69 -issima ... fabula. Tusc. 5, 112 illud Antipatri Cyrenaici est ⟨id⟩ quidem paulo -ius ([*postea*: voluptas ... nocturna]. fam. 9, 22, 3 [*sc. nomen q. e.* Connus]). off. 1, 104 iocandi genus ... inliberale, petulans, flagitiosum, -um (*cf.* Pomer. 3, 6, 4 iocationis -ae). fam. 9, 22, 1 sic ... disserunt *Stoici*: nihil esse -um, nihil turpe dictu. 9, 22, 2 factum est tam -um (*sc. 'penis'*) quam id verbum quo tu usus es ([*fortasse 'mentula'*]. 9, 22, 4 etiam non -a v. pro -is sunt. Varro Men. 10 Fest. p. 245 Sen. contr. 4 praef. 9 Sen. benef. 4, 31, 4 dial. 2, 11, 2. *al.*). 9, 22, 3 cum 'bini' dicimus, -um est. ad Q. fr. 2, 3, 2 cum ... versus ... -issimi in Clodium et Clodiam dicerentur (Priap. 49, 3). Hor. epist. 2, 1, 127 torquet ab -is ... sermonibus aurem *pueri poeta* (Petron. 85, 2 violari aures meas -o s. Pomer. 3, 6, 3 [*cf. 3, 6, 4* sermo turpis]). Prop. 1, 16, 10 carminibus. Ov. met. 14, 522 addidit -is convicia rustica dictis (fast. 3, 695 Phaedr. 3, 11, 2. Avg. civ. 2, 4 p. 57, 19 D. turpitudinem -orum d. atque factorum). Sen. contr. 1 praef. 8 cantandi saltandique -a studia (*cf.* Qvint. inst. 1, 2, 8 canticis. Ivv. 11, 174 vocibus [Avg. civ. 2, 6 p. 59, 24 D. -is v. et motibus histrionum]. Arnob. nat. 7, 33 p. 267, 22 cantiones). 10 praef. 11 nomen (Pavl. sent. 5, 4, 21). Val. Max. 6, 3 ext. 1 maledictis. Qvint. inst. 8, 3, 44 in -um intellectum sermo detortus est (*cf.* Avson. 360, 3 p. 219, 24 P. nonne -am significationem honesta verborum translatione velavit *Vergilius* ? [*de loco supra l. 16 collato*]). Flor. epit. 1, 18, 5 per -am turpemque dictu contumeliam. Schol. Hor. epod. 8, 18 penem fascinum dixit propter -am figuram. Rvfin. hist. 4, 7, 15 -a ... commenta. -um est *c. inf.*: Cic. off. 1, 127 (*de necessitatibus corporis*) quod ... facere non turpe est, modo occulte, id dicere -um est. 1, 128 liberis dare operam re honestum est, nomine -um. ⓘⓘ *de variis rebus*: Cic. fin. 2, 7 quod *bonum* cibo ... et -a voluptate capiatur (2, 68 Tusc. 5, 94. nat. deor. 1, 111 a delicatis et -is v. *al. cf.* Mart. 4, 48, 3 pruriginis [Avson. 108, 6 p. 350 P.]. Ps. Tert. haer. 1 p. 215, 19 in concupiscentia ... foeda et -a. Arnob. nat. 3, 27 p. 130, 8 adpetitus. Rvfin. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 12 desideriis [*aliter ac p. 159, 82*]. Avg. civ. 22, 22 p. 605, 24 D. libidinem. Favst. Rei. grat. 1, 2 p. 14, 14 passionis. *sim. al.*). Ov. am. 3, 14, 28 pudor -um diffiteatur opus. met. 9, 468 spes (fast. 6, 337). 9, 509 flammae. trist. 2, 409 risus. Liv. 39, 11, 7 -is ... sacris *Bacchanalium* (*cf.* Avg. civ. 8, 14 p. 343, 4 D. in eorum *paganorum* sacris -a sollemnitate ... ridetur). Fest. p. 326 ⟨cum gestibus ob⟩scaenis ([*suppl. Mommsen*]. Tac. ann. 15, 37, 3 g. motusque [*cf. l. 40*]). Sen. contr. 1, 2, 13 utrum castitas tantum ad virginitatem referatur an ad omnium turpium et -arum rerum abstinentiam (Vell. 2, 83, 1 -issimarum). 1, 2, 15 ex -issimis *disciplinis* (*opp.* castis). Val. Max. 3, 5, 4 Hortensius Corbio omnibus scortis abiectiorem et -iorem vitam exegit (Amm. 31, 9, 5 [*postea*: ut ... nefandi concubitus foedere copulentur maribus puberes]). 7, 7, 6 -a Genucii *Galli* praesentia. Lvcan. 10, 363 si ... amplexus *Cleopatrae* incesto pectore passus hauserit -um titulo pietatis amorem *frater*. Petron. 117, 12 strepitu -o simul atque odore (*de crepitu ventris; cf. p. 159, 60*). Plin. nat. 2, 93 moribus. Ps. Qvint. decl. 3, 16 adversus -am vim corruptoris *iuvenum*. Svet. Cal. 56, 2 manum ... formatam commotamque in -um modum (Oros. hist. 5, 15, 21 nuda ... iacuit). Ps. Tert. haer. 1 p. 215, 22 permixtiones execrabiles -asque coniuncturas (*Kroymann*, coniunctas *codd.*). Arnob. nat. 5, 9 p. 182, 15 certaminis. Lact. inst. 5, 8, 7 ut victum sibi -issimum quaerat *femina*. Avson. 71, 2 p. 341 P. repperit -as veneres vitiosa libido. Amm. 30, 9, 2 conscientiae. Hier. epist. 60, 10, 5 ut nullam -i in se rumoris fabulam daret (*cf.* Const. Simond. 10 suspicionis).
-um est *c. inf.*: Qvint. inst. 11, 3, 125 varicare ... et in stando deforme est et accedente motu prope -um. *vergit ad notionem q. e. ignavus* (*cf. p. 161, 9*): Coripp. Ioh. 3, 437 haec fors ... addidit ... nostris letumque metumque -amque fugam, turpi quae perdere gentes Marte solet.

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β de corporeis: PRIAP. 4, 1 -as rigido deo (*i. Priapo*) tabellas ... dat donum Lalage (PROP. 2, 6, 27). OV. met. 10, 465 accipit -o genitor sua viscera (*i. filiam*) lecto (*cf.* trist. 2, 378 in -o ... toro. SEN. contr. 1, 2, 1 lectulum. SCHOL. Iuv. 6, 117 cubilis [PRVD. c. Symm. 1, 108]). LIV. 39, 15, 13 ex -o sacrario *Bacchanalium*. PERS. 5, 165 limen. *de eo, quod hominem -um facit*: OV. met. 15, 319 cui non audita est -ae Salmacis undae *eqs.*? (*cf. infra l. 37*). IVV. 6, 298 prima peregrinos -a pecunia mores intulit, et turpi fregerunt saecula luxu divitiae molles. *de eo, quod ignaviae causa appetitur* (*cf. p. 160, 82*): CLAVD. 26, 306 numquam oblita decoris -am latebram pietas ignava requiret.

b *pro subst.* (*saepe de dictis [cf. p. 160, 22], ideo fortasse hic illic 'verbum' sim. suppleri potest; plur. praeter l. 21 sq.*): CIC. off. 1, 159 ita taetra quaedam, ita -a, ut dictu quoque videantur turpia. fam. 9, 22, 2 hodie 'penis' est in -is. 9, 22, 4 in verbis honestis -a ponimus. OV. fast. 3, 675 cur cantent ... -a puellae ([*cf. 676* probra canunt]. *cf.* FEST. p. 245 quod ... -a clamentur. CLAVD. DON. Aen. 1, 740 p. 143, 5 non turpia aut -a *canebat*). trist. 2, 497 mimos -a iocantes. SEN. contr. 1, 2, 7 coram sacerdote -is ... abstinent. 4 praef. 11 -a iussisti. SEN. benef. 3, 26, 2 admotam esse imaginem *Tiberii* -is (*i. usui matellae*). QVINT. inst. 8, 2, 2 -a vitabimus et sordida et humilia. 8, 3, 38 si -a nudis nominibus enuntientur. IVV. 6, 365, 2 ludit ... professus -um (*sing. ut*: PRISC. gramm. II p. 595, 1 [*ex Cic. vel Plin.*] quae *praepositio 'cum'* facit -um [*in dictione 'cum nobis'*]). PORPH. Hor. epist. 1, 19, 34 multa -a dicentem *Archilochum* (*postea*: spurca). LAMPR. Heliog. 18, 4 ARNOB. nat. 2, 45 p. 84, 3. *al.* *c. abl. limit.*: NOVELL. Valent. 19 pr. quam dictu audituque -a ... ipsorum *Manichaeorum* confessione patefacta sunt.

2 *de animantibus* (*hominibus praeter l. 40. 42. 45; accedit acc. graec. q. v. l. 44*): **a** *adi.*: PROP. 3, 11, 31 coniugis -i *M. Antonii* pretium Romana poposcit moenia (*sc. Cleopatra, de qua ipsa*: LVCAN. 10, 78 matre). OV. met. 3, 537 greges *Bacchei*. LIV. 33, 28, 5 illis viris (*cf. 2* mollibus viris *et* MART. 6, 50, 3 -os ... cinaedos). SEN. contr. 9, 2 (25), 9 puellae (*i. meretrices ut*: MART. 11, 61, 4). SEN. benef. 4, 31, 4 hominem tam palam -um *Mamercum Scaurum*. PETRON. 9, 8. PLIN. nat. 28, 9 quisquis es, talis aeque morieris, tamquam -us vixeris aut nefandus (*praedicat. ut*: VIB. SEQ. geogr. p. 152, 31 ex quo *fonte Salmacis* qui bibit mollescit, id est -us fit [*cf. supra l. 7*]). DECL. in Catil. 64 -um artificem *coniurationis* Catilinam (*cf. de Catilinariis*: 100 -ae ... iuventutis). LAMPR. Alex. 6, 4 impurum et -um *tyrannum Heliogabalum*. LACT. inst. 3, 8, 9 canis (*i. libidinosus, cf. p. 159, 52*). AVSON. 128, 12 p. 344 P. RVFIN. Orig. in Ios. 10, 1 p. 358, 18 sunt quidam ... in actibus ... -i satis et vitiis involuti. PRVD. ham. 586 *vipera*. CLAVD. 15, 166 instat ... thalamis -us adulter *Gildo*. 18, 302 senex -ior (*de Eutropio ut*: 19, 31 foedus ... mentemque -ior ore). COMM. 1, 7, 12 *dei paganorum*. RVT. NAM. 1, 387 reddimus -ae convicia debita genti *Iudaeorum*, quae genitale caput propudiosa metit.

b *m. pro subst.* (*plur. praeter l. 50. 52; c. dat. et gerund. ut vid. l. 54*): SEN. contr. 4 praef. 10 inpudicitia ... in liberto officium *est* ... ex eo impudici et -i ... officiosi vocitati sunt. SEN. benef. 2, 21, 2 vivam cum -o? (*antea*: homo prostituti corporis). dial. 2, 15, 1 -orum vocibus inprobis. IVV. 2, 9 quis ... non vicus abundat tristibus -is? (*cf. 10* cinaedos). 6, 513 semivir, -o facies reverenda minori. LAMPR. Alex. 15, 2 abiectis ex aulico ministerio cunctis -is et infamibus. AVR. VICT. Caes. 23, 2 orbe toto -issimos perquirebat visendis tractandisve artibus libidinum ferendarum (*v. app. crit.*). SERV. georg. 1, 57 -os omnes (*Verg.* 'molles'). AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 23, 2 est ... iusta persecutio, si oderimus -os.

adv. **obscēnē.** *compar.* -ius *l. 62. 63. 66. 74*, *superl.* -issime *l. 70. 72.* *fere i. q. turpiter, impudenter* (*spectat ad sexum praeter l. 72; praecipue de dicendo, de vitio elocutionis q. d.* κακέμφατον *e. g. l. 62. 64. 66. 67; acced.* minus *l. 65*): CIC. orat. 154 si ita diceretur (*sc. 'cum nobis' pro 'nobiscum'*), -ius concurrerent litterae. nat. deor. 3, 56 cuius *Mercurii* -ius excitata natura. off. 1, 128 adulterare re turpe est, sed dicitur non -e (SEN. contr. 1, 2, 21 vehementer, non sordide, non -e. *ibid. iterum*. 1, 2, 23 non minus -e. *cf.* CIC. fam. 9, 22, 2 potuit -ius? [*sc. eloqui quam dicens 'illam dicam', quod sonat ut 'landicam'*]). QVINT. inst. 8, 3, 47 etiam sensu plerique -e intellegere ... cupiunt ... et ex verbis, quae longissime ab obscenitate absunt, occasionem turpitudinis rapere (*postea*: κακέμφατον). EVTR. 8, 22 inpudicissime et -issime vixit *Heliogabalus* (SIDON. epist. 3, 13, 11 ut quispiam seria loquens v. -e [*opp.* improbus dictis et probus moribus]). OROS. hist. 6, 19, 20 quod -issime lanificio ... reginae *Cleopatrae* senator ... praeesse non erubuerat, *Q. Ovinius occisus est.* SIDON. epist. 2, 2, 6 si involvuntur -ius *palaestritae*.

deriv.: obscenitas. *compos.*: subobscenus.

[obscitus *v. p. 162, 2.***]**

obsclūdo *v.* occludo.

? **obscriptiae** SYNON. Cic. p. 420, 16 *iuxta* obices. obseriae *sim.*; obsaep(t)iae *suspicatur Szantyr; cf. fortasse* praesaepium (praesaepia *f. Gloss.*) *et ad formarum varietatem* insidiae: obsidium.

obsculātio *v.* osculatio.

obsculto *v.* ausculto (*adde* CIL IV 4008, 1; *v. Väänänen, Le lat. vulg. des inscr. pomp.*[3] *31*). *Kuhlmann.*

obscum duas diversas et contrarias significationes habet; nam Cloatius putat eo vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae obscatae (obscitae *X*, Oscae *ed. Ald.*) dicantur FEST. p. 189 (PAVL. -um dicitur significare sacrum, unde et leges obsatae, id est sacratae). *cf. Funaioli, Gramm. Rom. frg. I p. 472.* *cf. Onom.* *Sz.*

***obscūrātio,** -ōnis *f.* *ab* obscurare. *plur.*: CIC. fin. 4, 32 VITR. 9, 1, 11 CHALC. comm. 70. 87 MART. CAP. 8, 881. GLOSS. ἐπισκότησις. ἀμαύρωσις. -o solis: ἔκλειψις ἡλίου. *inde a* CIC. *phil.; attulimus omnia exempla praeter l. 13 et 16.*

i. q. actio obscurandi (*vel status obscuratus; acced. saepe gen. eius, qui obscuratur*): **I** *respicitur defectus lucis*: **A** *proprie*: **1** *de defectu solis et lunae*: CIC. phil. frg. V 54 ut easdem ... tenebras efficiat sol, quas effecit ⟨in⟩ interitu Romuli, qui -e solis est factus (PAVL. FEST. p. 100 PLIN. nat. 36, 202 QVINT. inst. 1, 10, 47. *al.*). SEN. nat. 6, 3, 3 sive deficere sol visus est sive luna, cuius -o frequentior *est*, ... delituit (CHALC. comm. 87. ISID. nat. 21, 3 defectu et -e). MART. CAP. 8, 869 utriusque luminis (*i. solis et lunae*). *al.* **2** *de occasu sim. siderum* (*gr.* κρύψις, ἀφανισμός): CHALC. comm. 70 solis peragrationibus effulsionibusque et -bus, quas ortus et occasus vocamus, minime concurrunt *quaedam stellae errantes* (*de solis -bus loqui videtur, cum Theo Smyrn. 136, 10 sqq. de stellarum errantium -bus loquatur, cf. et l. 21. 24; Theo 136, 11* κρύψεις). 71 stellae alicuius -o sole obumbrante (*Theo 137, 17* ἀφανισμός). 87 veniemus ad demonstrationem coetuum ..., item obstaculorum effulsionumque et repentinarum -um (*Theo 192, 22* κρύψεων). MART. CAP. 8, 881 has ... -es ortusque perspicuos (*cf. antea*: claritate radii supervenientis occulitur *Mercurius a sole*). **3** *de tenebris, caligine sim.*: BELL. Hisp. 6, 4 illa -e (*cf. 3* ut matutino tempore nebula esset crassissima). VITR. 9, 1, 11 solis ... splendor perspicibilis ... sine ullis -bus est per omnem mundum. HIL. in psalm. 119, 21 Cedar ... id est quod nobiscum pronuntiatur -o; in hoc ... obscuro tenebrosoque ... habitaculo *eqs.* (*aliter ac p. 164, 44 sq., ut vid.*). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 ob -is (curationis *Drabkin dubitanter*) proprietatem strictura laborantes *phreneticos* ... in lucido ... locamus. **4** *de oculis hebetatis*: ORIBAS. syn. 8, 47, 1 La ptysis est pupule congustatio et -o (*gr.* φθίσις ἐστὶ τῆς κόρης ... ἀμαυροτέρας ... γινομένης).

B *translate*: TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 597, 17 ut illa facies *mulieris* ... notam ... referat de habitu humilitatis et -e decoris. PS. AMBR. mans. 12 p. 23[B] ut praedicatorum verba eloquii nitore refulgeant et auditorum mentes nulla sui -e confundant. AVG. civ. 8, 23 p. 356, 21 D. nescio quo modo illa -e cordis ad ista delabitur *Hermes*, ut *eqs.* (*spectat ad Rom. 1, 21* 'obscuratum est insipiens cor eorum' [*cf. p. 164, 74*] *ut*: in psalm. 57, 18 l. 34 poena est -o c. l. 41 -o c., excaecatio mentis parva est poena? *ex eodem loco pendent* nat. et grat. 22, 24 ista -o. in psalm. 57, 19 l. 2 poenam -is). in psalm. 2, 4 l. 14 mentis -o.

II *respicitur status rerum evanescentium* (*sc. in aliarum numero; subest tamen imago lucis splendore praenitente superatae sec. Cic. fin. 3, 45 p. 165, 55, cf. l. 16*): CIC. fin. 4, 29 in quibus propter eorum exiguitatem -o consequitur (*postea*: nihil interesse nostra, ... sint illa necne sint). 4, 30 quibus in rebus ... -o non fit. 4, 32 de ... -bus quae propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant.

obscūrē *v. s.* obscurus.

NON. p. 146, 28 oblitterare est **obscūrēfacere** (obscurare facere *var. l.*) et in oblivionem ducere. *ab* obscurus *et* facere.

[obscūridicum (*legendum* obscure dictum) *v. s.* obscure.**]**

GLOSS.[L] II Abav. EN 7 ⟨a⟩enigma: similitudo vel **obscūriloquium** (*cf.* GLOSS. IV 410, 22 = V 598, 46 ⟨a⟩enigma: -um). *ab* obscurus *et* loqui, *cf.* magniloquium.

obscūritās,** -ātis *f.* *ab* obscurus. osc-: SEN. epist. 57, 3 *V m. pr.* AVG. in Iob p. 523, 8 *C.* *plur.*: CIC. div. 2, 132 VARRO ling. 10, 75 VITR. 6, 6, 6. 9, 1, 11 PLIN. nat. 20, 3. 25, 142. 28, 65. 167 GELL. 20, 1, 5 APVL. Plat. 1, 9 ARNOB. nat. 1, 62. *inde saepe.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 419, 31 caligo. nubes. nebula. sublustrum. -s. HIER. in Am. 5, 25 p. 1056[B] ἀμαύρωσιν id est -em. GLOSS. σκοτεινότης. ἀσάφεια. ferrugo. *legitur inde a* CIC., VARRONE, LIV., VITR., *in poesi non invenimus praeter* PRVD. cath. 2, 9. **[praeverbio* ob *mutato in* ex *vel omisso: it. vet.* scurità, *abrut.* skurtate; *francog. vet. I* e(b)scurté, *II* oscurté; *prov. vet.* escurdat, (e)scurtat; *delph. med.* eskürit**á**; *langued.* escuritat; *vasc.* escuretat. *cf. M.-L. 6019*[a]. *Wartburg VII 279 sq. G.***]**

i. q. status obscurus (*iuxta* caligo *p. 163, 8. 164, 27. 32,* tenebrae *p. 163, 63. 68, cf.* -s caliginis *p. 163, 49,* tenebrarum *p. 164, 18,* noctis *p. 164, 16*): **I** *pertinet ad perceptionem mentis*: **A** *occluditur intellectus, comprehensio sim.* (-s intellegendi *p. 163, 55*): **1** *oratione parum perspicua*: **a** *accedente gen. verborum sim. vel absolute*: *α -s fit brevitate*: CIC. inv. 1, 29 saepe res parum est intellecta longitudine magis quam -e narrationis. de orat. 2, 326 -em adfert *brevitas* (SVET. Aug. 86, 1 quae *praepositiones et coniunctiones* detractae afferunt aliquid -is). SEN. contr. 2 praef. 2. 9, 2, 26 orationis -em (-em oratoris *exc.*) severitatem putant (*opp.* abundantia). QVINT. inst. 4, 2, 44 quae nimium corripientes omnia sequitur, -s (8, 3, 82 hoc [*i. Sallusti brevitatem*] male imitantes. PORPH. Hor. ars 24/25 breviter scribentem). PORPH. Hor. serm. 1, 4, 49/50 bellam -em adfectavit *Horatius*. AVG. in euang. Ioh. 118, 3 brevitas -em facit. OROS. hist. 3 praef. 3 brevitas ... atque -s, immo ut est semper obscura bre- *[Kuhlmann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vitas . . . aufert . . . intellegendi vigorem. BOETH. subst. bon. 11 -bus brevitatis. *β -s fit variis de causis* (*cf. etiam l. 37*): CIC. leg. agr. 2, 36 duae sunt huius -is causae *eqs.* (*item de lege a Rullo lata* QVINT. inst. 5, 13, 38. *cf.* 7, 6, 2 tum accidit, cum est in lege aliqua -s. GELL. 20, 1, 5 -es *legum duodecim tabularum*). de orat. 3, 50 tanta . . . *est* insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea -em et tenebras afferat. 3, 167 *in metaphora* -s fugiendast (*cf.* AVG. epist. 180, 4 tropica. gen. c. Manich. 2, 4, 5 addita -e allegoriarum quasi aliqua caligine obducta [GREG. M. in Ezech. 1, 6, 1]). top. 3 a libris *Aristotelis* te -s reicit (*cf.* GELL. 9, 14, 3 *commentationum Nigidii* -s subtilitasque . . . tamquam parum utilis derelicta est). div. 2, 111 *qui versus Sibyllinos composuit,* adhibuit . . . latebram -is (*cf.* TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 10 -is propheticae [*item de prophetia*: HIL. in psalm. 14, 2 AVG. in Iob p. 562, 16]. ARNOB. nat. 3, 23 obliquata, dubia , . . . -is submersa caligine . . . responsa *Apollinis*). VARRO ling. 6, 40 (*de occulto principio verborum*). VITR. 2, 2, 1 Heraclitus . . . , qui propter -em scriptorum . . . σκοτεινός est appellatus (*de eodem*: SEN. epist. 12, 7 cui cognomen fecit orationis -s). 5 praef. 2 vocabula ex artis propria necessitate concepta inconsueto sermone obiciunt sensibus -em. QVINT. inst. 4, 5, 25 cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt -em, contra quam partitio inventa est. 8, 2, 12 -s fit verbis iam ab usu remotis. 8, 2, 14 (*de longitudine sermonis et de hyperbato; item al. cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 25, 14 ne res rei interposita -em pariat). *al.* PAVL. dig. 18, 1, 21 (*ex Labeone*) pacti (*postea*: potuit . . . apertius dicere). *al.* in -e esse: SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 3 sensus hic in -e est.

b *accedente gen. scribentis, loquentis*: CIC. rep. 1, 16 leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum -e Pythagorae . . . contexuit *Plato.* VARRO ling. 10, 75 quorum *grammaticorum* -es eo minus reprehendendae *sunt,* quod pleraeque definitiones re incognita propter summam brevitatem non facile perspiciuntur. SVET. gramm. 10, 7 vitet . . . -em Sallusti. SEN. contr. exc. *p. 162, 79.*

2 *ipsis rebus ambiguis, confusis, latentibus*: a *usu communi*: CIC. Cluent. 66 quae in diuturna -e latuerunt sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. 73 in ea -e ac dubitatione (*antea*: res . . . occulta). Sull. 78 nihil erroris erit in causa nec -is (*cf.* fam. 6, 6, 7 minus . . . habent vel -is vel erroris). Marcell. 30. de orat. 1, 10 quanta in -e rerum et quam recondita in arte . . . versentur *mathematici* (fin. 2, 15 r. -s, non verborum. ac. 1, 44 Tusc. 33 PLIN. nat. 18, 207. APVL. Plat. 1, 9 -bus. *al. cf.* CIC. de orat. 3, 124 in rebus [fin. 4, 2 ac. 2, 7 Tusc. 1, 78]). 1, 68 naturae (fin. 5, 51 ac. 2, 147 div. 1, 35. *cf.* AVG. pecc. mer. 3, 8, 16 propter rerum naturae -em). ac. 1, 29 propter -em ignorantiamque causarum (MART. CAP. 4, 352). div. 2, 132 -es et aenigmata somniorum. VLP. dig. 10, 1, 2, 1 amovendae veteris -is gratia. MIN. FEL. 10, 1 pravae religionis (*cf.* ARNOB. nat. 2, 60 augustae . . . divinitatis. 5, 17 mysterii. AVSON. 326 p. 114, 2 P. initiorum). TERT. apol. 22, 6 praescr. 14 l. 4. ARNOB. nat. 1, 62 caecis -bus involutum (*eadem formula*: 2, 9. 51. *cf.* FIRM. math. 4, 22, 20 rationem . . . involutam variis -bus. DIOM. gramm. I 473, 5 tortuosis -bus implicata. *sim. al.*). 7, 29 causam . . . perspicuam nec caliginis alicuius -e contectam (*item c. gen. inhaerentiae sim.*: FIRM. math. 2, 19, 1 confusionis. FVLG. RVSP. praedest. 1, 42 ignorantiae [CASSIOD. in psalm. 73, 20 GREG. M. moral. 1, 28. 14, 61. *aliter l. 79*]. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 1, 5 p. 42, 1 incomprehensibilitatis. *cf.* OP. imperf. in Matth. 29 p. 784 sub caligine -is). *al.* *acced. gen. gerund.*: HIL. in psalm. 118 daleth 1 p. 390, 17 amota omni -e intellegendi. b *usu christiano* (*sive de errore, peccatis sim. sive de corpore, mundo, sc. sublucente imagine absentis lucis divinae, cf.* EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 3 si . . . deus lumen est, . . . repugnans ei virtus -s est [*gr.* σκότος]; *c. gen. explic. l. 61. 63sqq.*): HIL. in Matth. 16, 3 absoluta omnis de fermento Pharisaeorum . . . -s est. RVFIN. Orig. in exod. 3, 2 p. 165, 19 donec quis in tenebrosis saeculi actibus manet et in negotiorum -e versatur. Orig. in Ios. 4, 2 p. 311, 17 nihil illuminationis a sacerdotibus capientes in tenebris ambulant et peccatorum -e caecantur (EPIPHAN. in euang. 41 p. 94, 24 caecus in -e p. CASSIOD. in psalm. 117, 27. 118, 55. 145, 8. *cf.* CHROMAT. in Matth. 17, 1, 3 perfidiae -e caecatur. FVLG. RVSP. epist. 8, 26 falsitatis -e caecatum. GREG. M. moral. 4, 44 culpae. 4, 45 infirmitatis nostrae. *sim. al.*). PS. ORIG. in Iob 1 p. 408[C] ob haec *mala* . . . mors vivit et infernus floret et tenebrae gaudent et -s non minoratur. PRVD. cath. 2, 9 nostra . . . -s fraudisque pectus conscium (AVG. conf. 13, 2, 3. *cf.* 13, 4, 5 in -e sua [PRIMAS. in apoc. p. 858[C] -bus]). AVG. in Iob p. 523, 8 -s carnis et sanguinis. ENNOD. opusc. 1, 82 p. 283, 24 cederet divino splendori mortalis -s. *al.*

B *obruitur, sordidatur fama, memoria sim.* (*de rebus corporeis p. 164, 4* '-em afferre *alicui*' *i. q. superare aliquem l. 78; nonnisi sing.*): CIC. Vatin. 11 ut adulescentiae turpitudo -e et sordibus obtegatur (*antea*: tenebricosissimum tempus. *cf.* TAC. hist. 1, 84, 3 sordes et -em Vitellianarum partium). Deiot. 12 si tuae res gestae ceterorum laudibus -em attulerunt. off. 2, 45 prima aetas propter humilitatem et -em in hominum ignoratione versatur. VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 amores . . . -e ignorantiae non obruti (*aliter supra l. 51*). PLIN. epist. 1, 8, 6 quae *recte facta* in -e et silentio reponuntur (*cf.* 6, 24, 1 facta claritate et -e facientium aut tolluntur . . . aut deprimuntur). FLOR. epit. 1, 6, 1 nec -s inhibuit quamvis matre serva creatum *Servium Tullium* (*cf.* 3, 1, 13 generis. SIDON. epist. 1, 11, 6 natalium). TREB. trig. tyr. 1, 2 hominum. ARNOB. nat. 1, 57 in antiqua -e summotis *rebus.* 7, 43 hominem . . . -e incognitum nominis. AMM. 18, 5, 5. HIER. epist. 15, 5, 1 -s, in quo dego, loci (*cf.* HIL. AREL. vita Honorat. 16 l. 5 ignoti . . . exilii). PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 40, 4 adoraverunt adhuc pannorum -e humilem *Christum magi* (*opp.* signorum virtute fulgentem). *al.*

II *pertinet ad perceptionem sensuum*: A *de visu adempto vel turbato*: 1 *tenebris, caligine* (*de ipsa luce* LIV.): LIV. 37, 41, 3 -s lucis . . . Romanis non adimebat . . . conspectum (*2* nebula . . . caliginem dedit. *cf.* SEN. nat. 7, 13, 1 propter -em luminis). VITR. 6, 6, 6 parietum altitudines . . . inpediundo faciunt -es. 9, 1, 11 solem . . . errantia . . . sidera -is morationibus inpedire (*de stellis ut ibid.* -es. HYG. astr. 2, 19 arietis. *v. et l. 9*). PAVL. FEST. p. 83 Erebum . . . -em . . . esse (*de inferno ut*: CASSIOD. compl. in II Petr. 2, 10 aeterna praeparatur -s *peccatoribus.* in psalm. 54, 24 l. 405. *cf.* IVL. HON. cosmogr. B 10 superius de -e promitur *Tigris fluvius* [*i. de profundo terrae*]). VAL. MAX. 4, 7, 6 -e . . . suffragante (*item nude de nocte al.; accedit* noctis *e. g.* QVINT. decl. 309 p. 216, 6 VEG. mil. 3, 8 p. 82, 8. PS. AVG. serm. ed. Mai 29 novae n. [*de solis defectu*]). 9, 9, 2 tenebrarum -s (TYCON. in apoc. 172 B.). SEN. epist. 57, 3 illa -s (*sc. cryptae. cf.* VITAE patr. 5, 5, 26 cellae [*gr. Nau 1908 p. 269 n. 177* σκοτίαν]). nat. 1, 2, 4 aëris densi (*al.*). PETRON. 12, 1 temporis ([*antea*: deficiente iam die]. AMM. 18, 2, 13 *i. nox*). FRONTIN. strat. 2, 5, 21 cum . . . nebulae praestarent -em. TAC. hist. 3, 11, 3 latebrarum. TERT. adv. Val. 15 p. 195, 12 *loci* (*al.*) HIL. in Matth. 26, 1 solis (*al.*). *et saepius.* 2 *infirmitate oculorum*: PLIN. nat. 20, 3 cogitur in pastillos ad . . . -es et vitia oculorum (28, 65 o. albugines, -es. 37, 51 -i [-bus *L*]. THEOD. PRISC. eup. faen. 38 -es. ORIBAS. syn. 8, 50 tit. La ad . . . -is [*pro* -es *ut vid.*] et caligines o. [*gr.* περὶ ἀμαυρώσεως καὶ ἀμβλυωπίας]). 20, 60 quoniam . . . suco *hieracii* oculos tinguendo -em . . . discutiant (*cf.* 25, 142 nubeculas, -es discuti). 23, 35 -em visus facere *Falernum* (CAEL. AVR. acut. 2, 32, 168 -s). 28, 167 -es (*separantur a suffusionibus ut*: THEOD. PRISC. eup. faen. 38 caligines et -es). THEOD. PRISC. eup. faen. 38 si haec . . . -s senectutis magis quam vitio fuerit oculorum. 39 -em. *vergit ad notionem q. e. vertigo*: MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239/240 si aliquis infantulum *in excelso loco collocatum* despicientem videat haesitare et -bus ac defectionibus fatigari (*cf. gr.* σκοτοδινιῶν). *ibid.* antequam . . . eos -s occuparet (*gr.* σκοτοδινίᾳ). *ibid.* antequam eos -s . . . comprimeret (*gr.* σκοτωθῆναι).

B *de colore fuscato* (*nonnisi sing.*): PLIN. nat. 2, 79 sol (*i. solis aër*) . . . atram in -em *tinguit sidera errantia* (*antea*: colores ratio altitudinum temperat. *an ad l. 7 sqq.?*). PORPH. Hor. epist. 1, 11, 13 a nigro colore dicimus propter fuliginem vel -em, quam intus habent, *fornos* (*i. quasi furvos*). RVFIN. Orig. in cant. 5 p. 113, 19 gens Cedar nigredo vel -s interpretatur (*de eadem gente*: p. 114, 12 pro coloris -e. *cf. p. 162, 29*). MACR. Sat. 2, 4, 14 cum de Tyriae purpurae . . . -e quereretur *Augustus.* GREG. TVR. glor. conf. praef. p. 748, 8 numquid poterit . . . -s picis liquoris lactei colore mutari?

C *de sonitu confuso, turbato* (*cf. p. 167, 28*): CAEL. AVR. chron. 1, 1, 6 peiorante passione sequitur . . . pulsus -s (*nisi ad p. 163, 32*). MISC. Tir. p. 48, 4 suspirium, vocis -em, stridorem pectoris.

***obscūro,** -āvi, -ātum, -āre. *ab* obscurus. *scribitur* opsc- PLAVT. Trin. 667 *AB.* *formae perf. breviores*: -asse PLAVT. Trin. 667 QVINT. inst. 5, 13, 41. *al.* (-visse *nonnisi* CIC. nat. deor. 2, 96), -arunt HIL. coll. antiar. p. 57, 31 (*si recte, v. p. 167, 52*; -verunt ITALA I Ioh. *l. 76* HERM. vulg. sim. 9, 30, 4). GLOSS. ἐπισκοτῶ. σκοτίζω. *inde a* PLAVTO, ENN., CIC., VARRONE, CATVLLO. [*falso trad.*: CATO or. frg. 1, 14 dicunt palam necessum esse obcuratum (*N Malcovati*, -tum *C*). *confunditur in codd. c.* observare: CIC. Tusc. 5, 119 IVL. SEV. rhet. 9 p. 359, 24.]

I *transitive i. q. obscurum facere* (*obi. suppl. p. 166, 74. 80, accedit dat. l. 67. p. 165, 23. 166, 29. 84, abl. limit. l. 81. p. 167, 15, structurae causales passim, abl. inde a* CIC., *gen. causae p. 167, 16, separative* ab *l. 72. 84*): A *incorporaliter*: 1 *deminuitur facultas intellegendi, cognoscendi sim.*: a *caecando* (*sc. mentem sim., homines ipsos l. 81. 84. p. 165, 2. 4. 6. 7 bis; ap. christianos -ari dicuntur etiam peccatores, sc. luce gratiae amissa*): PLAVT. Trin. 667 scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi pectus -asse. VITR. 7, 5, 4 iudiciis . . . infirmis -tae mentes (RVFIN. hist. 1, 2, 21 -tas per nequitiam m. et tenebris caecitatis obstructas [*gr.* κακίας . . . ἐπισκιαζούσης καὶ ἐπισκοτούσης ψυχάς]. GREG. M. moral. 6, 37 [*postea*: percussi . . . caecitate]. 10, 17. *cf.* 8, 9 mentis oculus . . . -atur. 16, 23 intentionis nostrae oculos a luce intimae visionis). SEN. epist. 94, 31 non . . . extincta . . . indoles naturalis est, sed -ta et oppressa (*an ad p. 165, 82?*). ITALA Rom. 1, 21 (cod. d *al.* = VVLG.) -tum est insipiens cor eorum ([*gr.* ἐσκοτίσθη]. I Ioh. 2, 11 [Lucif. Athan. 2, 14 p. 173, 17] tenebrae -verunt cor eius [*gr.* ἐτύφλωσεν, Caes. Arel. serm. 187, 4 -verunt oculos, *Vulg.* obcaecaverunt o.]. FAVST. REI. epist. 7 p. 204, 9. CASSIOD. in psalm. 104, 28 [*ad p. 166, 73*] *seq.* -tis sensibus. *cf. l. 83*). II Cor. 3, 14 (Act. Archel. 49, 6) -ti sunt sensus *Iudaeorum* ([*gr.* ἐπωρώθη, *Vulg.* obtunsi]. AMBROSIAST. in Eph. 4, 17/18 [*ad l. 81*]. COMM. apol. 713. CASSIOD. *l. 78*). Eph. 4, 18 (cod. 75 *al.*) *pagani* -ti intellectu (*gr.* ἐσκοτωμένοι, *aliae verss.* ex-, occaecati, insensati *sim.*, VVLG. tenebris -tum habentes intellectum [cor *cod. Turic.*; *explicat* PELAG. *ad l.* ignorantiae tenebris]). HERM. vulg. sim. 9, 30, 4 divitiae . . . eos . . . -verunt a veri-

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tate atque obfuscaverunt (*cf.* EVAGR. sent. mon. 18 qui amat argentum, non videbit scientiam, et qui congregat illud, -bitur). ARNOB. nat. 1, 2 contentionum studiis, quibus -ari et contegi contemplatio rerum solet (*cf.* PROSP. chron. I p. 464, 1220 utrumque *episcopum* -vit discordia). AVG. conf. 12, 10, 10. in euang. Ioh. 22, 10 in peccato ... tenebrosus eras; converteris ut illumineris; si averteris te, -beris. 48, 9 si recedis a lumine, -aris *eqs.* COMM. instr. 1, 21, 2 -ti malo, aliena mente iurantes. *al.* *fortasse addendum*: ITALA psalm. 73, 20 (Veron., *sim.* VVLG. *al.*) quia repleti sunt qui -ti sunt terra domus iniquorum (*gr.* ἐσκοτισμένοι, *aliae verss.* terrae domibus iniquitatum, *Hier. psalt. sec. Hebr.* repletae sunt tenebris terrae; *explicat* AVG. *ad l.* qui corda iniqua habent, CASSIOD. *ad l.* peccatores, qui ignorantiae obscuritate demersi sunt).

b *occultando, celando sim.*: α *per oblivionem, ignobilitatem*: ENN. scaen. 49 alii adventant, paupertas quorum -at nomina (VARRO rust. 2, 4, 17 'porcus' ... est n. antiquum, sed -tum). CIC. p. red. ad Quir. 4 honos, dignitas ..., beneficia vestra ... nunc renovata inlustriora videntur quam si -ta non essent. Marcell. 30 ut tuas laudes -tura nulla umquam sit oblivio (Phil. 9, 10 nulla eius legationem posteritatis -bit o. PLIN. paneg. 55, 9 arcus ... -at o., neglegit ... posteritas). de orat. 2, 95 eorum *oratorum* memoria sensim -ta est et evanuit. 2, 360 opprimi memoriam imaginum pondere et -ari etiam id, quod per se natura tenere potuisset. SALL. Catil. 8, 1 *fortuna* res cunctas ex lubidine ... celebrat -atque. HOR. epist. 2, 2, 115 -ta diu populo ... eruet atque proferet in lucem speciosa vocabula rerum, quae ... premit ... vetustas (*cf.* ADNOT. Lucan. 4, 812 quos *poetas* numquam -at antiquitas). VITR. 3 praef. 3 propter ignotitiam artis virtutes -antur. VAL. MAX. 8, 1 absol. 5 castitas infamiae nube -ta emersit. LVCAN. 4, 718 -at ... suam per iussa silentia famam *Iuba.*

β *per dissimulationem, orationem implicatam sim.*: CIC. Cluent. 1 nihil ... nec subterfugere ... reticendo nec -are dicendo (*cf.* part. 15 firmamenta ... aut per se diluenda aut -anda *eqs.* QVINT. inst. 5, 13, 41 callide quid tacuisse, breviasse, -asse, distulisse). Arch. 26 neque ... est hoc dissimulandum, quod -ari non potest. part. 121 -tis defensionibus. *ibid.* -tis suspicionum argumentis (*cf.* IVL. SEV. rhet. 9 p. 359, 24 *argumentatio*). Att. 2, 20, 3 ἀλληγορίαις -bo *scribenda* (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 14 ut modicus ... *translationis* usus inlustrat orationem, ita frequens ... -at ..., continuus ... in allegorias et aenigmata exit. TERT. adv. Marc. 3, 7 p. 388, 12 figuris [*al.*]. adv. Val. 1 p. 177, 18 allegorica dispositio ... sacrilegium -at. ARNOB. nat. 5, 35 allegoriis -tis [*v. app. crit.*]. *sim. al.*). RVT. LVP. 2, 19 dictum ad voluntatem auditoris -tum est quaestione utilitatis (*cf. Isocr. de pace 10* ἐπισκοτεῖ). VAL. MAX. 8, 2, 1 incommodorum cognitionem. QVINT. inst. 4, 2, 64 -anda veritas (*cf.* 65 qui -are vult, narrat falsa pro veris). 5, 14, 34 qui *ornatus* ... non -et. 8, 2, 18 qui *praeceptor* discipulos -are quae dicerent iuberet, graeco verbo utens σκότισον. FRONTIN. strat. 1, 1, 7 consilii -andi. SVET. Tib. 70, 1 adfectatione ... -bat stilum. CALL. dig. 47, 21, 3, 2 quaestionum -andarum. PORPH. Hor. carm. 3, 20, 6—8 elocutionem (DON. Ter. Hec. 309, 2). ARNOB. nat. 2, 12 res tantas (*i. miracula*). 5, 29 -are, ... tegere causam. HIL. coll. antiar. p. 58, 22 pravissimam mentem. AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 161 verba ... clara -are, ... recta curvare (nupt. et concup. 2, 2, 3 tenebrosis et tortuosis interpretationibus). *al.*

γ *per statum minorem*: ① *aliis praevalentibus* (*per imaginem umbrae l. 66, cf. p. 166, 39 sqq.*): CIC. Verr. II 3, 131 quod magnitudo lucri -ret periculi magnitudinem. fin. 3, 45 ut ... -atur ... luce solis lumen lucernae ..., sic ... rerum corporearum aestimatio splendore virtutis ... -etur et obruatur ... necesse est (*cf.* 5, 22 -antis ... omnem splendorem honestatis. off. 3, 47 tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis -et). 5, 90 omnia *bona* ... -ari nec apparere et in virtutis tamquam in solis radios incurrere (*ad l. 75 sqq.*). 5, 58 ut -entur ... minora maioribus. VELL. 2, 27, 5 tanta patris imagine non -atur eius *C. Marii C. filii* memoria (*de hominibus item*: PLIN. paneg. 69, 5 nobilitas non -atur, sed inlustratur a principe. CLAVD. 24, 233 -at veteres -bitque futuros ... manus *Stilichonis* [*231* vincit]. AVG. civ. 8, 4 p. 324, 30 D. quae *Platonis gloria* ... ceteros -ret *discipulos Socratis*. HIL. AREL. vita Honorat. 10 l. 8 unusquisque sub umbra alterius -ari volebat). LVCAN. 1, 121 nova ne veteres -ent acta triumphos. QVINT. inst. 5, 12, 4 argumenta non ... circumstantibus -are (*cf.* 9, 4, 29 si in media parte sententiae latet *verbum*, ... -ari circumiacentibus solet). TAC. ann. 16, 23, 2 ut ad externa rumoribus intestinum scelus -retur. TERT. nat. 1, 7, 5 modicum originum vitium rumores -at (*v. app. crit.; sim.* apol. 7, 12 modici seminis vitium cetera rumoris -at). castit. 3 l. 56 a superiore malo -tum *malum inferius* (*sim.* monog. 3, 5). scorp. 6 p. 157, 2 palma sanguinem -at. RVFIN. hist. 1, 8, 4 prosperitates imperii eius *Herodis* ... domesticis ... cladibus -tas (*gr.* ἠμαύρωσεν). ② *ipsa parvitate* (*cf. l. 59 necnon p. 166, 76*): CIC. fin. 4, 29 -ari quaedam nec apparere, quia valde parva sint. *ibid.* quae minimae sint voluptates, eas -ari saepe et obrui (4, 31 in illa vita voluptaria; *postea*: quamvis parva sit, pars est eius vitae). 4, 31 non quaerimus, quid -etur aut intereat, quia sit admodum parvum. *ibid.* -entur etiam haec, quae secundum naturam esse dicimus, in vita beata.

δ *per meram occultationem* (*cf. p. 164, 73*): VITR. 3 praef. 1 -tis sub pectoribus ingeniis (*cf. antea*: pectora fenestrata et aperta, uti non occultos haberent sensus).

2 *deminuitur puritas, sanctitas sim.* (*sc. maculando sim.*): PORPH. Hor. epist. 2, 1, 235 quem ad modum atramenta polluunt quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidissimas -ant sordibus ingenii. SERM. Corp. Vind. 21, 1 p. 225, 15 (= CAES. AREL. serm. 187, 3) quae *conscientia* se ... avaritiae nigritudine -vit (*cf.* HIER. epist. 21, 5, 2 nec in terra defodiendum, terrenis scilicet cogitationibus -andum *talentum*. RVFIN. Orig. in gen. 5, 1 p. 59, 7 peccatorum maculis. 13, 4 p. 119, 26 imago eius *dei* [*i. homo*] -ari per incuriam potest [CASSIOD. inst. 1, 33, 1]. *sim. al.*). CONC.[S] II 5 p. 61, 29 cultum sancti baptismatis -tum despicimus (*i. baptisterium caede maculatum; de eadem re p. 91, 38* baptisterium ... temeratum).

B *corporaliter*: 1 *deminuitur facultas videndi*: a *obumbrando, occultando sim.*: α *ipsam lucem vel res lucentes*: ① *tenebris, caligine sim.* (*hyperbolice l. 17. 25. 36*): CIC. Arat. 372 omnia, quae Cancer praeclaro detulit ortu, cedunt -ta (*item c. sideris nomine*: VITR. 9, 5, 2 Argo, cuius prora -atur. *al.*). rep. 1, 25 -to sole (2, 17. VAL. MAX. 3, 7 ext. 8 sagittis Persarum. 8, 11 ext. 1 repente [TAC. ann. 14, 12, 2]. SEN. nat. 7, 12, 4 et lunam. ITALA apoc. 9, 2 [Primas.] s. et aerem tenebris -vit *fumus* [*gr.* ἐσκοτώθη, VVLG. -tus est s. et aer]. *al. cf.* CATVLL. 66, 3 solis nitor. CIC. nat. deor. 2, 103 radios eius *solis* et lumen -at *luna* [div. 2, 17]). div. 2, 17 quando illa *luna* ... incurrat in umbram terrae ..., ut eam -ari necesse sit *eqs.* (LIV. 44, 37, 7 cum condatur umbra terrae. *al. cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 360 p. 196, 18 fumo -tum eius *lunae* lumen). SALL. hist. frg. 3, 27 sublima nebula caelum -bat. VERG. Aen. 12, 253 volucres ... aethera ... -ant pinnis. LIV. 37, 4, 4 caelo sereno interdiu -ta lux est (VITR. 5, 10, 4 labrum ... sub lumine faciundum videtur, ne stantes circum suis umbris -ent l. CVRT. 4, 9, 15 caligine, quam fumus effuderat, -ante l. AVG. in psalm. 91, 14 l. 32 in cubiculo tuo -as tibi lucem. *al.*). VITR. 6, 3, 11 lumina parietum altitudinibus si non -buntur (MARCELL. dig. 8, 2, 10 aedium [*v. p. 167, 38*]. VLP. dig. 7, 1, 13, 7. *al.*). 9, 1, 4 cetera *signa zodiaci* sub terram subeuntia ab eius umbra -antur (*cf.* PLIN. nat. 2, 47 nullum aliud sidus eodem modo *quo luna* [*al.*]. 18, 352 cum repente stellarum fulgor -atur et id neque nubilo nec caligine [HYG. astr. 2, 21 p. 63, 21 stellam; *catast. 23 p. 134, 22* ἀφανῆς]. *sim. al.*). SEN. dial. 2, 4, 2 cum ... rex multitudine telorum diem -ret (TYCON. reg. 4 p. 57, 18 ut non d. -retur in noctem. VVLG. Iob 3, 5). *al.* *de gemma* (*cf. p. 167, 25*): CASSIOD. in psalm. 118, 127 quam *topazion* si polire velis, -as, si naturae propriae relinquas, irradiat. ② *luce praefulgente* (*sole praeter l. 47 [?]. 55; cf. p. 165, 53*): CIC. fin. 3, 45 ut ... -atur et offunditur luce solis lumen lucernae ... sic *eqs.* (*v. et p. 165, 55. inde, ut vid.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 3 p. 411, 18 quomodo l. l. ad solis radios -atur. *in eadem comparatione*: SEN. epist. 66, 20 quemadmodum minuta lumina claritas solis -at). nat. deor. 2, 68 cum sol dictus sit ... quia cum est exortus -tis omnibus solus appareat (*inde* FIRM. err. 17, 1 -tis ceteris sideribus. *cf.* PLIN. paneg. 19, 1 est haec natura sideribus ut parva ... validiorum exortus -et [*postea in imagine*: inumbratur]. HYG. astr. 4, 13 p. 112, 26 quod propter fulgorem solis ... sidera -entur. *ibid.* p. 113, 15). VITR. 9, 2, 3 sub rotam solis ... latens -atur *luna* (SEN. nat. 7, 1, 3 [*antea*: abscondit]. AMM. 20, 3, 9. *al.*). SEN. nat. 7, 20, 4 multos cometas non videmus, quia -antur radiis solis. CLAVD. DON. Aen. 9, 15 p. 188, 17 neque ... -atur radiis solis *iris* (*i. arcus caeli*). HYG. astr. 4, 13 p. 113, 24 sol in ariete currens et eius corpus -ans (*sim. al.*). *in imagine de deo*: MAR. VICTORIN. verb. script. 2 p. 1010[C] sol a vero lumine -bitur tenebrisque contegetur.

i. q. (usu vel consuetudine) tritus, obscuratus, oblitteratus sim. (*accedit abl. l. 30. 32. 66. 80. p. 234, 1. 4,* ob *l. 44,* per *p. 234, 15*): **I** *adi.*: **A** *depravatur species* (*sc. vel menti vel sensibus percipienda; de ipso nitore l. 25 sq., colore l. 35 sqq.*): **1** *de rebus*: **a** *vario usu*: **α** *respicitur magis status obscurus, sordidus, item humilis sim.* (*synon. vel iuxta posita* exoletus *l. 39,* humilis *l. 27,* incultus *l. 27* [*cf. infra l. 75*], sordidus *sim. l. 30. 31. 34. 46, opponuntur* clarus *l. 46,* nobilis *l. 40,* purus *l. 47* [*cf.* mundus *etiam l. 79*], splendidus *l. 31. 40*): RHET. Her. 4, 34, 46 si quis Drusum 'Gracchum (*gen.*) nitorem -um' dicat (*cf.* TERT. anim. 53, 5 *animae* velut per corneum specular -ior lux rerum est). CIC. leg. agr. 2, 13 vestitu -iore (-lent- *var. l.*), corpore inculto et horrido (NEP. Ages. 8, 2 humili atque -o. *cf.* LIV. 3, 47, 1 veste [27, 34, 5 VAL. MAX. 6, 4, 4. *cf. l. 38. 84*]. CVRT. 6, 9, 25 amiculo). HOR. carm. 2, 10, 6 caret -i sordibus tecti (SCHOL.: squalidi, sordidi). SEN. Ag. 977 caede respersam ... atque -am dextram ablue. benef. 3, 28, 3 nomina (*cf. 2* splendidos sive ... sordidos gradus). dial. 12 (11), 18, 9 longo iam situ -o et hebetato animo (*cf.* HIL. in Matth. 4, 7 ad conspectum dei acies -ae mentis hebetatur [*antea*: pollutum et sordidum]). COLVM. 2, 10, 35 *cicera a cicerula* colore discernitur; nam est -ior (-lent- *var. l.*) et nigro propior (*cf. Pallad. 4, 6* sordet. *item de colore*: 4, 30, 4 -i purpurei *coloris* [SVET. Nero 48, 1 paenulam -i c. AMM. 31, 2, 5 -i c. tunica]). APVL. apol. 3 pudor ... veluti vestis quanto -ior (-lent- *trad.*) est, tanto incuriosius habetur (*cf.* 76 venit ... nova nupta ... pudore despoliato, flore exoleto, flammeo -o). TERT. resurr. 6 p. 34, 11 *aurum materia* splendidior atque nobilior de -iore (-lent- *trad.*) matrice *terra* (*item de materia vili*: PRVD. epil. 26 -um vasculum *sc. ligneum*). CHALC. comm. 328 quorum in animo cerae ... similitudo ... fluxior ... erit, facile ... discunt, sed cito amittunt -is ob nimiam remissionem cerae signaculis (*item de forma obscurata*: HIER. hom. Orig. in Luc. 8 p. 48, 26 *animam ut Christi* imaginem vel -am vel sordidam aut claram atque lucentem). CONSVLT. Zacch. 2, 7 p. 62, 20 pro -is pecudum ... victimis caeleste ... munus pura oblatione celebratur.

β *respicitur magis status vetustate effectus* (*syn. vel iuxta pos.* vetus *l. 60. 67,* antiquus *l. 63. 68, cf. p. 234, 8,* praeteritus *l. 61; opp.* novus, inauditus *l. 54. 56*): ① *de vulgatis, calcatis sim.* (*syn. et iuxta pos.* effusus *l. 59,* usitatus *l. 59,* vulgaris *l. 54, cf. infra l. 75; opp.* rarus *l. 58*): CIC. Quinct. 56 quo te nomine appellemus? improbum? ... audacem ... ? vulgaria et -a sunt; res autem nova atque inaudita (*cf.* Verr. II 5, 117 non volt populus ... -is criminibus accusari Verrem, nova postulat, inaudita desiderat). Planc. 75 (*verba Laterensis*) quo usque ista dicis? ... -ae iam sunt preces tuae. NEP. Milt. 6, 2 honores quondam fuerunt rari et tenues ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi et -i. LIV. 30, 42, 17 usitata ac prope iam -a ex victoria gaudia esse. 38, 43, 7 veterem viam et -am *accusandi* (*cf.* HIER. epist. 60, 6, 2 praeterita et -ta quondam calcare vestigia *argumentando*). CVRT. 9, 1, 2 iam vilia et -a esse spolia de Persis. ② *de evanidis, invalidis sim.*: CIC. Verr. II 1, 56 ne haec ... nimis antiqua et iam -a videantur (SYMM. or. 48 nimis -a adque arida). Font. 42 studiis militaribus apud iuventutem -is (*abl. abs.*). rep. 5, 2 *mores antiquos* ita oblivione -os videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. SVET. Cal. 38, 1 Augusti diplomata ut vetera et -a delebat *Gaius*. IVST. 30, 4, 15 ferentes ... in bellum alii ... maiorum ... antiquam et -am gloriam, alii virentem ... virtutis florem. *de ipsa vetustate, oblivione*: QVINT. inst. 4, 1, 58 *verbum* ab -a vetustate ... sumptum (*perperam mutat* IVL. VICT. rhet. 15 p. 423, 24 *verbum* -um a vetustate ... sumptum). PRVD. perist. 1, 73 vetustatis silentis -a oblivio.

b *usu rhet.* (*sc. confusis quodammodo notionibus, quas sub a discernere conati sumus*): CIC. de orat. 3, 33 si paulo -ior fuerit oratio (3, 97 ne exilis, ne inculta sit ... o., ne vulgaris, ne -a). 3, 150 ut abiecta aut -a *verba* fugiat, lectis atque inlustribus utatur (SEN. contr. 4 praef. 9 calcatis et -is. GELL. 11, 7, 1 aut nimis -is exculcatisque aut insolentibus *eqs. al. v. etiam l. 70*). GELL. 17, 2, 12 pinguiora haec -ioraque sunt (*opp.* mundius subtiliusque). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 115 'obscurata diu ... vocabula': antiqua et -a senio in consuetudinem revocabit *poeta*.

2 *de hominibus* (*sc. sordidis vel ignotis; addas l. 5 sqq.*): CIC. Pis. 89 iacuisti maerens ... atque inde -us ... venisti (*item de habitu*: APVL. flor. 19 p. 93 homines ... tritissimos atque -issimos vestitu. *cf. imag.*: AMBR. inst. virg. 2, 13 vetus ille *homo* peccato obnoxius et -us ac vestimenti veteris similitudine attritus et scissus). off. 3, 116 quibus (*i. Cyrenaicis philosophis*) -is floret Epicurus. HOR. epod. 17, 46 paternis -a sordibus ... anus (PORPH.: sordidi generis).

B *obscuratur vox* (*cf. etiam p. 232, 6. 77*): HIER. adv. Iovin. 1, 36 vox *viri* -ior est *quam feminae*, sermo ferocior.

II *pro subst.* (*vix add. p. 233, 6*): *n. sing.*: CIC. de orat. 3, 98 cum ... in antiquis tabulis illo ipso horrido -oque teneamur (*agit de coloribus picturae*). Att. 13, 22, 3 nolebam aut -um Bruto aut Balbo inchoatum dari (*de scriptis; item 13, 21a, 1* ἕωλα). SEN. dial. 6, 23, 1 *animi praemature mortuorum* minimum ... faecis ... traxerunt; antequam obdurescerent ... liberati ... facilius, quicquid est illud -i inlitique, eluunt. *n. plur.*: CIC. rep. 2, 55 tam vetera vobis et tam -a decanto. PLIN. nat. praef. 15 dare novis auctoritatem, -is nitorem. PANEG. 4, 35, 4 -a ... per vetustatem redivivo cultu insigniuntur (*antea per opp.*: enitescunt).

adv. compar. **obsolētius.** *i. q. sordidius*: CIC. Verr. II 1, 152 ut eum, cuius opera ipse ... esset in sordibus, paulo tamen -ius vestitum videret.

deriv.: obsolefacio (-fio), obsoleo, obsoleto.

obsolēto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* obsoletus, *cf.* inquieto (*l. 26*). -lit- *l. 37 et* GLOSS. *perf. non nisi brev. l. 29. 30.* SYNON. Cic. p. 437, 15 oblitterat. -at. exterminat. debilitat. GLOSS. -tus: pollutus, inquinatus. obsordidatus.

i. q. obsoletum reddere (*c. abl. l. 29. 33. 37; -antur res praeter l. 33. 37*): TERT. apol. 15, 6 *ludicra turpia* honorem inquietant divinitatis, ... maiestatis vestigia -ant (fastigium adsolant *Φ sec. nat. 1, 10, 48; item oblitterando*: AVG. serm. coll. Morin p. 148, 18 *imaginem dei* cupiditate terrena quodammodo confricando perdidisti et -asti). scorp. 6 p. 158, 6 qui vestitum -assent (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 20, 7 tamquam -tis *vestibus* aut non -tis [obsoletis *bis C*]). ZENO 2, 15, 12 Iob ulceribus maculatus est et dominus sumendo carnem ... peccatorum est sordibus -tus. GREG. TVR. Mart. 2, 3 ne ... -et (obsole[a]t, obfuscit *var. ll.*) paginam sermo rusticior (*cf.* VEN. FORT. vita Albin. 4, 6 radiantem vitam si ... impar lingua praedicat, -at et, quod inluminare debuit, hoc nube sermonis abscondit). NICET. vigil. 3 p. 58, 19 B. mundanis actibus -amur (-lit- *T*, oscitamus *A*).

obsolētus, -a, -um *v. p. 232, 84.*

obsolidātus, -a, -um. *ab* ob *et* solidare, *cf.* obdurare. *i. q. solidatus, obduratus*: VITR. 2, 3, 2 *lateres non aridi* tectorio inducto ⌊rigidoque -i permanent⌋ (⌊ ⌋ rigideque -o permanente *Rose, alii alia*) ipsi sidentes *eqs.* (*textu vix sano*).

obsolvo, -solūtum, -ere *pro* absolvere: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 50, 13^{a} ad p. 339, 10–11 *et* 50, 14^{b} ad p. 339, 23–25, *ubi bis* absol-*ed.* *Lebek.*

obsōnātio, -ōnis *f.* *ab* 1. obsonare. *i. q. actio obsonandi, sc. obsonium emendi*: DON. Ter. Andr. 369, 2 ('holera et pisciculos minutos ... in cenam seni') 'seni' dixit, ut -is ostenderet causam.

obsōnātor, -ōris *m.* *ab* 1. obsonare. *scribitur* ops-: CIL VI 5353. 6619. 8945. 8946. *et passim in codd.; litt. graecis l. 52.* *de notione*: ATHEN. 4, 171a ἐκάλουν ... ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δ' ὀψωνάτωρα (*cf. l. 80*).

i. qui obsonat, sc. obsonium emit vel utcumque procurat (*inter officia publica l. 60*): PLAVT. Mil. 667 hilarissimum convivam ... vel primarium parasitum atque -em optumum. SEN. epist. 47, 8 -es, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus *eqs.* PETRON. 39, 13 in aquario copones et cucurbitae *nascuntur*, in piscibus -es et rhetores. MART. 14, 218 (lemma) -r. PAVL. sent. 3, 6, 72 inter urbana ministeria continentur ... -es et vestiarii *eqs.* (*iuxta* muliones, institores). 4, 14, 1 -em (*postea*: officiorum). MARCIAN. dig. 32, 65 pr. cubicularios ... vel -es vel eos, qui piscatoribus praepositi sunt (*opp.* qui praepositi essent negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum locandum conducendum praepositi essent). SPART. Hadr. 17, 4 -um fraudes. AMBR. Hel. 8, 24 p. 425, 4 ferietur ... coquorum mastigiarum machaera, requiescat -r. p. 426, 1 inter -em et pastorem. Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 14 pastus necessarios servo dei *Eliae* opportunus -r exhibuit *corvus*. 2 app. 65, 5 (*cf.* serm. ed. Mai 50, 1. 55, 5) cui *Petro piscatori* iubebat, non dico curator, sed infimus -r. PAP. Marini 114, 114 (*a. 538–546*) -r d(omini) n(ostri) Eusebius. CIL VI 5353 (*tit. sepulcr. ut*: 6619. 8945. 8946).

obsōnātus, -ūs *m.* *ab* 1. obsonare. *scribitur in codd. fere* ops-. *i. q. actio obsonandi, sc. obsonium emendi*: PLAVT. Cas. 719 redit ... tandem -u meus adiutor (Men. 277 prius iam convivae ambulant ante ostium, quam ego -u redeo. 288 numero huc advenis ad prandium; nunc -u redeo). Truc. 740 ⟨iussi⟩ ei quinque argenti deferri minas, praeterea unam in (*Merula*, unum in *trad.*, una mina *Leo*) -um.

obsōniātor, -ōris *m.* *ab* 1. obsonium, *cf.* obsonator. *i. q. obsonator*: PHOT. p. 22, 12 R. ἀγοραστήν, τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, ὃν Ῥωμαῖοι ὀψωνιάτορα καλοῦσιν (*cf. l. 52*).

obsōnito, -āvī, -āre. *ab* 1. obsonare. *de notione*: FEST. p. 201 -ere: saepe obsonavere ([-sen- ... obon- *X*]. *affert* CATONEM [*v. infra*], *sed non iam Paul., addens tantum* significat ... convivari). *i. q. saepe obsonare, cenitare*: CATO or. frg. 27, 1 qui antea ⟨...⟩

[Paschoud]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ēre, postea centenis -ēre (q. a. per se caenitavere, ... centeni -ere *Scaliger*, octoni cenavere, ... centeni -ere *Müller, ceterum v. app. crit.*).

1. obsōnium, -ī *n.*, ὀψώνιον, *cf.* ὄψον (*ad* -b- *v. p. 236, 22*). *scribitur*: ops-: CIL III 6066 (= 7124ᴬ), 7. *et passim in codd.* os-: Diosc. 4, 73 (*in var. l.*). -eum: Not. Tir. *v. l. 7.* *de genere: coniungitur c. pron. masc.*: Sort. Sangall. 51, 4 -um, quem. Oribas. eup. 1, 11, 9 p. 418 in eum -um. Not. Tir. 70, 95 -eum. *de notione* (*v. etiam infra l. 53*): Gloss. -um diarium: ὀψώνιον. -um: κρέας. -i: carnium. *legitur semel ap.* Naevivm, *saepius ap.* Plavtvm, *bis ap.* Ter., *singulis locis ap.* Titin., Caecil., Lvcil., Cic., Varronem *et tum passim per totam Latinitatem.* [*in contextu parum dilucido*: CIL III 6066 (= 7124ᴬ), 7.]

i. q. ὀψώνιον, *cibaria, alimenta, edulia, imprimis modo empta et quidem aut in universum aut eorum genera certa* (*cf. iuxtaposita sim. sub I allata. per meton.*: *? de pecunia l. 65, de stipendio p. 236, 6. ad rem v. e. g. Hug, RE XVII 2, 1746 sq.*):

I *loci ad -i genus adumbrandum idonei*: A *distinguitur ab aliis cibis sim.*: Plavt. Mil. 107 vino, ornamentis opiparisque -is (Nep. Them. 10, 3 panem ... v. ... -um). Nep. Ages. 8, 4 vitulinam et eius modi genera -i (*v. etiam l. 30. 38*). Vitr. 1, 4, 2 -aque et poma (Svet. Aug. 98, 3 p. et -orum). Phaedr. 3, 4, 2 inter reliquas merces atque -a. Plin. nat. 15, 82 panis ... simul et -i vicem siccatae *fici* implent (Svet. Cal. 37, 1 convivis ... p. et -a apponeret. Diosc. 4, 73 cum -o aut p. [*gr. 4, 76* κρεαδίοις *tantum*]. *v. etiam l. 19*). 27, 119 et cibis inspergitur *peplis* -isque ad molliendam alvum (31, 87 ad -um et c. Cassiod. Ios. antiq. 2, 5, 3 -o variisque c. [*gr. 2, 71* ὄψον]. *cf.* Pompon. dig. 24, 1, 31, 9 aut in -o ... aut in cibariis). 31, 115 -a alba ..., olera viridiora *facit nitrum Aegyptium* (Marcell. med. 32, 19 holus aut -um. *at cf.* Svet. Nero 16, 2 ne quid in popinis cocti praeter legumina aut holera veniret, cum antea nullum non -i genus proponeretur). Tert. test. anim. 4 p. 138, 29 cum -is et matteis.

B *intelleguntur certae species*: Varro rust. 3, 17, 7 cum mare turbaret ac per tempestatem macellum piscinarum [mare] -um praeberet *eqs.* (*de piscibus etiam*: Ivv. 4, 64 [*de rhombo insolitae magnitudinis*] spectant ... -a. Apvl. apol. 27 -o piscium [*c. gen. defin. etiam*: Tert. pall. 5, 6 mulli ... -um sex HS detulit *i. emit*]. Avson. Mos. 127 -a plebis, alausas). Fest. p. 330 ⟨s⟩uillis -is (*cf.* Petron. 48, 1 [*de sue nondum occiso*] -um). Plin. nat. 15, 118 in ... genere -i ..., quod ... myrtatum vocatur. 18, 105 ab -is appellati *panis*, ut ostrearii. Tert. apol. 9, 11 de arena ferinis -is cenant. Nemes. auc. 24 exiguos sectans *scolopax* -a vermes. Avg. in psalm. 62, 14 p. 802, 33 ut ... veniret ad ... popinam, ubi inveniret -a pinguia.

II *generalia*: A *usu communi*: 1 *sing.*: Naev. com. 50/51 quod de -o, stilo (*alii coniungunt* de -o s.) mi in manum pupugit. Plavt. Aul. 282 postquam obsonavit erus ..., edixit mihi, ut dispertirem -um (*cf.* Stich. 451 ibo opsonatum, ... referam -um). 291 ei ... -i ... iussit dimidium dari. 352 ut accipias coquos ... -umque in nuptias. 560. Bacch. 96 facito opsonatum nobis sit opulentum -um (Stich. 440 ibo atque opsonabo -um). 131 ut commode pro dignitate -i haec concuret cocus. Men. 220 abi atque -um adfer. Merc. 582 imus atque -um curamus. 780 apponite -um istuc ante pedes ... seni. Most. 363 adest -um; eccum Tranio a portu redit. 747 -i ... participem fieri. Ter. Andr. 360 paululum -i (Schol. Ter. p. 84, 5 id est edulii; et -um generaliter dicuntur omnes cibi, quos indifferenter accipimus *eqs.*). Ad. 286 ego iam transacta re convertam me domum cum -o. Titin. com. 88 gravi ... -o convivas. Caecil. com. 180 quid hoc futurum -ost, ubi tantum sumpti factum? Cic. fam. 9, 19, 2 -o *praebendo assequi hoc.* Varro frg. Non. p. 177, 19 -um in ... cenam coemptum (*cf.* Gloss. V 508, 14 -i emptio). Sen. dial. 7, 17, 2 scindendi -i magister (*cf.* Petron. 36, 6 laceravit -um. 36, 8 -um carpit). Argvm. Plaut. Aul. 2, 5 dat coquos cum -o. Apvl. apol. 41 si cocto *pisci* ventrem rusparer ..., ita ut ... Sicinius Pudens suomet -o discit. Avg. conf. 10, 31, 46 immunditiam -i. Oribas. eup. 1, 11, 9 p. 418 de piper ... tenue pulver intinguis in ... -um et manducas et in potionibus superspargis (*gr.* σὺν τοῖς ὄψοις).

? de ipsa pecunia ad -um emendum destinata: Plavt. Truc. 561 iam de hoc -o de mina deminui una ... quinque nummos.

2 *plur.*: Lvcil. 1208 (*proverb.*) mantisa -a vincit. Hor. sat. 1, 2, 9 omnia ... coemens -a (Mart. 3, 23, 1. Tert. adv. Marc. 5, 7 p. 596, 23 permissio o. -orum). 2, 2, 41 coquite ... -a (*cf.* Pavl. Fest. p. 39 decoquantur. Plin. nat. 31, 5 percocunt). 2, 7, 106 illa, quae parvo sumi nequeunt, -a captas. Pavl. Fest. p. 95 gizeria ex multis -is decerpta. p. 125 ut in domo eius *Macelli* (*i. macello*) -a venderentur. Phaedr. 4, 20, 22 -orum pretia. Sen. epist. 78, 23 cocorum ... ipsos cum -is focos transferentium. Plin. nat. 19, 188 apio eximunt coqui -is acetum. 20, 126 in condiendis -is (Ps. Garg. Mart. p. 211 Avson. 156, 3 p. 12 P.). 23, 139 sapori -orum (Avg. serm. 210, 8, 10 quorumlibet -orum varietates et sapores). 24, 93 adspergitur *rhus* pro sale -is. 27, 136 cortice arido *smyrnii* ... ad -a utuntur. 33, 140 mensas ... ad sustinenda -a. 35, 112 pinxit *Piraeicus* ... -a. Ivv. 11, 134 non ... ulla umquam -a fiunt rancidula. Svet. Iul. 43, 2. Tib. 34, 1 pridiana ... ac semesa -a (Vit. 13, 3 fumantia -a vel p. atque s.). Vit. 10, 2 inter profundissimos -orum apparatus. Hesych. in lev. 11, 13—19 p. 910ᴬ ne quidem gerentium -is pascentia *animalia.* Macr. Sat. 3, 17, 11 ad parandas -orum copias (*antea*: edulium). Apic. 5, 194 alternis (*i. interponens farinam*) aptabis -a, quousque impleatur angularis. Sidon. epist. 3, 13, 3. Oribas. syn. 8, 7, 8 Aa p. 213 -a ... manducet (*gr. 8, 6, 8* ὄψων). *offeruntur dis*: Prvd. perist. 10, 297 perdidisse -a, quae dis ... obtulisti.

B *in largitionibus, remunerationibus sim. publicis* (*de stipendio in universum e. g. l. 15*): Plin. epist. 10, 118, 2 -a petunt *athletae* pro eo agone, qui *eqs.* (*cf.* Traian. *ibid.* 10, 119 -a ... certaminum). Svet. Cal. 18, 2 panaria cum -o ... divisit (*cf.* Dom. 4, 5 senatui equitique panariis, plebei sportellis cum -o distributis). Sort. Sangall. 51, 4 vix consequeris -um, quem vis accipere (52, 5 non accipies ... -um. *cf.* Cod. Theod. 14, 4, 10, 3 per quinque ... menses quinas in -is libras carnis possessor accipiat). Cod. Theod. 14, 4, 10, 5 quattuor milia ... -orum *decernere populo.* Novell. Valent. 36, 2 -orum praebitionem ... procurandam. Canon. Turner I 2, 1 p. 32ˣ, 22 neque miles propriis -is arma ... adportat (*gr.* ὀψωνίοις, *antea*: stipendia, *cf. I Cor. 9, 7* quis militat suis stipendiis umquam?). Cassiod. var. 12, 11 tit. Petro ... erogatori -orum. 12, 11, 3 -a ... populo distribuenda.

deriv.: obsoniator.

? **2. obsonium** ('absonum ?' *Goetz in indice s. v.*) male sonans Gloss. I p. 303. *ab* ob *et* sonus, *si probare velis; cf.* 2. obsonare.

1. obsōno, -āvī, -ātum, -āre *et* **obsōnor,** -ātus sum, -ārī. *versum e gr.* ὀψωνέω. ob- *sec. praev.* ob-, *cf. e. g.* absinthium: ἀψίνθιον *et* absis: ἀψίς *sec. praev.* ab-. ops- *hic illic in codd.* -sōn- *testatur* Evtych. gramm. V 479, 6 (*affert* Ter. Ad. 117 *v. l. 76*). *de genere: inter verba activa coniug. primae* Char. gramm. p. 473, 30 B. *de signif. passiva* Pomp. gramm. V 233, 9 sunt ... verba, quae secundum potestatem et voluntatem nostram possunt habere vel activam vel passivam significationem; puta ... -o et -or (*affert* Ter. Ad. 117 *v. infra l. 76*). *verb. deponens iuxta verb. neutrum usurpari testantur*: Sacerd. gramm. VI 430, 1. 488, 22 utrumque ... in uno intellectu (*cf.* Prob. cath. gramm. IV 36, 27). Prisc. gramm. II 393, 11/12. Gloss. -tus: emptus. -tum: emptum. *legitur praeter* Plavt. *et* Ter. *singulis locis ap.* Catonem *et* Cic., *tribus ap.* Apvl. *et duobus ap.* Tert., *ceterum non nisi ap.* Gramm.

I *i. q. obsonium emere, comparare sim.* (*pertinet quasi ad pretium obsonii solvendum l. 56.* -are obsonium *l. 55*): A -are (*pass. praeter* -ari [-arier] *l. 50. 59 non nisi* -tum [est *sim.*] *l. 51. 55. 57. 58. 60*): 1 *sine obi.*: a *nude*: Plavt. Aul. 280 postquam -vit erus ..., edixit ..., ut dispertirem obsonium. Capt. 474 -ant, quae parasitorum ante erat provincia. Cas. 441 mittere ... -tum (*supin. ut*: Mil. 749 -tum pergam. Stich. 451 ibo -tum, ... referam opsonium). Merc. 754. Mil. 738 nunc volo -are, ut ... te ... accipiam benigne. Cato or. frg. 12, 1 pro re publica, non pro sua -at. b *c. additamentis*: α *adv. sim.*: Plavt. Cas. 491 abi atque -a ..., sed lepide volo. 501 abi; argento parci nolo, -ato ampliter (Men. 320 an -o amplius?). Men. 273 bene -vi ..., bonum anteponam prandium pransoribus (Don. Ter. Ad. 377 b. -asse, qui vivos attulit pisces). Merc. 695 nimium -vit. Mil. 750 commodulum -a, ne magno sumptu. Apvl. apol. 21 parcius pasco, levius vestio, minus -o. β *indicatur pretium sim.* (*cf. etiam l. 48 et l. 61*): Plavt. Truc. 445 iubebo ... -ari ⟨una⟩ dumtaxat mina. Ter. Andr. 451 vix ... dracumis est -tum (-tus *codd. plerique*) decem (*vix recte intellegunt* Schol. Ter. p. 85, 28 'est -tus': est convivatus). Ad. 964 -are cum fide. γ *ab aliquo*: Apvl. apol. 29 quis ... ab illis -are audebit ...?

2 *cum obi.*: Plavt. Bacch. 96/97 tu facito -tum nobis sit opulentum opsonium. :: ego -bo, nam id flagitium meum sit (Stich. 440 ibo atque -bo o.). 143 an hoc ad eas res -tumst, obsecro? (Men. 320 satin hoc ... -tumst, an -o amplius ...?). Men. 209 iube ... aliquid scitamentorum de foro -rier, glandionidam suillam, laridum pernonidam *eqs.* Mil. 756 quod ... -tumst culpant et comedunt tamen. Poen. 1295 hōc -are prandium potero mihi. Apvl. met. 1, 24, 8 si quid -are cupis, utique commodabimus. Tert. apol. 48, 1 ne forte bubulam de aliquo proavo suo -et *Pythagorae sectator.* *singulariter* -are famem: Cic. Tusc. 5, 97 Socraten ... respondisse se, quo melius cenaret, -are ambulando f.

B *dep.* -ari (*v. etiam l. 51*): Plavt. Aul. 295 quid? hic non poterat de suo senex -ari filiai nuptiis? Stich. 681 Stichus -tust, ceterum ego operam do. Schol. Hor. sat. 1, 6, 121 ad locum, qui appellatur 'Ad Marsyam' consueverat -ari. Evgraph. Ter. Andr. 359 non fiunt nuptiae, quod paululum -tus est dominus.

II *i. q. obsonium consumere, cenare* (*cf.* Schol. Ter. p. 84, 7 [*ad Andr. 360 v. p. 235, 53*] -tum est ... id est coenatum [*sed melius* Evgraph. *l. 69*], *praeterea* p. 85, 28 *v. supra l. 52. ambigua sub I afferre maluimus*): A -are: Plavt. Most. 24 bibite ..., pascite parasitos, -ate pollucibiliter (*cf.* Tert. ieiun. 17 p. 297, 5 convivandi frequentior, ... -andi pollucibilior). Ter. Ad. 117 -at, potat, olet unguenta. Tert. apol. 39, 14 Diogenis dictum est 'Megarenses -ant quasi crastina die morituri'. B *dep.* -ari: Schol. Ter. p. 85, 28 *v. l. 52.*

deriv.: obsonatio, obsonator, obsonatus, obsonito.

2. obsono, -āre. *ab* ob *et* sonare. Gloss. -at: non sonat seu valde resonat. *i. q. sonando sc. dicendo se opponere, obloqui, obstrepere*: Plavt. Pseud. 208 male morigeru's mihi, quom sermoni huius -as. :: taceo.

cf. ? 2. obsonium. *Paschoud.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obsōpēscit NOT. Tir. 83, 31 (*antecedunt*: dormitat, sopet, sopor, sopitus, obsopet, obsopor, obsopitus).

obsōpet NOT. Tir. 83, 29 (*de antecedentibus et sequentibus v. l. 2*).

obsōpio, -ītum, -īre. *ab* ob *et* sopire *cf.* obdormire. *aetate cadente per confusionem praev. q. s.* ob- *et* ab- *transisse in* *absopire *suspicatur post alios Niedermann, Recueil 46.* NOT. Tir. 83, 30 (*v. l. 2*) -tus. [*coniciebatur olim* CAES. civ. 3, 109, 5 (*Davis*, sop- *Gronov.*, occupatus *trad.*). VELL. 2, 126, 2 -tae (*Bergk*, obitae *alii*, oppositae *trad.*).] *i. q. soporem offerre, consopire, sopire, soporare: mediopass.*: SCRIB. LARG. 180 prodest ... sinapi ex aceto tritum ... a somni tempore prohibere, ne -antur. *p. p. p.* -tus, -a, -um: SOL. 12, 9 odoris novitate -tus *delphinus* (*Plin. nat. 9, 26* sopitus). HIL. myst. 1, 3 p. 4, 18 -to Adam ex latere eius ... Eva gignitur (*cf. gen. 2, 21* immisit ... dominus ... soporem in Adam; cumque obdormisset *eqs.*).

?**obsopor** NOT. Tir. 83, 29[a] (*v. l. 2*). *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 62. 77 et Kl. Schr. 95, 5.*

obsorbeo, -uī, -sortum (*v. l. 24*), -ēre (? -ere *l. 22 bis*). *ab* ob *et* sorbere; *aetate cadente formam praeverbii vulgarem* ob- *pro* ab- *accipias. scribitur* ops- *passim in codd.*, hobs- ITALA psalm. 123, 4 (cod. n. 189), -sorv- PLAC. med. 29, 14 *Vr.* ORIBAS. syn. 7, 11, 5 Aa p. 142. *de formis: praes.* -it ORIBAS. *l. c. et* GLOSS. *v. l. 25.* -itur PELAG. in II Cor. 5, 4 *E.* ? *fut.* -ent ITALA Abd. 16 *v. l. 39. p. p. p.* -sortus: PS. ORIG. tract. 4 p. 36, 27 *F.* VVLG. num. 11, 2 (*var. l.*). CONC.[S] II 5 p. 73, 34 *P.* *de notione*: GLOSS.[L] V Aa o 208 -it: vorat. *legitur semel ap.* NAEV., *ter ap.* PLAVT., *tum singulis locis e. g. ap.* PLIN. nat., HYG. fab., *saepius ap. script. eccles. inde ab* LACT. *et in script. sacris.*

i. q. sorbendo haurire obtinendi causa, absorbere sim.: **1** *vigente notione hauriendi, glutiendi, vorandi*: **a** -*ent animantes: liquores*: NAEV. com. 122 cocus edit Neptunum ... Liberumque pariter -uit (GLOSS. V 521, 15 [= 565, 6] *ad l.*: id est ... comedit pisces ... et vinum pariter bibit. *cf.* PLAVT. Mil. 834 neque tu bibisti *vinum* ? :: di me perdant, si bibi, si bibere potui. :: quid iam? :: quia enim -ui, nam nimis calebat [FEST. p. 347 v.]). PLAVT. Curc. 313 vin *aquam* ? :: si frustulenta est, da, ... -am (PAVL. FEST. p. 192 'offucare': a. in fauces -endam dare. GLOSS. I p. 163 [*cf. Thes. gloss. s. v.* promuscida] a. -ere et iterum spargere quasi pluviam). PLIN. nat. 9, 121 liquefactum *unionem* -uit (*at 9, 122* unionem ... abs-). ITALA Abd. 16 (Tolet.) bibent et -ent (*gr.* πίονται καὶ καταβήσονται, *Vulg.* bibent et absorbebunt). PLAC. med. 29, 14 rec. *β* ovus crudus si -atur (exs- *Ca*) *eqs.* *homines* (*c. notione delendi*): LACT. mort. pers. 21, 6 his *ursis* homines non plane comedendi, sed -endi (abs- *Columbus*) obiectabantur. HYG. fab. 125, 15 ter die -bat *Charybdis* terque eructabat. HIER. psalt. sec. Hebr. 124 (123), 3 cum exsurgerent super nos homines: forsitan vivos -uissent (PSALT. Rom. velut aqua -uissent, *alia psalt.* abs-, *Veron.* demersisset, *Vulg.* deglutissent) nos. PSALT. Rom. 34, 25 nec dicant -uimus (*var. l.* abs-, *alia psalt.* abs- *vel* devoravimus *ut Vulg.*) eum. SERM. Caspari p. 205, 28 (= CAES. AREL. serm. 11, 5 p. 56, 20) vomuit, quod -uerat, inimicus (*cf.* ISID. eccl. off. 1, 30, 2 ut, quos -uerat, evomeret *hostis*).

b -*ent res* (*v. etiam l. 46*): PLAVT. Truc. 351 aestuosas sentio aperiri fores, quae -ent quidquid venit intra pessulos. VVLG. deut. 11, 6 quos *filios Eliab* aperto ore suo *terra* -uit ([*var. ll.* abs-, deglutiit *vel* deglutivit. *inde*: PS. ORIG. tract. 4 p. 36, 27 hiatu terrae -ti, *var. l.* abs-]. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 1 eos vivos hiatu suo t. -uit [*P, ed. pr.* abs-]. GREG. TVR. Mart. 2, 32 effusum ... oleum velociter t. -uit [*var. l.* abs-]). PSALT. Rom. 68, 16 neque -at (Caes. Arel. serm. 167, 5 p. 647, 14 *et* 206, 3 p. 783, 21 *in var. l. pro* abs-) me profundum ([*Vulg.* abs-]. *cf.* PS. PHILO antiq. 26, 8 proiecit *angelus lapides pretiosos* ... in cor maris et precepit profundo maris et -uit illos. GREG. TVR. Andr. 34 utinam me prius mare -isset [*var. l.* abs-], quam *eqs.*). PELAG. in II Cor. 2, 7 ('ne forte maiore tristitia absorbeatur ...':) ne forte per desperationem indulgentiae -atur (*E, ceterum* abs-) gurgite vitiorum (*cf.* VVLG. II Cor. capit. cod. R 1 p. 283 W.-Wh. ne tristitia -at eum).

c. notione desiccandi: ORIBAS. syn. 7, 11, 5 Aa p. 142 copressi folia *etc.* ... -it humores et desiccat (*gr.* ἐκβόσκεται *tantum*).

2 *praevalent notiones secundariae exstinguendi, delendi sim.* (*cf. etiam supra l. 42*): VVLG. num. 11, 2 oravit Moses dominum et -tus (*var. l.* abs-) est ignis. PSALT. Rom. 57, 10 priusquam producent spinae vestrae ramnos sicut viventes sic in ira -et (*alia psalt.* abs-) eos. PELAG. in II Cor. 5, 4 ('ut absorbeatur mortale ... a vita':) quod -etur (*var. ll.* -itur, -eatur, abs-), non apparet, cum sit sicut ferrum, si mittatur in ignem (*cf.* CONC.[S] II 5 p. 73, 34 cum a vita nostra mortalitas sit -ta [*P, ceterum* abs-]). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 103, 12 ut et orthodoxi pellantur ecclesiis et dogma ex toto -atur (*M, ceterum* abs-). GREG. TVR. glor. mart. 9 p. 494, 21 proiectum *auctorem sceleris* ... totum ignis -uit (*cod. 2 m. pr.*).

deriv.: obsorptio. *Sz.*

? **obsorbitio** *v.* obsorptio. *Sz.*

obsordēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* sordescere. *ad notionem cf.* NON. p. 147, 5 -uit (*var. l.* obsurd-), obsolevit (*affert* CAECIL. *p. 238, 2*). CASSIOD. gramm. VII 204, 21 (*ex Caesellio*) obsolevit ... quasi abolevit, id est inveteravit et -uit (*var. ll.* abs-, obsurd-) diuturnitate. GLOSS. V 645, 5 -uit: sordidata (*trad.* -te) est. [*confunditur passim c.* -surd-, *v. e. g. p. 237, 82. 84.*] *i. q. sordidum fieri, obsolescere*: CAECIL. com. 86 -uit (*Ribbeck* obsurd-) iam haec in me aerumna miseria (*cf. p. 237, 82*). HIL. in Matth. 4, 4 criminum, quibus -imus conscientia (*cf.* OROS. hist. 1, 3, 1 cum ... humanum genus libidinibus depravatum peccatis -isset). *proprie*: HIL. in Matth. 24, 7 si -erit *calix interius*, quid proficiet lotus exterius? (*antea*: interiora non mundent). VVLG. Is. 33, 9 confusus est Libanus et -uit et factus est Saron sicut desertum. PRVD. apoth. 146 ne coma ... fumo -at amaro.

obsordet insolescit GLOSS.[L] Ansil. OB 525. *ab* ob *et* sordere, *cf.* obsordescere. -uit *v. s.* obsordesco. *Johann.*

obsorpsio *v.* obsorptio.

obsorptio, -ōnis *f.* *ab* obsorbere. GLOSS.[L] I Ansil. VO 126 (= III Abol. VO 17) vorago: -o (GLOSS. IV 296, 50 [= GLOSS. nom. p. 168] v.: -o et fossa profunda et terrae hiatus. *utrobique trad.* -sorsio [*latere fort. formam genuinam* -sorpsio *vel* -sorbitio *suspicatur Nettleship, Contrib. 540 afferens glossam nescio unde petitam* absorbitio: terr⟨a⟩e]).

obsorsio *v.* obsorptio. *Sz.*

***obstāculum**, -ī *n.* *ab* obstare. *var. l.* -stic- SOL. 24, 6. 52, 38. *cf. l. 37.* GLOSS. ἐμπόδιον. ἀντίστασις. ἀντισκότησις. impedimentum. GLOSS. V 638, 64 cetram: -um, scutum. *inde ab* APVL. (? *l. 36*), TERT., SOL. (*falso* SEN. nat. 2, 52, 1 *E, non constat de* ITALA Eph. 2, 14 *v. p. 239, 7*); *in poesi ap.* AVIEN., PRVD., PAVL. NOL., ALC. AVIT. [*dub.* ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 24 contentionis -o (*S*, intentionis obstinacula *L, Peiper.* obstinatio *exstat ibid. p. 23, 29*, -um *ceterum bis*). *falsa var. l. pro* ostiol- CASSIOD. var. 5, 42, 9.]

i. q. res (*homo p. 239, 13 sqq.*) *obstans, obiex, impedimentum sim.* (*iuxta* obiex *l. 74. p. 239, 21. al.*, oppositio *p. 239, 15*, *cf.* -i obiectus *sim. l. 47*, -i obiex ALC. AVIT. epist. 51 p. 79, 24; *explicatur per gen. identitatis l. 84 sqq., definitionis passim; res impedita indicatur per gen. p. 239, 19 sqq.*, ad *p. 239, 26, saepius in locutionibus verbalibus per dat. vel praepos.; sequitur* quo minus *l. 82*, ne *p. 239, 16, acc. c. inf. p. 239, 25*): **1** *proprie*: **a** *respicitur obscuratio*: **α** *in astrologia* (*fere i. q. defectus l. 36. 42*): APVL. flor. 18 p. 90 *Thales repperit* siderum obliqua curricula, solis annua reverticula, i⟨ti⟩dem lunae vel nascentis incrementa vel senescentis dispendia vel delinquentis -a (obstiticula *trad., def. Armini, Eranos 26, 1928, 333*). FIRM. math. 1, 4, 10 Sol ... Lunae radiis quasi quibusdam -is impeditus cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat lumina. 4, 25, 3 *Luna* occurrentis ... signi -is impeditur. CHALC. comm. 87 -orum effulsionumque et repentinarum obscurationum (*cf. Theo Smyrn. p. 192, 22* ἐπιπροσθήσεων). 124 quos ... defectus mathematici vocant, Plato -a appellat (*Tim. p. 40*[C] ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις) ..., non quo sibi invicem obsistant, sed quod nobis ... inferioris subiectu (ob- *var. l.*) visus arceatur stellae superioris *eqs.* **β** *usu vario*: TERT. anim. 41, 2 lumen aliquo -o impeditum manet, sed non comparet, si tanta densitas -i fuerit. ARNOB. nat. 7, 46 utrumne aliquod -um fuerit, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit *serpens* (*infra*: rei ... alicuius -um). AVIEN. Arat. 1554 Sol dura -a primus ... reserat. AMM. 21, 10, 4 *planities* ... ita resupina et panda, ut nullis hebetetur (*Petschenig, add.* obtutus *Heraeus*; habitetur *trad.*) -is (EVSTATH. Basil. hex. 1, 3, 3 nullis mediis interpolatur -is [*Migne gr. 29, 9*[B] μηδενὶ μέσῳ διακοπτόμενον]). VEG. mulom. 2, 17, 3 cum ... intellexeris claritatem pupillae sine ullo -o hypochymae. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 105, 17. AVG. epist. 167, 14 *membrum* caret lumine et tenebroso inumbratur -o. PS. AVG. in Matth. 13 *margarita* in tegumentis mortalitatis, quasi concharum -o, ... latuerat. PETRON. BONON. RevBén. 14, 1897 p. 4, 16 iubare solis exorto -a nebulosa ceciderunt (*cf.* PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 47[D] lumen ... -o nubis includitur). MART. CAP. 6, 586 remoto ... -o contorti crinis a facie (*cf. p. 246, 6*). **b** *respicitur quaelibet impeditio*: SOL. 24, 6 -o naturalis repaguli in ipsis marginibus haeret unda. 52, 38 ut morari eam *mantichoram* nec extentissima spatia possint nec -a latissima. HIL. trin. 10, 23 clausae domus -is. AMM. 17, 13, 4 *Parthiscus flumen* accolas ... a barbaricis ... excursibus suo tutos praestat -o. HEGES. 1, 24, 1 *Mithridates* Pelusiacis repulsus -is (*aliter gr. 1, 187* εἰργόμενος τῶν ... ἐμβολῶν, *Ps. Rufin.* ab accessu Pelusii prohibitus). 5, 35, 1 densa aedificiorum -a (*antea*: angustiae impedimento erant). HIER. epist. 18[A], 8, 2 (*ad Is. 6, 4*) 'superliminare' illud, id est quasi quoddam -um, intrare cupientibus sublatum est. PRVD. cath. 9, 65 clausus aurium meatus ... purgat ... crassa quaeque -a. ham. 599 carnificem ... progeniem, saepti rumpentem -a partus. perist. 11, 117 prosternunt saepes et cuncta -a rumpunt. MART. CAP. 6, 592 -a montium (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 4, 6, 4 aqua marina, cum aliquibus montuosis -is retardata fuerit, ... perruptis obicibus procedit ad lucem [*aliter Migne gr. 29, 92*[C] ἐπειδὰν σκολιαῖς ... ἐναποληφθῇ διεξόδοις]). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 82 nullo subiecto indigestionis -o (*cf. 5, 2, 41*). ALC. AVIT. carm. 4, 307 lymphis -a tanta parantem *Noe*. CASSIOD. anim. 5 p. 1290[D] si ignem angusto vase concludas, altum ... nequit appetere, quia eum arctissimum -um constat operire. *al.*

2 *translate* (*hic illic colore proprio pellucente*): **a** *generalia quaedam selecta*: PANEG. 12, 7, 7 quis ... crederet tantis successibus tuis ullum -um fore, quo minus omnes exercitus se clementiae tuae traderent ... ? ARNOB. nat. 2, 13 ut sint vobis placidae *potestates* neque ... -a impeditionis opponant (*cf.* AMBR. parad. 3, 17 impedimen-

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

torum [*antea*: obstantia]. Ps. AMBR. paenit. 18 morarum). 2, 28 -o perficitur corporis, ne meminerint *animae* ([*seq.* membrorum impediuntur -o]. AVG. civ. 8, 21 p. 351, 29 D. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 127, 12. *cf.* AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 403, 6. 12, 20 p. 409, 15. SACR. Leon. 285 carnis et sanguis [*i.* -nis] . . . -is). HIL. in psalm. 134, 20 (*ad Eph. 2, 14*) maceriam vel vallum, id est, quo a cognitione dei prohibebamur, -um (*eodem spectat* PRAEF. bibl. De Bruyne, Préfaces 240 amotum est legis -um). AMM. 14, 11, 1 ut auxilio destitutus sine ullo interiret -o. *al.* Ps. AMBR. mans. praef. p. 9^A^ mulieres femineae infirmitatis -o . . . excluduntur (LEO M. serm. 95, 5 corporeae. POMER. 3, 30, 2 sine ullo i. -o. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355^C^ absque pristinae i. -o [*in eadem narratione* RVFIN. hist. mon. 28 p. 452^A^ absque femineae suspicionis -o]). HEGES. 3, 17 p. 215, 14 Aaron . . . *morti serpenti* in omnes -o fuit (*cf.* RVFIN. hist. 10, 34 Athanasium velut horum omnium -um. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 26 -um erat et oppositio quaedam ille vir indigenis adversus Trachonitas et Iudaeis . . ., ne *eqs.* [*gr.* πρόβλημα]). PAVL. NOL. carm. 19, 535 facinus reus atque -a coepit . . . narrare (*538* inplicitis . . . se pedibus retroactum). AVG. civ. 3, 26 p. 137, 30 D. seditionis (-nibus *var. l.*) -um aedem Concordiae . . . contionantibus opponendam (*c. gen. rei impeditae ut*: SALV. eccl. 3, 93 obicem atque -um . . . cupiditatis. ENNOD. dict. 1, 14 p. 427, 6 remotis dicendi -is). c. Pelag. 4, 1, 1 quinque rerum eos obtendere -a (*sc. dogmata insidiosa*). *al.* VITA Hil. Arel. 4 l. 14 mundi (*cf.* PROSP. in psalm. 118, 147 ['intempesta nocte'] saeculi). COD. Iust. 3, 1, 17 quid . . . -i est homines, qui cuiusdam rei peritiam habent, de ea iudicare? GREG. M. epist. 5, 38 p. 325, 20 ad aeternam vitam -um aliquod invenire. *et saepe.* **b** *speciatim in re iudiciali*: COD. Theod. 1, 15, 12 *ut* nemo . . . annositatis se defendat -o (*cf.* 2, 7, 2, 1 [= Iust. 2, 52, 6, 1] citra -um temporis [COD. Iust. 6, 33, 3, 3 nullum ei t. obiciatur -um]). 2, 5, 2 ut interruptis artificiosis -is possidentum astutia comprimatur. 2, 27, 1, 4 *ut debitor* cavillationis istius perdat -um. 16, 10, 11 interclusos sibi nostrae legis -o profanos aditus recognoscant (NOVELL. Valent. 25, 1. *cf. supra l. 8*). CONC. Rom. a. 502 p. 451, 3 nec aliquo se ante tribunal Christi -o muniat. COD. Iust. 2, 18, 20, 2 (*a. 294*) nec agendi quidem propter exceptionis -um facultatem habere. 3, 1, 13, 4 nec pertimescat iudex appellationis -um. 4, 1, 12, 2 lis suo Marte percurrat, nullo ei -o obviante. 4, 20, 14 (*a. 486*) absque ullo praescriptionis -o. 5, 3, 20, 8 nullo -o penitus ex nuptiarum interventu faciendo. 6, 2, 22, 2 (= INST. Iust. 4, 1, 16) nullo -o ei opponendo (6, 43, 3, 3^b^. 10, 35, 3, 2). 7, 4, 17 pr. ne quid -um libertati . . . procedat. 11, 62, 8 (*a. 386*) sine ullius adsertionis . . . -o. *al.*

obstantia, -ae *f.* *ab* obstare. *fere i. q. impeditio*: VITR. 6, 1, 9 *septentrionales gentes* propter -am aëris umore refrigeratae stupentes habent mentes. 8, 1, 7 solis vehemens impetus propter nullam -am umbrarum eripit . . . umorem. 9, 5, 4 *siderum* figurationes propter -am terrae non sunt notae. 10, 9, 6 calculus liberatus ab -a cum ceciderit in vas. SEN. nat. 5, 14, 3 quanto *virium* . . . terrae -am (-a *ES*) auferant *nubes subterraneae.*

obstendo, obstentus *v.* obtendo, obtentus.

obsterno, -ere. *ab* ob *et* sternere. *i. q. sternendo offerre*: APVL. apol. 97 mulierem . . . multo natu maiorem . . . misero puero obicit et -it.

obstetrīcālis (obset-), -e. *ab* obstetrix. GLOSS. III 206, 29 meotice (*i.* μαιωτική) -is (*Goetz,* obsticale *vel* obstricale *trad.*). *i. q. obstetricius*: SORAN. p. 5, 7 -is . . . ratio quid a muliebri differt? ⌊quod pars ab universo; -is enim pars est muliebrium rationis⌋ (*om. b l*). p. 21, 11 -is (*l h,* matricalis *b*) sella sive cathedra . . .; qualis est -is sella? sicuti est sella tonsoris, in qua sedetur ita, ut habeat sub sessu similitudine lunae foramen praecisum, ut illuc infans cadere possit . . .; (p. 22, 8) si vero sella -is non est *eqs.* ([*gr. p. 236, 7* δίφρον μαιωτικὸν ἢ καθέδραν]. Ps. SORAN. epit. 66 CAEL. AVR. gyn. 1, 95. 96).

obstetrīcātio, -ōnis *f.* *ab* obstetricare. *i. q. actus obstetricandi* (*cf.* obstetricia): CAEL. AVR. gyn. 1, 106 si . . . aliqua parte fetus *secundus* procedens fuerit visus, tunc . . . erit -o repetenda.

obstetrīcia, (-ōrum, *vix* -ium) *n. et* **obstetrīcius,** -a, -um. *ab* obstetrix. **1** *n. pl. pro subst. i. q. officia obstetricum* (*cf.* obstetricatio): PLIN. nat. 35, 140 Iove Liberum parturiente depicto (*a Ctesilocho*) . . . muliebriter ingemescente inter -a (-ces *var. l.*) dearum. **2** *adi. i. q. ad obstetricem pertinens* (*cf.* obstetricalis): ARNOB. nat. 3, 10 parturire alias *deas* tractu longo et manus -as quaerere. 3, 20 -is ille *deus* informatus artibus, medicorum alius institutus est disciplinis. DON. Ter. Andr. 473, 6 -am (*Schopen,* hoc extra etiam *trad.*) hanc potestatem Iunoni attribuit. *in imagine*: FRONTO p. 142, 15 v. d. H. (p. 148 N.) sensum dictu periculosum et paene -um (*i. obstetrice indigentem*) pulcherrimo cultu . . . protulisti.

obstetrīco (obset-), -āvī, -āre *et* **obstetrīcor,** -ātus sum, -ārī. *ab* obstetrix. *deponens* (*sec. gr.* μαιοῦσθαι) *p. 240, 15.*

1 *usu originario respicitur auxilium ab obstetricibus praestitum*: **a** *absol. i. q. obstetricis officio fungi*: TERT. nat. 2, 12, 16 *Iovem* vobis patriarcham deorum Caelum et Terra poetis -antibus procreaverunt. PRISCILL. tract. 1, 19 ecclesia matre editi et sapientia -ante producti. VVLG. exod. 1, 19 *mulieres Hebreae* -andi habent scientiam (*cf.* GREG. TVR. Andr. 25 p. 841, 18 *Diana* habet studium -andi). Iob 26, 13 -ante manu eius eductus est coluber tortuosus (*per confusionem verb. hebr. ut vid., cf. sub 2*; mortificavit *Ambr. Iob 2, 5, 21,* peremit *Hier. interpr. Iob, Aug. in Iob p. 563, 14 sec. hebr.* ḥol^e^lah. *explicat* PHILIPP. in Iob 26 p. 691^A^ pietate eius -ante). -ans *fere i. q. obstetrix*: PHILIPP. in Iob 39 p. 767^A^ (*ad 39, 1* parturientes cervas observasti) animas . . . quasi -antis officio . . . observasti. **b** *c. acc.*: *α matrem, i. q. in partu adiuvare*: ITALA exod. 1, 16 (Lugd., Rufin. in exod. 2, 1 = VVLG.) cum -bitis Hebreas (*gr.* μαιοῦσθε). IREN. 2, 30 (46 H.), 4 non . . . obstetrices eam *Matrem* -verunt. SORAN. p. 54, 7 si ab inperita obstetrice male fuerit -ta mulier (*gr. p. 314, 6* φαύλη . . . μαιώσεις). p. 81, 7 qua . . . diligentia -andae sunt illae, quae tarde . . . pariunt? *β partum, i. q. proferre*: IREN. 1, 12, 3 (1, 6, 2 H.) Aeonum emissionem a Propatore et Ennoea eius, cum crearentur, ipsi -asse se affirmant ([*gr.* ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος]. 2, 14, 8 [2, 18, 7] verbi dei genesin exponentes et . . . dei emissiones -antes. 4, 33 [51], 3 emissionem *Christi* . . . semetipsos -tos esse affirmant). 2, 28, 6 (2, 42, 4) quem inenarrabilem . . . vocant, hunc, quasi ipsi -verint primae generationis eius prolationem et generationem, enuntiant (*aliter dist. edd.*). Ps. ORIG. tract. 7 p. 79, 17 (*ad exod. 1, 16 sqq.*) *animae mentesque sanctorum* virtutes bonorum operum, quasi quemdam divini seminis partum de cordis utero -antes, in lucem cogitationis producebant.

2 *per hebraismum respiciuntur dolores, quales mulier obstetrici commissa pati solet*: **a** *c. dat. fere i. q. partum infligere*: HIER. psalt. sec. Hebr. 29, 9 (*8* vox domini parturire faciens desertum Cades) vox domini -ans cervis (cervas *vel* cervos *var. l.*) et revelans saltus (*hebr.* j^e^ḥôlēl, *gr.* καταρτιζομένου, *Itala Sangerm. al.* = *Vulg.* praeparantis, *Veron. al.* perficientis). **b** *c. acc. fere i. q. affligere*: IVLIAN. in Iob 26, 6 (*ad 26, 5*) in graeco: 'numquid gigantes -buntur *eqs.* ?' . . . pro 'resurgunt' '-buntur' interpretatus est a similitudine mulierum parturientium (*gr.* μαιωθήσονται, *hebr.* j^e^ḥôlālû, *Vulg.* gemunt; *aliter Hier. interpr. Iob et Aug. in Iob p. 562, 2*).

deriv.: obstetricatio.

obstetrīx (obsetrīx), -īcis *f.* *cf.* obsistere, obstare. *de orig.*: DON. Ter. Andr. 299, 1 quae opem tetulerit, -x dicitur (473, 5). AMBR. epist. 5, 10 -es dictae, eo quod obsistant dolori vel certe pignori, ne . . . in terram defluat (*cf.* SCHOL. Ter. p. 83, 8 eo quod obstat ventri. p. 87, 1 [*ad* Andr. 515, *v. infra l. 63*] ab obstando, eo quod obstet puerum ab uno in aliud [*locus lacunosus esse videtur*]). *de scriptura*: op- *passim in titulis* (CIL VI 6647. *al.*; *paulo rarius* ob-) *et codd.* (*e. g. l. 48*). -sti- PLAVT. Capt. 629 (*deest A*) *et saepius var. l.*; *cf.* PRISC. gramm. II 166, 1 '-x' . . . pro 'obstitrix' (-sta- *var. l.*). -se- (*per dissimilationem*) *testantur* PROB. app. gramm. IV 198, 33 sq. -x non opsetris (*sic Gundermann et Heraeus, ALL 11, 1900, 325*; opstitris *legit Förster,* obses non ⟨. . .⟩ *olim Endlicher*). GLOSS.^L^ II Abāv. OB 63 -x: quae corrupte obsetrix nuncupatur (V Aa OB 238 GLOSS. V 508, 16). *exstat* CIL III 8820 VI 9720. 9722. 9724. 9725 (*sed* -ste- 9721. 9723. *al.*). X 1933 INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 427 *et primitus* CIL VIII 4896 (e *et* t *in ligatura*). CE 226, 1 (t *insertum paulo supra lineam*). *in codd.* PLAVT. Mil. 697 (opse- *A*) *et passim* (*v. Reiter, BphW. 39, 1919, 642 sqq. Souter, Raccolta di scritti in onore di F. Ramorino 282*); opte- HIER. in Ier. 5, 63, 9 (*V*), osse- SORAN. p. 89, 11 (*cod. Hafn., v. Rose in indice*). *nom.* -ris *l. 42 et var. l.* DON. Ter. Andr. 473 VVLG. gen. 35, 17. NOT. Tir. 24, 47. *de notione*: SORAN. p. 6, 3 quid est -x? femina omnium muliebrium causarum docta, etiam medicinali exercitatione perita *eqs.* (*gr.* μαῖα). GLOSS. μαῖα. quae parturientibus praeest. *cf. l. 82.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., VARRONE, HOR.; *in titulis librorum* Ps. SORAN. epit. ('liber geneciae ad Soteris -x'). EPIST. pontif. Thiel Gelas. 42, 6 liber de nativitate salvatoris et de Maria vel -e apocryphus. [*dub. trad.* PLAVT. Truc. 131 (meretricem *A*).]

i. q. medica parturientium, μαῖα: **1** *proprie* (*attulimus omnia exempla usque ad* TERT., *inde selecta*): PLAVT. Capt. 629 an tu fortasse fuisti meae matri -x . . .? Cist. 141 peperit . . . sine -is opera et sine doloribus. Mil. 697 -x expostulavit mecum parum missum sibi. TER. Andr. 299 -em accerso (515 missast ancilla . . . -em accersitum ad eam et puerum ut adferret simul. Ad. 354. 620 SEN. epist. 117, 30). Ad. 292 nec *habeo* quem ad -em mittam (618). VARRO frg. Non. p. 447, 36 educit . . . -x, educat nutrix. p. 528, 13 natus si erat vitalis ac sublatus ab -e, statuebatur in terra. HOR. epod. 17, 51 tuo cruore rubros -x pannos lavit. VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 *Socrates natus* Phaenarete matre -e. PHAEDR. app. 17, 2 *lupus* -is partibus se posse fungi dixit, promittens opem. COLVM. 7, 3, 16 partus . . . inci[pi]entis pecoris non secus quam -um more custodiri debet. PLIN. nat. 28, 67 (*de urina*) -um nobilitas non alio suco efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus. 28, 70. 28, 83 Sotira -x. 28, 255. 32, 135 Salpe -x. FRONTO p. 118, 15 v. d. H. (p. 124 N.) *liberi regum* -is manu imperium adipiscuntur (CYPR. epist. 4, 3 cum et manus -um et oculus saepe fallatur. ZENO 2, 8, 2 *syn.* medica. COD. Iust. 6, 29, 3, 1 FRG. Enoch 3. *cf. p. 239, 84*). VLP. dig. 9, 2, 9 pr. si -x medicamentum dederit et inde mulier perierit, Labeo distinguit, ut, si quidem suis manibus supposuit, videatur occidisse (*cf. ibid.* 1 -x supponens tenetur). 25, 4, 1 pr. (*ex rescripto divorum fratrum*) tres -es probatae et artis et fidei . . . eam inspiciant (*cf. ibid.* 4. 5. 10 [*edictum praetoris*]. *al.* PAVL. sent. 2, 24, 8 venter inspicitur per quinque -es [INTERPR.: id est medicae]. CYPR. epist. 4, 4 inspiciantur . . . virgines ab -bus diligenter, et si virgines inventae fuerint *eqs. similia saepius*). 50, 13, 1, 2 medicorum quoque eadem causa est . . .; sed et -em au-

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diant, quae utique medicinam exhibere videtur (APVL. apol. 69 medici cum -bus consentiebant. TERT. carn. 20 l. 40 -es et medici et physici. COD. Iust. 6, 43, 3, 1 [*antea*: medicis utriusque sexus]). PAVL. sent. 2, 24, 9 -em, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio adfici placuit. TERT. monog. 16, 8 *antichristus* adducet illis carnifices -es. pudic. 5 p. 227, 15 sciunt . . . -es, quot adulteri conceptus trucidentur. ITALA gen. 38, 28sq. (Ambr. in Luc. 3, 20. *al.*, *cf.* VVLG.) unus de utero eius *Thamar* praemisit manum, quam corripiens -x coccum ligavit dicens: '*eqs.*' . . . *altero exeunte* dixit . . . -x (mulier *Vulg.*): '*eqs.*' (*gr.* μαῖα. *explicat* AMBR. *l. c.* 3, 22 illa -x, fortasse iustitia, quae nos emissos alvo naturae matris excepit). exod. 1, 15sqq. (Lugd. *al.*, *cf.* VVLG.) dixit rex Aegypti -bus Hebreorum . . .: 'cum obsetricabitis Hebreas et fuerint prope partu, si quidem masculus fuerit, occidite eum *eqs.*' (*gr.* μαίαις. *explicant* PS. ORIG. tract. 7 p. 79, 13 -es istae . . . animae sunt mentesque sanctorum. RVFIN. Orig. in exod. 2, 2 p. 156, 30 videntur -es istae duae utriusque testamenti figuram servare . . .; ab his ergo animae . . . velut -bus medicantur. p. 157, 31 si deum times et exhibes -is officium animae tuae . . ., interiorem tuum hominem medicaris et foves). SERV. Aen. 3, 73 nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur praebuisse -is officium (AMBR. epist. 5, 10 consideremus, quod -is o. sit *eqs.* *cf. l. 18*). RVFIN. Orig. in exod. 2, 1 p. 154, 19 -um ministerio (PALLAD. hist. mon. I 56 *monachus* ministerium -is assumpsit [*gr. p. 164, 12 B.* ἰατρίνης ἐπέσχε τόπον]). AVG. civ. 3, 17 p. 125, 15 D. se . . . Aesculapius excusabat, quod archiatrum, non -em profitebatur. *et saepius.* 2 *in imag.*: TERT. anim. 39, 2 omnes idololatria -e nascuntur. *cf. allegorias l. 10. 14sqq.*

deriv.: obstetricalis, obstetricia (-us), obstetrico(r).

GLOSS. II 229, 49 ἀντικοτῶ: **obstigilo** (s *suprascr.*, obstringillo *Heraldus*), obtrecto, officio. *obscurum.*

[obstinācitās *falso cod. B* VLP. coll. Mos. 15, 2, 1.] *?* **obstināculum** *v. p. 238, 25.* **obstinanter** *v. p. 242, 59.* **obstinātē** *v. p. 243, 76.*

⁎obstinātio, -ōnis *f.* *ab* obstinare (obstinatus). GLOSS. mentis duritia vel intentio. contentio, nequitia, stultitia. iniquitas. -e: ἐπιμονῇ. *legitur inde a* CIC., NEP., SEN., *in poesi apud* PRVD.

d *infirmandi, depravandi* (*minus valet quam* extinguere *l. 23. 38*): **α** *-antur sensus sim.*: PLIN. nat. 23, 41 in proverbium cessit 'sapientiam vino -ari' (*cf.* TERT. anim. 45, 6 sapere ... nostrum licet -etur, non tamen extinguitur). QVINT. inst. 8 prooem. 23 illa ... sensus -ant et ... strangulant (RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 64, 9 tegentes et -antes. *cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 3 p. 375/6 intellectum [*gr.* ἐπισκοτοῦντα. *antea*: impedientia, prohibentia]). TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 493, 3 (*ad Luc. 9, 34 v. p. 323, 54*) necesse est excidat *Petrus* sensu, -tus scilicet virtute divina. ZENO 1, 7, 4 -at *David* neminem prophetae terrore (*cf. Hil. in psalm. 130, 3* ultionem non ut propheta orat). PS. AMBR. prec. 2, 6 ira oculos -at (SEDVL. op. pasch. 3, 19 o. metu discriminis -tos. *cf. p. 323, 73. 324, 39*). AVG. spir. et litt. 12, 19 p. 172, 19 tumore superbiae sese -antes (*Rom. 1, 21* obscuratum est insipiens cor eorum). COMM. instr. 1, 17, 14 -ant *vates inanes* populum supplicem, perituri ne credant (*'decipiunt' intellegit Katwijk, 'obcaecant' Dombart in schedis coll. 1, 36, 4* adumbrat). **β** *-antur varia*: TAC. hist. 2, 32, 2 senatum ... et populum, numquam obscura nomina, etiam ⟨si⟩ aliquando -entur (*cf. 1, 55, 4* obliterata). TERT. anim. 39, 1 -at *diabolus* atque depravat *bonum animae* (41, 2 non tam extinguitur quam -atur. HIER. adv. Iovin. 1, 13 p. 232B b. *matrimonii* extenuat et -at *apostolus* comparatione melioris *virginitatis*). adv. Marc. 1, 10 p. 303, 8 tantam idolatria dominationem (*i. regionem*) -ante. adv. Prax. 27 p. 279, 18 manifesta -are. SOL. 1, 105 nisi ... Catilina ... adoreas *gentis Sergiae* odio damnati nominis -asset ([*Plin. nat. 7, 104* gratiam nomini deroget]. AMM. 25, 3, 13 maculis). ITIN. Alex. 40 glorias (IVL. VAL. 3, 39. *cf. p. 323, 74*). FIRM. math. 1, 3, 6 praeclarae artis studium falsis ... mendaciis (2, 29, 3 *honestam professionem*. 8, 18, 1. AMM. 15, 2, 10 *iustitiam. cf. p. 324, 50*). AMM. 16, 12, 70 fama res maximas vel -antibus plurimis silere *nescit* (*cf.* CONSTANTIVS vita Germ. epist. p. 248, 2 vitam ... -tam silentio). *al.* FVLG. myth. 3, 6 (*de Psyche et Cupidine*) consanguineae caritatis ... ardor maritale -vit imperium. AMBR. Abr. 2, 6, 35 veritatem (VEN. FORT. vita Hil. 8, 27. *cf. p. 323, 44*). Noe 4, 10 quod hominem iustum non -et aliorum offensio. in psalm. 36, 9, 1 non ... ille *Abel* fratris voluit -are sacrificium. *al.*

2 *de quolibet modo abscondendi, celandi sim.*: TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 10 (= PS. TERT. adv. Iud. 10, 5) *sacramentum passionis* quanto ... magnificum, tanto magis -andum. 5, 6 p. 588, 15 *sacramenta* de significantiis -ta, in quibus sapientia dei delitiscebat. *al.* ANIAN. Chrysost. hom. 3, 1 dominus multa ... -vit atque operuit (*gr.* συνεσκίασεν). 4, 2 mysterium *generationis Christi* ([*gr.* συσκιάζει]. 4, 3 quasi -tum [*5, 3* opacandum]. AVG. quaest. hept. 6, 30 p. 448, 9 LEO M. serm. 24, 1. 53, 2). AVG. civ. 16, 26 p. 168, 13 D. in testamento vetere -atur novum (*postea*: occultatio. *cf.* epist. 138, 18. 140, 9. quaest. hept. 4, 33 p. 341, 15 *opp.* revelata). *al.*

II *intransitive i. q. umbram iacere* (*cf. quae monuimus p. 323, 29*): **A** *c. dat.*: PLIN. nat. 17, 165 *vitis simplici iugo constans* sibi ipsa non -at adsiduoque sole coquitur. ITALA psalm. 90, 4 (Veron. *al.*) inter scapulas suas -bit tibi (*gr.* ἐπισκιάσει σοι, VVLG. -bit te). 139, 8 (*v. l. 81*). Luc. 1, 35 (*v. p. 324, 61*). act. 5, 15 (cod. e) ut veniente Petro vel umbra eius -ret alicui eorum et liberarentur ab omni valitudine (*gr.* ἐπισκιάσῃ τινί, *codd. dg* inumbraret quemcumque, VVLG. -ret quemquam. *cf.* SERM. RevBén. 13, 1896 p. 345, 58 quo -ante). AMBR. hex. 3, 12, 52 -at ei (*sc. homini fideli*) gratia spiritalis. **B** *c.* super: ITALA num. 9, 20 (Aug. quaest. hept. 4, 16) -at nubes s. tabernaculum ([*gr.* σκεπάσῃ ... ἐπὶ τῆς σκηνῆς, *Lugd.* cooperit, *Vulg.* fuisset]. 9, 22 [*ibid.; gr.* σκιαζούσης ἐπ' αὐτῆς, *Lugd.* inumbrante, *Vulg.* fuisset]. PASS. Theclae 22 Cb p. 59, 12 [s. *om. Ca al.*]). deut. 33, 12 (Lugd., Ambr. patr. 12, 58) deus -vit s. eum (*gr.* σκιάζει ἐπ' αὐτῷ, *Vulg. aliter. inde* AMBR. *l. c.* deus -vit s. eum *Paulum* [*v. act. 9, 8*] ...; non caecitatis est obumbratio ista, sed gratiae). psalm. 139, 8 (Veron. *al.* = VVLG.) -asti s. caput meum (*gr.* ἐπεσκίασας ἐπὶ τὴν κεφαλήν, cod. 136 Cas. -asti capiti, PSALT. Rom. -a caput). RVFIN. *p. 324, 18*.

deriv.: obumbraculum, obumbramentum, obumbratio, obumbratrix.

compos.: inobumbrabilis, inobumbro, superobumbro. *Heine.*

obumo *v.* obhumo.

obuncātio, -ōnis *f.* *ab* obuncus, *cf.* obuncatus, uncatio. *i. q. incurvatio*: CASS. FEL. 40 p. 91, 3 -e unguium, quam Graeci gryposin vocant.

obuncātus, -a, -um. *ab* obuncus, *cf.* uncatus. *i. q. obuncus*: CAEL. AVR. chron. 2, 14, 198 -is unguibus, quod Graeci γρύπωσιν vocant.

obunco, -āre. *ab* ob *et* uncare (ὀγκᾶσθαι), *cf.* oblatrare (*an ab* ob *et* uncus? *cf.* uncinare). [*vix add.* GLOSS.L Corp. o 36 -ans (*leg.* obuncam?): ge(c)nyclede (*anglosax. 'curvata'*).] *i. q. uncando increpare* (*an 'quasi criminum hamis inuncare'?*): RVFIN. hist. 10, 18 p. 984, 11 illa, ut mulierum se talium procacitas habet, -ans (obiurgans *var. l.*, *cf.* GLOSS. -ans: obiurgans) Timotheum *eqs.* (*cf. Theodoret. hist. eccl. 1, 30, 4 ἀναιδέστερον ἐβόα*).

obūnctulus, -a, -um. *cf.* unctulus *et* obunctus. *i. q. (bene) unctus (per blandiloquium)*: TITIN. com. 138 tunica et togula (cog- *trad.*) -a (-unt- *trad.*) adimetur, pannos possidebit fetidos.

obūnctus, -a, -um. *ab* ob *et* unguere, *cf.* obunctulus. *i. q. unctus*: APVL. met. 2, 9, 3 guttis Arabicis -us *capillus*. 8, 27, 1 oculis -is graphice.

obuncus, -a, -um. *ab* ob *et* uncus, *cf.* aduncus, incurvus. GLOSS. -us, -a: ἐπικαμπής. -um: ἐπικαμπές. [*confunditur praeverbium in codd. c.* ab- *l. 28. 31. 35,* ad- *l. 28. 31. 35, dub.* CLAVD. 3, 381 vomere ... adunco (*Birt, v. vol. I 387, 70;* ob- *def. Levy, v. adnot.*). *v. etiam l. 41.*]

i. q. aduncus sim.: **1** *de ipsis rebus curvatis*: **a** *de part. corp.*: *avium*: VERG. Aen. 6, 597 rostro ... voltur -o (ad-, ab- *var. ll.*) ... iecur tondens (11, 755 [ad- *R*]. CLAVD. DON. Aen. 6, 600 p. 587, 5 PS. AMBR. serm. 46, 5 p. 695C. EVSTATH. Basil. hex. 8, 3, 3 [*gr.* ἀγκύλον, *Ambr. hex. 5, 14, 47* incurvatum]). OV. met. 6, 516 pedibus ... -is (ab-, ad- *var. ll.*). CYPR. GALL. lev. 33 miluus ore -o (-o m. o. *C*). *hominum*: DARES 13 naso -o (*cf.* PHYSIOGN. 126 p. 140, 15 naribus [129 p. 142, 4]). CASSIOD. var. 6, 9, 4 avarus -is unguibus explanatur. **b** *de variis rebus* (*cf. l. 24*): NVX 115 nec noceo nec -is (ab-, ad- *var. ll.*) vindicor hamis (*i. spinis*). ARNOB. nat. 6, 12 -a falce. ENNOD. carm. 1, 6, 16 ancora ... mordet -a solum (*cf. l. 40. 45*).

2 *per enallagen* (*sc. de morsibus quasi unco effectis vel de animalibus rostro -o instructis*): CLAVD. 15, 470 reluctantem *hydrum* morsu partitur -o *aquila* (CORIPP. Ioh. 1, 231 *ancorae* [*cf. l. 37*]. Iust. 2, 121 *fibulae* [-o *Partsch*, uv-, ub- *trad.*, ad- *Ruiz*]). SIDON. carm. 2, 307 grypas -os. DRAC. Romul. 8, 477 volucres ... -as.

n. pro subst. **obuncum**, -ī (*vix masc.*). *i. q. uncus, unca pars*: VEN. FORT. Mart. 4, 22 quod *monile* ... nec mordax gemino forceps trutinavit -o. GLOSS.L V Aa o 292 (= GLOSS. V 508, 20) -o: ancora (*Theander cft. III Abstr.* VN *9* uncus: ancora).

deriv.: obuncatio, obuncatus.

[**obundātio** *pro* abundatio *exhibent duo codd.* FLOR. epit. 4, 2, 27.] *W.*

obvolito, -āre. *ab* ob *et* volitare, *cf.* obvolare, advolitare. *i. q. (ob oculos) volitare*: DECL. in Catil. 39 quos in foro ... in oculis civium ... passim -are cernimus (-lut-, abv-, adv- *var. ll.*). 103 *Catilinam* per ora vulgi palam -antem (-lut- *var. l.*). ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 p. 993/4 nihil ... ita oculos animae contristat ut ... turba curarum et quasi -antia ... cupiditatis examina (*gr.* ἐπιθυμιῶν ἑσμός *tantum*).

obvolo, -āvī, -āre. *ab* ob *et* volare. NOT. Tir. 75, 97b -at. *i. q. volando occurrere*: SERV. auct. Aen. 1, 394 ipsam *aquilam* ... Iovi ... -asse in augurium.

***obvolvo**, -vī, -ūtum, -ere. *ab* ob *et* volvere. *perf. act. non nisi* SVET. Iul. 82, 2 -vit. ITALA Luc. 2, 7 (cod. e *al.*) -erunt. ARNOB. nat. 5, 9 -isse. NOT. Tir. 75, 89a -it. SYNON. Cic. p. 416, 7 adoperit ... obumbrat. vertit (?). -it. GLOSS.L Aa OB 291 (*cf.* 125) -ere: obnu⟨b⟩ere (*ex* FESTO *l. 82*). *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVTVM, ENN. scaen., HOR. sat., AVIEN., *in prosa oratione singulis vel binis locis apud* CATONEM, RHET. Her., CIC., VARRONEM, LIV., FEST., CELS., SEN. apocol., CVRT. *praevalente part. perf.; paulo frequentius formis promiscuis inde a* SVET. [*confunditur c.* involvere *p. 327, 1. 27. 53: de* CIC. Verr. II 5, 72 *v. vol. VII 2, 263, 77* (*item ambigitur de* Phil. 2, 77). *dub. vel falso*: EPIST. Alex. l. 348 H. -tos ... orare (*alii* volutos *vel* provolutos). BACHIAR. repar. laps. 23 p. 1062A (*v. Stangl, BphW. 37, 1917, 973*).]

I *notione sollemni, fere i. q. (velandi, amiciendi, ligandi causa) involvere, implicare sim.*: **A** *obi. est, quod (qui) tegitur* (*sc. aut circumdando aut inserendo; immergendo fortasse p. 327, 20. 29. 34, cf. p. 327, 65, nisi medicamentum pro tegmento poni accipias ut p. 327, 3*): **1** *indicatur tegmentum per abl. vel omittitur* (*ambigua vix per dat. explicanda; ex p. 327, 3*): **a** *-i dicuntur animantia*: **α** *partes corporis* (*ipsum corpus p. 327, 4*): PLAVT. Most. 424 capite -to ut fugiat (*item abl. abs.*: CATO or. frg. 43. VARRO rust. 2, 7, 9 *de equo*. LIV. 3, 49, 5. *al. ceterum*: CIC. orat. 74 -endum c. *maerore*. LIV. 23, 10, 9. FEST. p. 170 quia flammeo c. nubentis -atur, quod antiqui obnubere vocarint. *al. v. etiam p. 327, 58*). RHET. Her. 1, 13, 23 ei damnato ... folliculo ... os -tum est ([*locum mutilum restit. codd.*

[*Hermans*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rec., inv- *l*]. CIC. inv. 2, 149). SVET. Dom. 17, 1 bracchio ... lanis fasciisque -to (VVLG. Ezech. 30, 21). APVL. met. 9, 37, 2 -tis ... lacinia ... manibus. VEG. mulom. 2, 57, 3 ex quo *medicamento* ungulam ... -es. HIER. epist. 1, 12, 1 linteo cadaver -unt (*cf.* in Matth. 27, 59 ['involvit'] corpus ... linteamine ... -endum. *cf. et l. 52*). *al.* *alligando*: SORAN. p. 111, 17 pedem ... supra pedem -ere (*gr. p. 150, 13 Ilb.* περιπλέκειν *i. pedes inter se implexos vincire*).

β ipsa animantia: (i) *proprie*: RHET. Her. 1, 13, 23 is *parricida* -tus et obligatus corio (*de eadem re p. 326, 84*). ITALA Luc. 2, 7 (cod. e *al.*) *Iesum infantem* -erunt ([*gr.* ἐσπαργάνωσεν, *Vulg.* pannis ... involvit]. *de eodem*: 2, 12 [Ps. Vigil. Thaps. trin. 3, 61] pannis -tum [*gr.* ἐσπαργανωμένον, *Vulg.* involutum]. HIL. trin. 2, 25 cunis. HIER. epist. 14, 11, 2. *cf. et l. 36. 54*). LACT. inst. 6, 2, 2 terreno adhuc corpore -ti. 7, 17, 8 iustos ... -et libris prophetarum atque ita cremabit *rex impius*. HIER. vita Pauli 17 p. 28^{C} mortuos ... -itis vestibus (EPIPHAN. Hier. epist. 51, 9, 2 EPIST. Clem. Migne 56, 894^{A}). VVLG. Is. 14, 19 quasi stirps inutilis pollutus et -tus (HIER. *ad. l.* p. 162^{C} -tus cum his, qui interfecti sunt [*explic.* p. 162^{D} velut -tum sanie mortuorum]. *ibid. p. 223A* involutus). *al.* (ii) *translate* (*iuxta pos.* obnoxius *l. 24. 28*): ARNOB. nat. 5, 9 terrenis -isse ... sordibus ... matrem *deorum*. RVFIN. epist. Clement. 19, 4 discipuli ignorantiae tenebris -ti (AVG. civ. 10, 24 p. 438, 31 D. peccatis obnoxii et i. t. -ti). AVG. civ. 21, 27 p. 551, 14 D. quoniam ... eis *delictis* ... se -ret humana segnitia. MAX. TAVR. serm. 25, 1 l. 29 M. rebus mundi et divitiis saeculi -tus. GREG. TVR. Mart. 2, 1 peccatis -tus (inv- *var. l.; cf. et l. 50*). CAES. AREL. serm. 89, 5 malis ... obnoxium et ... -tum.

b *-untur res*: *α proprie*: ENN. scaen. 63 fax -ta sanguine atque incendio (*imitatur Varro Men. 486* involuta). LACT. inst. 1, 22, 11 -tam vini amphoram (*de eadem re Arnob. nat. 5, 18* obtecta; *abditamne an clausam significet, parum constat*). DICT. 5, 8 *Palladium* -tum bene, quo ne intellegi ... posset. VEG. mil. 4, 44 bitumine -tae ... sagittae. HIER. interpr. Iob 38, 9 circumposui illi nubem operimentum vel nebula -vi illud *mare* (*cf. gr.* ἐσπαργάνωσα, VVLG. cum ... caligine illud quasi pannis infantiae -rem). *al.* *per comparationem*: IREN. 5, 10, 1 (= 5, 10, 2 H.) velut sentibus -ti homines *quasi semina*. VINCENT. LER. 25, 8 (*ad Matth. 7, 15* in vestimentis ovium) sese divinae legis sententiis velut quibusdam velleribus -unt. *β translate*: HOR. sat. 2, 7, 42 verbis ... decoris -as vitium? PS. ORIG. tract. 10 p. 105, 14 singula ... allegoriae integumentis -ta sunt (16 p. 196, 6). HIER. epist. 64, 19, 1 causas... esse -tas et ... oculis non patere. tract. in psalm. I p. 120, 21 veritas... quasi quibusdam verborum tenebris -itur (*cf. l. 50*). GREG. M. in Ezech. 1, 6, 11 p. 833^{D} verba ... obscuritatibus -ta. 1, 8, 33 p. 869^{C} -tum mysteriis libri initium.

2 *indicatur tegmentum aliis structuris*: a *per praep.* in: *c. abl.*: APVL. apol. 55 res in sudario -tas. PS. ORIG. tract. 7 p. 80, 22 sacramenta in veteribus ... imaginibus -ta erant. LACT. inst. 1, 1, 7 -ta in obscuro veritas latet. VVLG. Sirach 12, 13 -tus est in peccatis eius (*sc. comitis improbi. gr.* συμφυρόμενον). CONC.^{S} I 5 p. 327, 24 rec. B corpus ... -tum in sindone (*Migne gr. 26, 1059^{B}* εἱλίξας, *rec. Q* inv-). GLOSS.^{L} IV dub. Plac. C 48 panni, in quibus infantes -untur. *c. acc.*: GREG. TVR. glor. conf. 35 eum ... in aliquod indignum facinus -tum. b *per dat.*: GARG. MART. med. 5 *malva* lanae -ta et illigata (*cf. Plin. nat. 20, 225* adalligata in lana). c *tegmentum ponitur pro subi.*: RVFIN. hist. mon. 7 p. 411^{B} linteum, quod collum et caput -ret.

B *obi. est ipsum tegmentum* (*sc. quod circumponitur; vix huc referas l. 80*): CELS. 8, 15, 7 fascia ... sub ala -ta.

C *structurae recentiores*: 1 -tus *aliquid* (*aliter p. 328, 3*): APVL. met. 11, 10, 1 illae limpido tegmine crines madidos -tae. 2 -ere *aliquem aliquid* (*sc. per contaminationem, v. Svennung, Unters. Pallad. 229*): CHIRON 585 lanam (lana *Oder*) eos -es. SORAN. p. 29, 7 vinum (vino *Rose*) ... eos -bant (*gr. p. 59, 14 Ilb.* λούουσιν).

II *notionibus minus solitis*: A *respicitur motus volutandi*: 1 *i. q.* (*volvendo*) *obicere, admovere* (*pass. praeter l. 69*): TERT. adv. Hermog. 25, 1 alia nobis -itur quaestio. SORAN. p. 42, 4 -as, quod eum *infantem sedentem* continere possit (*cf. gr. p. 85, 21 Ilb.* παραθέσει). *de supplicibus* (*dubium p. 326, 71*): DICT. 2, 19 genibus Achillis -tae ... oraverant (2, 42 -bantur. 2, 50 cum ... -ti g. deprecarentur. 3, 24 -ta g. eius *Polyxena*). *?* 2 -i *i. q. circumagi*: AVIEN. Arat. 1652 Nubi (*i. Praesepio sideri*) ..., quae Cancro -itur alto (*vix ad gr. 893* ἠγηλάζει, *sed potius ad gr. 996* τὴν Καρκίνος ἀμφιελίσσει, *quod vertit etiam 1736* excelso quod Cancer cardine volvit).

B *respicitur actio complicandi, conglomeratio* (*inde incurvatio p. 328, 1*; in se *l. 83*; *de supplicibus l. 70*): AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 p. 467, 4 si laqueos ..., quos resolvere ... deberent, constrictius implicant et -unt (*vix ad l. 59 trah.*). PS. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 (*de serpente*) nunc ... pectus erigere, nunc -tis orbibus complicare (*pendent 1, 3* revolutis o. replicare *et* ed. Caillau II app. 1, 3 -tis artibus c.). SORAN. p. 95, 6 si ... in se -tae sunt *secundae* (*gr. p. 146, 9 Ilb.* εἰς αὐτὸ συνεστραμμένον). ISID. orig. 4, 6, 4 (*explic. vocem q. e.* ilia, *v. vol. VII 1, 325, 15 sqq.*; *item* 11, 1, 100 quod ibi nos -amus). -tus *aliquid* (*aliter p. 327, 61*): VITA Mauril. (BHL 5730) 20 *puer aegrotus*, qui omnem compagem membrorum -tus, ita ut glomus involvi solet, tenebatur astrictus (*postea*: contracti membra ... extendi).

deriv.: obvolutio.

obvolūtio, -ōnis *f.* *ab* obvolvere. 1 *i. q. actio involvendi, involucrum*: GAVDENT. serm. 19, 6 G. -o ... pannorum (*sc. infantis*). MACR. somn. 1, 11, 12 aetheria -e vestitur *anima*. CASSIAN. conl. 17, 17, 5 hispidam ... speciem -e pellium simulare non timuit *Iacob*. CAEL. AVR. acut. 2, 11, 79 calefactionibus ... adhibitis cum -e atque modica strictione ex lanis effecta. 2 *i. q. status complicando effectus*: GLOSS. med. ed. Heiberg p. 95 yleon: dolor validus ... et -o intestinarum (*cf. Recueil M. Niedermann 130*).

obvolūto (obvolūtor), -āre (-ārī). *ab* ob *et* volutare. [*falso, ut vid.*: VEG. mulom. 4, 18 -atus (*cod. A*) *pro* obluctando (*sic cod. L sec. Colum. 6, 16, 1*).] DOSITH. gramm. VII 427, 12 genibus -ans (i. geniculans *add. M*) γονούμενος. *Hermans.*

obūro *v.* 1. obustus.

oburvās (-arb-, -urb-): circumscribis; dictum ab urvo (arbo), qui est incurvatura aratri *eqs.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. o 4. *ab* ob *et* urvare (*cf. Fest. p. 375* urvat ... circumdat).

1. obustus, -a, -um (*inde* obūro *l. 24*). *ab* ob *et* ustus (urere), *cf.* ambustus. GLOSS. oburo: καταφλέγω. κατακαίω. περιφλέγω. *inde a* VERG., *fere in poesi.*

i. q. adustus: 1 *sc. igne*: VERG. Aen. 7, 506 torre ... -o. 11, 894 stipitibus ... sudibusque ... -is (OV. met. 12, 299 s. ... -a [ad- *var. l.*]). SIL. 4, 282 -o robore diram ... trabem. 10, 159 quercu... -a. SERV. auct. Aen. 3, 635 'acuto': fuste -o. *de cibis assis*: RVFIN. hist. 3, 6, 25 -ae carnis nidore (*cf. Heges. 5, 40, 2* ambusta). SEDVL. carm. pasch. 5, 371 piscis -i (op. pasch. 5, 31 -i p.; *sec. Luc. 24, 42* assi). 2 *sc. gelu*: OV. trist. 5, 2, 66 gleba ... canenti semper -a (ad- *var. l.*) gelu.

deriv.: 2. obustus.

2. obustus, (-ūs) *m.* *ab* oburere. GLOSS. II 341, 8 κατάκαυσις: conbustus, -s.

oc, occ (*i.* hoc) *v. vol. VI 3, 2695, 75. 2697, 10. 2699, 25.* *W.*

1. occa, -ae *f.* [*potius retrograde ab* occare *formatum* (*sicut* *seca > *it.* sega '*serra*' *etc. a* secare) *quam primarium. Sch.*] *de notione v.* GLOSS. *l. 45 sqq. 57.* [*venet.* (*trident.*) ȯca; *cf. M.-L. 6028. Battisti-Alessio IV 2621. G.*]

1 *i. q. instrumentum occandi* (*sc. cratis, rastrum sim.*; *ad rem v. Olck, RE V 1983 sqq.*): CYPR. GALL. exod. 318 cetera *grando* mersit, quae conspersa solo nondum deprompserat -a. GLOSS. -a: rastrum. -as: fealga (*anglosax.*). *cf. etiam* GLOSS. V 654, 42 (*v. s. v.* occo). GLOSS.^{L} Corp. O 111 -a: faelging (*anglosax.*). 2 *per metonymiam de agro*: GLOSS. ALL 2, 1885, 321 (*substituit pro Isid. orig. 17, 2, 4* occare ... arbores) inde dicitur -a ager non procul ab oppidis ligonibus magis utens quam vomere (nomen *trad.*) vel aratris. 3 *per similitudinem de praesaepibus*: VEG. mulom. 1, 56, 5 cratis, quae -a (iacca *ed. pr.* [*v. vol. VII 1, 4, 58 sq.*], cocca *P*, gaza *F*, zaca *A* [rastrellaria *in marg., quod affert Lommatzsch in ind. p. 321*]) vocatur a vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit ... nec nimis humilis (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 558 sq.*).

2. occa, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *de frutice vel herba incerti generis* (*i. q.* '*calabrix*' *André*): GLOSS. III 571, 57 -a i. frutex qui in sepibus nascitur et habet prunellas rubeas (*cf.* 593, 19 herba quae per sepes *eqs.*; *sim.*: 615, 1. 627, 8; praesep- *Goetz in indice, quod improbat Delz in plagulis*).

3. occa *v.* auca (*vol. II 1188, 76*). *Löschhorn.*

occabus, -ī *m.*, ὄκκαβος. -cav- *l. 65.* *i. q. bracchiale* (*collare?*): CIL XIII 1751, 15 (*a. 160*) Q. Sammio Secundo ab XV viris -o et corona exornato. EPIST. quindecimvir. (CIL X 3698 *a. 289*) 23 permisimus ei -o (*scrib.* -cav-) et corona ... uti. *W.*

occaecātio, -ōnis *f.* *ab* occaecare. *scribitur* obc- *praeter l. 69* (occ-), *l. 71* (obsc-). *plur. l. 79.* GLOSS. -o: ἀποτύφλωσις.

1 *de occultatione* (*explicatur vox q. e.* occatio *sec. Cic. p. 329, 33*): SEPT. SER. carm. frg. 3 occatio -o (occ-) est (ISID. orig. 17, 2, 4 o. quasi -o, quod operiat semina). 2 *de caecitate mentis* (*sc. per infidelitatem*): VVLG. Rom. capit. 20 cod. Fuld. de -e (obsc-) Iudaeorum ([*ad 11, 25* caecitas]. LEO M. serm. 32, 2. 4 PROSP. vocat. gent. 1, 10 p. 662^{B}. *eorundem*: LEO M. serm. 53, 2 vestra. PROSP. vocat. gent. 1, 13 p. 666^{B} sua. SACR. Greg. 79, 16 illius populi). LEO M. epist. 28, 2 CONC.^{S} II 2, 1 p. 26, 1 splendorem ... veritatis -e sibi propria tenebrarat (*gr. II 1, 1 p. 12, 7* τυφλώσεως). 28, 5 *ibid.* p. 31, 5 ut ... eadem -e desipiat (*gr. l. c. p. 17, 23* τυφλώσει). 59, 2 CONC.^{S} II 4 p. 34, 25 (*var. l.* obsecr-). 129, 1 *ibid.* p. 85, 8 ruinas et -es suas. 147, 2 *ibid.* p. 97, 25 haereticorum. AVELL. p. 358, 20 induratus -e diabolica. PROSP. c. coll. 9, 4 si liberum arbitrium obcaecatum esse dicatur, -o ipsa ad naturae refertur auctorem. GREG. M. moral. 27, 12 quasi horum guttis -is humanae pulverem rigando.

***occaeco**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* caecare. *scribitur* occ- *inde a* PLAVT. Men. 181 CIC. de orat. 2, 329 fam. 15, 1, 4,

[Heck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

semper apud LIV. *et* COLVM., obc- *inde a* RHET. Her. 3, 19, 32 *saepius* (*hic illic var. l.*), obsc- *non nisi* ITALA I Ioh. 2, 11 cod. h *man. pr.; hic illic* -cec- *pro* -caec-. *form. brev.* -asse(n)t LIV. 42, 43, 3 HIER. tract. in Marc. p. 357, 9 (-visse *sim. non invenimus*). NOT. Tir. 46, 45 -at (*item* 111, 24). GLOSS. -o: ἐκτυφλῶ. -at: excaecat. GLOSS.[L] II Philox. OC 3 -tus: ἐξοφθαλμίσας (*pro* -σθείς ?). *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVT., PACVV., *in* CVLICE, LAVDE Pis.; *ceterum inde a* RHET. Her., CIC., BELL. Afr., LIV.

I *transitive c. obi. acc. i. q. caecum reddere, excaecare*: **A** *-ari dicuntur, quae obumbrantur vel teguntur*: **1** *obscurando* (*saepe in imag., accedit* velut *l. 18; per comparationem rei clarioris* PLAVT.): PLAVT. Men. 181 solem vides, satin ut -tust prae huius corporis candoribus? (*cf. l. 20*). RHET. Her. 3, 19, 32 (*de memoria*) nec nimis inlustris nec vehementer obscuros locos habere oportet, ne aut -entur tenebris imagines aut splendore praefulgeant. CIC. de orat. 2, 329 narratio obscura totam -at orationem. LIV. 33, 7, 2 densa caligo -verat diem. COLVM. 3, 7, 3 *ratio* velut ignorantiae tenebris -ta luce veritatis caruit (*cf. l. 29 et* CASSIOD. in psalm. 118, 86 eam *veritatem* ... nebulis -are). LAVS Pis. 148 aether aurea ... -at sidera nimbis. ITALA Matth. 24, 29 (Iunil. 2, 24) sol -bitur ([*gr.* σκοτισθήσεται, *pars codd. c. Vulg.* obscurabitur; *paulo aliter l. 12*]. *item de die novissimo*: LACT. inst. 7, 24, 7 quibus *tenebris* -bitur caelum). IREN. 2, 8, 2 (= 2, 7, 1 H.) in caliginem ... convertetur ... et -bitur ... lumen (OPTAT. 2, 21 p. 58, 4 sub nube simplicitatis -to astutiae l. HIER. in Eph. 6, 11 p. 547[D] quod ... animae l. ... corpus ... obumbret, operiat et -et). AMBROSIAST. in I Cor. 15, 41 sicut carbo cinere ... coopertus -atur. HIER. tract. in Marc. p. 357, 9 (*ad Marc. 11, 11* vespera ... hora) cum templum ... ignorantiae tenebrae -assent. SALV. eccl. 2, 34 exstinctae ... et -tae sunt *lampades*. *transfertur ad vultum trucem, ut vid.*: VVLG. Sirach 25, 24 *nequitia mulieris* -bit vultum ... tamquam ursus (*gr. 25, 17* σκοτοῖ). **2** *abscondendo* (*huc fortasse pertinent l. 25. 26. 27*): CIC. Cato 51 id *semen* -tum cohibet *terra*, ex quo occatio ... nominata est ([*inde* FEST. p. 181 ab -ando fruges satas. *cf. p. 328, 69*]. AMBR. exc. Sat. 2, 55 -ta [occata *var. l.*] et mortua *s.*). COLVM. 2, 2, 9 aliquae *fossae* fiunt patentes, quaedam etiam -antur (2, 2, 10 PLIN. nat. 18, 47).

B *-ari dicuntur, qui visu privantur*: **1** *obtunditur acies mentis* (*sublucente saepius imagine, maxime v. l. 47. 55. 67. accedit ablativus passim, praep.* ad *l. 52,* circa *l. 63,* ab *per graecismum l. 61*): **a** *obi. est animus sim.*: CIC. Phil. 4, 9 spes rapiendi ... -at animos (LIV. 5, 37, 1 -at a. fortuna. 28, 24, 15. 38, 21, 7 ira et pavore. 43, 10, 3 spes. SEN. epist. 94, 5 RVFIN. patr. 1, 6 p. 309[A]. *al.*). LIV. 42, 43, 3 ni spes ... pacis -asset consilia *regis* (*cf.* PROSP. c. coll. 9, 4 arbitrium [*v. p. 328, 80*]. BOETH. in top. Cic. 5 p. 375, 15 -to obscuratoque iudicio). ITALA Is. 6, 10 (Ambrosiast. in II Cor. 4, 4; *v. l. 53*) -vit oculos *sc. animi* ..., ne videant ([*gr.* ἐκάμμυσαν, *Vulg.* claude]. Ioh. 12, 40 [cod. a *al.; gr.* τετύφλωκεν, *Vulg.* excaecavit]. I Ioh. 2, 11 *v. p. 330, 8. al.*). Marc. 6, 52 (codd. f l = VVLG.) erat ... cor illorum -tum ([*gr.* πεπωρωμένη, *aliae verss.* obtusum]. Rom. 1, 22 [Gild. Brit. 97 chron. III p. 79, 20; *gr.* ἐσκοτίσθη, *Vulg.* obscuratum]. IREN. 5, 24, 3 ad obliviscendum... deum. *al.*). II Cor. 4, 4 (Ambrosiast. *ad l.*) sensus infidelium (*gr.* ἐτύφλωσεν, *Vulg.* excaecavit). HIL. trin. 2, 5 p. 54[B] sensus contemplationem ... lumen *dei* -at. HIER. tract. in psalm. I p. 280, 11 si mens fuerit -ta. *al.* **b** *obi. sunt homines* (*aeon l. 63, bestia l. 59,* artus *l. 68*): CIC. fam. 15, 1, 4 non stultitia -tus, sed verecundia deterritus. BELL. Afr. 40, 4 legiones ... metu ac terrore -tae. LIV. 3, 66, 4 -tos lupos (*i. Romanos*) ... rabie ... esse (*cf. de bestia*: COLVM. 6, 36, 4 velut incensum et -tum cupidine *asinum*). HERM. vulg. mand. 5, 2, 7 *homo* -atur a cogitatione bona (*gr.* ἀποτυφλοῦται ἀπὸ κτλ., *Pal.* cogitatio ... excaecatur). IREN. 2, 17, 9 (= 2, 22, 3 H.) emissionem *aeonis* ... -tam circa agnitionem ... patris. GAVDENT. serm. 12, 8 G. mundus diaboli praestigiis -tus. PACIAN. (?) sim. carn. p. 145, 25 humanis passionibus *Christi* -antur (*sc. ne adgnoscant eum deum; antea*: obbrutescunt). PS. HIER. epist. 19, 9 cum ..., ne in legem introspiciant, obtentis prae facie -entur aulaeis. *al.* *transfertur ad membra* (*sc. hominis metu turbati, cf. l. 58*): CVLEX 199 nec ... aspiciens (*sc. serpentem*) timor -verat artus (*'si appropinquantem procul pastor vidisset serpentem, facile factum esset, ut timore eius membra torpescerent' Leo; alia temptat Helm, Hermes 81, 1953, 63 sq.*).

2 *obtunditur acies oculorum*: LIV. 22, 43, 11 -tum pulvere offuso hostem (PLIN. nat. 10, 9 *aves* respersu pinnarum h. [*i. aquilam*] -antes [h. *om. c. parte codd. Mayhoff*]). RVT. LVP. 2, 7 oculis ... humore -tis (CELS. 8, 4, 1. 7. VVLG. Sirach 43, 4 *sol* radiis ... -at o. [*gr.* ἀμαυροῖ]. GREG. TVR. Iul. 10 p. 569, 5. *v. etiam l. 47. cf. et* SALV. gub. 7, 81 lumen [*i. oculum*]). SEN. contr. 9 praef. 5 ex ... obscuro prodeuntes loco clarae lucis fulgor -at (*item nimia luce*: VAL. MAX. 2, 10, 6 claritate viri *Marii* -tus *servus*. PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 48[A] fulgore luminis ... *Iesu* paene -ti. *v. etiam l. 76, cf. etiam l. 55*). CELS. 6, 6, 37[B] subito -ti sunt. SERV. auct. Aen. 3, 678 eo *Polyphemo* -to (*Serv.* caecato).

II *absol. vel obi. suppl.* (*addendum fortasse* PLIN. *l. 74*): PACVV. trag. 412 noctis ... -at nigror (*sc. diem? an nautas?*). PLIN. nat. 11, 146 magna cogitatio -at abducto intus visu. LACT. inst. 2, 14, 10 *magi* visus hominum praestigiis -antibus fallunt (*item part. praes. abl. abs.*: AMBROSIAST. in II Cor. 4, 3 perfidia -ante. PROSP. vocat. gent. 1, 4 -ante superbia. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 126, 9 -ante illo *corpore*).

? **III** *intransitive i. q. caliginem, caecitatem offundere* (*c. dat., cf.* obscurare *alicui p. 167, 37*): ITALA I Ioh. 2, 11 (Serm. RevBén. 59, 1949 p. 104, 29) tenebrae -verunt oculis eius (*gr.* ἐτύφλωσεν, *aliae verss. et* VVLG. oculos, *aliae verss.* excaecaverunt, obscuraverunt).

deriv.: occaecatio. *Heck.*

occaedo *v.* occīdo, **occaesio** *v.* occisio.

occal- *v.* occall-.

occallātio, -ōnis *f.* *ab* occallatus (-are). *i. q. obduratio* (*sc. castigando effecta, cf. l. 21*): PRISCILL. tract. 4, 77 abstinentiam diliciarum et -em corporis.

occallātus, -a, -um *et inde* **occallo,** -āre (-āns). *ab* ob *et* callum, *cf.* incallare, occallescere. obc- ITALA. **1** -us *i. q. callo obductus, callosus*: SEN. nat. 4, 13, 10 quid sentire possunt emortuae fauces et -ae ...? (decall-, occult- *var. ll.*). CASS. FEL. 7 p. 14, 11 *ionthi* solidantur et -i indecentem faciunt vultum (*cf. de eadem re Oribas. eup. 4, 52 La* callosus factus). **2** -are *i. q.* (*castigando*) *quasi obdurare*: ITALA Esth. 14, 2 p. 79, 25 Motzo (cod. Y) corpus suum -ans humiliavit (*Vulg.* ieiuniis, *gr. 4, 17[k] sine resp.*).

deriv.: occallatio.

occalleo, -ēre. *ab* ob *et* callere, *nisi ab* occallui (*v. s.* occallesco). GLOSS.[L] II Philox. OB 4 -et (obc-): παχυδερμεῖ.

occallēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* callescere. *saepius scribitur* obc- *et* -calesc-. *perf. praeter* OV. *l. 34.* CELS. *l. 37.*

1 *intransitive i. q. callosum fieri, obrigescere*: **a** *respicitur rigor quidam corporis* (*-it ipsa* durities *l. 42*): PLAVT. Asin. 419 latera conteram tua, quae -uere (-cull- *var. l.*) plagis (*cf. de effectu tormentorum*: PRVD. perist. 10, 582 quis hunc rigorem pectori iniecit stupor? ... corpus omne *martyris* -uit). OV. met. 14, 282 os ... meum sensi pando -ere rostro (*sc. in suem mutatus*). CELS. 4, 31, 3 an tumor iam ... -uerit (4, 31, 6). 6, 18, 3[B] sive ... crustae -erunt (*cf.* BOETH. Porph. isag. p. 34, 4 cicatrix cum ... -uerit [*gr.* ἐνσκιρωθεῖσα. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 243, 1]). 6, 18, 5 -it etiam in cole interdum aliquid idque omni paene sensu caret. 7, 18, 6 ubi eae *membranae* gravatae -erunt. VEG. mulom. 2, 135, 6 si vetustate scabies -uerit (*cf. Colum. 6, 32, 2* inveteravit, *Hippiatr. gr. II p. 54, 6* ἀπεσκληρύνθη). HIER. epist. 24, 5, 1 durities de genibus camelorum in illo ... corpusculo per orandi frequentiam -uisse perspecta est (*inde* VITA Mauril. [BHL 5730] 28 genua ... quadam duritie ad instar genuum camelorum ... -uisse). **b** *respicitur torpor mentis* (*de ipsa caecitate l. 52, de moribus l. 48*): CIC. Att. 2, 18, 4 de Statio ... angor equidem, sed iam prorsus -ui. SEN. dial. 5, 41, 3 cum ex ira in odium -uit *hostilis affectus*. COLVM. 8, 16, 6 (*de piscinis agitur*) quoniam sic mores -uere, non ut haec usitata, verum ut maxime laudabilia ... iudicarentur. PLIN. epist. 2, 15, 2 me praedia ... parum commode tractant, delectant tamen ... et alioqui longa patientia -ui. AVG. serm. coll. Morin p. 194, 13 usque adeo caecitas mentis -uit ...?

? **2** *transitive i. q. callosum reddere* (*acc. graec. intellegere vid. Stangl, BphW. 37, 1917, 973*): BACHIAR. repar. laps. 23 p. 1062[A] si livore -ueris (obvolveris *A*) corpus tuum (*ad I Cor. 9, 27* castigo c. meum).

cf. occalleo. *W.*

occallo *v.* occallatus.

occāmen: contisio (concisio *Osb. 401,* contusio *Martinius*) GLOSS. V 606, 1. *ab* occare.

DIOSC. 4, 67 (*cod. e*) quem *strychnum* **occamin** (alicaccabum *cett.; v. vol. VI 3, 2515, 68*) vocant (*gr. 4, 71* ἁλικάκκαβον). ? *corruptum ex* (ali)cacanum (*vel* -auum), *cf. vol. VI l. c. 70.* *Löschhorn.*

occano (-cin-), -uī *vel* -(ce)cinī, -centum, -ere. *ab* ob *et* canere. -can- SALL. (*inde l. 70*), TAC., GLOSS. *l. 73. 75* (*addas fort.* PLAVT. *l. 76*), *ceterum* -cin-. *perf.* -canui SALL., -cecini *et* -cinui *exhibet* LIV.; *cf. praeterea l. 72. 80 et* DIOM. gramm. I 373, 23 -o -cini; est enim cano cecini; in compositione ... amittit unam syllabam; sed Sallustius *eqs.* (*affert l. 80*). PRISC. gramm. II 529, 4 -o -cinui; quidam autem et -cano -canui protulerunt ut ... (*affert l. 80*); sed Probus -cini quoque existimat posse dici. *part. perf. testatur* PRISC. gramm. II 530, 7 -o -tum. 571, 13 -or -tus ... quamvis -cinui... praeteritum. GLOSS. -cano: κατᾴδω. -cino: contra cano. -o(r): contra canto (*vix dep., cf. l. 72*). GLOSS.[L] III Abol. OB 29 obgannire: -canere (*sim.* GLOSS. V 636, 13). [*e coni.*: PLAVT. Amph. 227 tubae contra utrimque -canunt (*Bergk,* t. u. canunt contra *trad.,* t. u. contra canunt *Guyet, v. vol. III 266, 18*).]

i. q. canendo obstrepere (adversum *p. 331, 2, iuxta* occipere *p. 331, 4*): **1** *de signis militaribus* (*addas fort.* PLAVT. *l. 76*): SALL. hist. frg. 1, 135 cornicines -uere (cornua -uerunt *Serv. georg. 2, 384 ad* 'salui' *coll.* 'canui'). TAC. ann. 2, 81, 2 Sentius -ere cornua tubasque ... iussit. AMM. 16, 12, 62 -ente liticine. 31, 15, 13 bucinis ... -entibus. **2** *de cantu avium* (*omine praeter* APVL.): LIV. 6, 41, 8 si -cecinerit (-cinerit *unus cod.*) avis *auspiciis*

[*Heck*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adversa. 10, 40, 14 ante consulem haec dicentem corvus voce clara -uit (PARIS 1, 4, 2 c. in eum *Gracchum* adversum -entes [*Nepotian.* adversis vocibus]). APVL. flor. 13 p. 46 haec animalia (*i. aves*) inter se vario tempore et vario modo -unt et occipiunt carmine.

deriv.: occentus, *cf.* occentare.

occānsio *v.* occasio. **occanto** *v.* occento. *Heck.*

***occāsio,** -ōnis *f. ab* occīdere. *de scriptura*: PROB. app. gramm. IV 198, 21 -o non occansio. *hoc traditur* TAB. devot. Audollent 140, 13 (*s. II/III*) *et in codd. inde a s. IV/V; v. Heraeus, ALL 11, 1900, 319. Waszink ad Tert. anim. 24, 12. ceterum librarii hic illic praebent* hocca-, oca- (*sed* GRAMM. suppl. 297, 15 -o . . . per duas c), -assi-. *c. apice* -á- LAVD. [Turiae] (CIL VI 37053) 10. NOT. Tir. 30, 37. 37ᵃ. *de notione et differentiis*: CIC. inv. 1, 40 -o . . . est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem; quare cum tempore hoc differt: . . . in tempore spatium quodam modo declaratur . . ., in -e ad spatium temporis faciendi quaedam opportunitas intellegitur adiuncta (*cf.* 2, 40. *inde* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 27 p. 224, 32 RHET. min. p. 595, 3). off. 1, 142 tempus . . . actionis opportunum Graece εὐκαιρία, Latine appellatur -o. FEST. p. 178 -o opportunitas temporis casu ⌊quodam provenientis est⌋ (proveniens PAVL.). ISID. diff. 1, 399 -o arrisit, opportunitas se praebuit (*cf. p. 335, 17 et* GLOSS.ᴸ IV Plac. o 20). SYNON. Cic. p. 426, 13 facultas. copia. potestas. condicio. -o. tempus. locus. opportunitas. GLOSS. πρόφασις, αἰτία, εὐκαιρία, ἀφορμή. παρεύρησις. *legitur inde a* PLAVTO *aliisque scaenicis,* ASELL., RHET. Her., CIC.; *in dactylis* -ŏ MART. 8, 9, 3. IVV. 13, 183 (*interpol.?*). 15, 39 PS. CATO dist. 2, 26 AVSON. 12, 3 p. 324 P. *al.* [*1) praepositione servata: tusc. vet.* (*pis.*) occagione; *francog. vet. et med.* (*pic., wall., loth.*) oc(h)oison, okison *etc., comit. vet.* ochoisun, *comit.* otchéson; *francoprov. vet.* ochison; *prov. vet.* ocaizo(n), ochaizó, ocaió; *port. vet.* ocajon. *2) praepositione mutata: a) it. vet.* accagione, *it.* cagione, *abrut.* accasione, akkaǧǧone, *calabr.* accasioni, *sic.* accasijuóni, *langob. vet.* caxon, *aemil. vet.* chaxone; *sard. centr. vet.* casione, *sard. centr.* (ak)kayòne, kaǧǧòne; *francog. vet. et med.* achaison, ach(e)ison, achoison *etc.*, cheson, choison *etc.*, *norm., francog. occ.* achaison, ašwezõ; *prov. vet.* cayson; *hisp. occ.* (*galic.*) acajon; *port. vet.* cajom, *port.* cajão. *b) francog. vet.* encheson, enchoison *etc.*; *prov. vet.* encaizon, *lemov.* enchaisoú. *c) francog. vet.* eschoison, esquoison *etc. cf. M.-L. 6029. Wartburg VII 295 sqq. Battisti-Alessio I 21. 661. Wagner I 264. Machado I 454 sq. G.*]

I *exempla notiones illustrantia*: **A** *vi temporali vigente i. q. opportunitas temporis ad faciendum aliquid,* εὐκαιρία:

1 *vario usu* (*specimina paucissima*): PLAVT. Asin. 278 si -i huic tempus sese supterduxerit (Men. 552 dum datur mi -o t.que. Pseud. 958 nunc -o est et t. Trin. 999 t. . . . atque -o [CAES. civ. 2, 14, 1]. CIC. Flacc. 85 non -o, non t. LENT. Cic. fam. 12, 14, 4 quocumque tempore -em habueris. *al. cf. l. 67. p. 334, 41*). Poen. 891 locus -oque est (TER. Haut. 233 -o, l., aetas. LIV. 6, 23, 6. *cf. l. 67*). ASELL. hist. 5 ⟨non⟩ decertare, nisi summa necessitudo aut summa -o data esset (CIC. inv. 2, 61. *cf.* LIV. 1, 5, 5 aut per -em aut per necessitatem [VAL. MAX. 7, 2, 2 SEN. benef. 2, 13, 2 QVINT. inst. 2, 13, 2. *al.*]). CIC. Mil. 40 non modo -o, sed etiam causa (SEN. contr. 9, 1, 15 SVET. Aug. 47 APVL. apol. 28. *cf. p. 332, 10 sqq.*). fam. 7, 8, 2 -em et facultatem (SEN. benef. 4, 32, 4. 4, 40, 3. *cf. p. 333, 20*). CAES. civ. 3, 85, 4 non facile -em (*sc. dimicandi*) postea reperiemus. HOR. epod. 13, 4 rapiamus . . . -em de die. LIV. 6, 41, 1 -bus potius quam virtute petere honores malunt (7, 12, 4. TAC. Agr. 27, 2 non virtute se victos, sed -e et arte ducis. VEG. mil. 3, 26 -o in bello amplius solet iuvare quam virtus). 25, 38, 18 in -is momento, cuius praetervolat opportunitas (VAL. MAX. 4, 8, 1). TAC. Agr. 14, 3 *insulam* adgressus terga -i patefecit (*cf. p. 336, 11*). *et passim. pressius de strategemate furtivo* (*liberius l. 50. 55. 61. al.*): CAES. Gall. 7, 45, 9 -is esse rem, non proelii. LIV. 4, 32, 10 cum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore -e quam pugna in aciem processissent. **2** *in arte rhet. inter elementa argumentationis* (*cf. et l. 14 sqq.; aliter p. 332, 52*): RHET. Her. 2, 4, 6 *signum* dividitur in partes sex: locum, tempus, spatium, -em *eqs.* (4, 41, 53 CIC. inv. 2, 38. 40 QVINT. inst. 4, 1, 50. 4, 2, 55. 5, 10, 23 decl. 281 p. 146, 19). 2, 4, 7 -o quaeritur, idoneane fuerit ad rem adoriendam an alia melior, quae aut praeterita sit aut non expectata (*cf.* CIC. inv. 2, 40 in -e commoditas ad faciendum idonea). QVINT. inst. 3, 6, 27 -em factorum . . . ἀφορμὰς ἔργων vocant *Graeci* (*ibid. 26 distingui videtur a* καιρός). 3, 6, 28 quidam detrahunt duas partes, numerum et -em. **3** *in facete dictis et proverbiis* (*cf. Otto, Sprichw. p. 249 et Häussler, Nachtr. 194*): PVBLIL. C 3 cavendi nulla est dimittenda -o. D 18 deliberando saepe perit -o. H 26 hominem etiam frugi flectit saepe -o. O 11 -o receptus difficiles habet. O 14 -o aegre offertur, facile amittitur. Q 25 quicquid vindicandum est, ⟨omnis⟩ optima est -o. S 38 seditio civium hostium est -o. SEN. contr. exc. 4, 7, 2 omnia honesta opera voluntas inchoat, -o perficit. SEN. dial. 1, 4, 6 calamitas virtutis -o est. epist. 22, 3 vigilantis est -em observare properantem. PS. SEN. mon. 76 quae res in rebus agendis potest plurimum? -o. 120 cottidie evenit dies, raro -o. MART. 8, 9, 3 brevis est -o lucri. PS. CATO dist. 4, 45 quam primum rapienda tibi est -o prima (SYMM. epist. 1, 7, 2 -em rapere prudentis est). **4** *-o dea* (*cf.* PHAEDR. 5, 8, 5 [*de virili effigie Temporis*] calvus, comosa fronte, nudo corpore . . . -em rerum significat brevem. *Anth. gr. 16, 275, 2* Καιρός): PS. CATO dist. 2, 26 fronte capillata, post est -o calva. AVSON. 12, 3 p. 324 P. sum dea quae rara et paucis -o nota . . .; volucris sum . . .:: crine tegis faciem; . . . occipiti calvo es? (PAVL. NOL. epist. 16, 4 p. 118, 5).

B *vi temporali debilitata* (*de* COD. Iust. *v. Krüger, ALL 11, 1900, 463 sqq., qui notionem 'modi' vix recte asseverat p. 333, 37*):

1 *i. q. causa fere levis, ratio* (*v. B. Melin, Studia in Corpus Cyprianeum, Uppsala 1946, 176 sq.; per distinctionem p. 331, 52; cf. etiam sub II*): **a** *generatim*: PLAVT. Epid. 645 si vera autumas.:: non habeo ullam -em, ut apud te falsa fabuler. SEN. benef. 5, 12, 6 quemadmodum stomachus morbo vitiatus . . . omne alimentum in causam doloris trahit, ita animus . . ., quidquid illi conmiseris, . . . -em miseriae facit. nat. 3, 16, 1 supervacuum est . . . -em singulis *fluminibus* quaerere, cum possim eandem causam omnibus reddere. IVV. 13, 183 praecordia nullis interdum aut levibus videas flagrantia causis; ⌊quantulacumque adeo est -o, sufficit irae⌋ (*del. Jahn*). VLP. dig. 21, 1, 31, 12 quamcumque -em morti emptor *servi* praestitit (*cf.* COD. Iust. 9, 16, 4 [*a. 290*] calcis ictu mortis -o praebita. ACT. Archel. 9, 5 haec est mortis -o [*9, 1* causa]). PAVL. dig. 9, 2, 30, 3 qui -em praestat, damnum fecisse videtur. AMM. 19, 12, 3 materiam autem in infinitum quaestionibus extend⟨end⟩is dedit -o vilis et parva. HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 45, 17 hoc, quod stultum apud illos putatur, mihi salutis -o fit (in Ier. 6, 10, 2. CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 162, 35 [*gr. I 1, 2 p. 75, 1* πρόξενον]. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 17, 3 unde haec malorum causa, unde vastationis -o? (*Migne gr. 35, 957ᴮ* αἰτία *semel tantum*). CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 151, 5 est . . . patientia totius nobis bonitatis -o (*Rustic.* bonum procurans, *gr. I 1, 2 p. 100, 18* πρόξενος). CASSIOD. hist. 2, 14, 3 (*Sozom. 1, 23, 3* αἰτία). MVTIAN. Chrysost. hom. 30, 1 p. 427/8 qualis . . . maeror est, qui exsistat -o gaudiorum? sicuti neque voluptas est, quae fit causa tristitiae (*gr.* τίκτουσα *bis*). *al. de hominibus* (*in locutionibus praedicativis*): PELAG. in Gal. 5, 15 alter alteri -o perditionis existit (CONC.ˢ II 5 p. 5, 22 *Theodosius* civitatibus . . . vexationis c. -o, sed etiam vobis factus est nefandarum . . . causarum princeps [*gr. II 1, 3 p. 125, 28* πρόξενος . . . ἀρχηγός]). SECVNDIN. epist. p. 893, 16 vae . . . illi, qui se eidem praebuerit -em. CONC.ˢ II 3, 1 p. 238, 21 Flavianus . . . et Eusebius . . . conturbationis facti -o (*gr. II 1, 1 p. 191, 21* προφάσεις, *II 2, 1 p. 76, 28* auctores). MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 4 p. 371/2 tu illius peccati non esses -o (*gr.* αἴτιος). CASSIOD. Ios. antiq. 2, 162 tamquam . . . mihi vos fueritis -o (*gr.* συναιτίοις).

b *cum respectu ansae, materiae*: **α** *in neutram partem*: SEN. suas. 6, 14 *Cicero* -em scholasticis alterius suasoriae dedit (PLIN. nat. 2, 3 mensuram eius *mundi* animo quosdam agitasse . . ., alios rursus -e hinc sumpta aut his [hinc *var. l.*, hic *Mayhoff*] data innumerabiles tradidisse mundos. HIER. vir. ill. 61). PLIN. nat. 2, 87 -em inpudentiae ratio largitur. QVINT. inst. 6, 1, 5 cum -es (accusationes *trad.*) et ex causis et ex dictis adversariorum et ex quibusdam fortuitis quoque oriantur (*sim. in arte rhet. de -e ducendi argumenta*: 6, 3, 13. 87 decl. 321 p. 264, 25 PS. ASCON. div. in Caec. p. 194, 27. *al.* IVL. VICT. rhet. 26 p. 446, 30. PRISC. rhet. 7, 23 [*rhet. gr. II p. 13, 3* ἀφορμή]). 7, 9, 5 (*de ambiguitate compositorum*) sit litis -o, cultum ⟨locum dixerit an incultum⟩ (COD. Theod. 2, 24, 1, 3). AVG. bapt. c. Don. 74 de nomine Pauli accipiens -em dicturus es *eqs.* (nat. et grat. 63, 74. ORIG. in Matth. 16, 17 p. 532, 16 [*gr.* ἀφορμάς]. *al.*). DIONYS. EXIG. Proter. epist. 9 p. 278, 4 patrum . . . ecclesiasticas formulas subsequens et exinde -es rei huius (*sc. sollemnitatis paschalis*) adsumens. ACT. Archel. 65, 4 coepit in nostris libris -es inquirere dualitatis suae. *al. fere i. q. excusatio* (*cf.* SEN. dial. 4, 34, 5 -em . . . et excusationem. GEST. Melet. 1, 5 ZntW. 35, 1936 p. 160, 10 excusationis -o [COD. Theod. 7, 22, 10]. PS. ORIG. in Iob 1 p. 418ᴬ omnes tibi ademi -es, . . . non habes contradictionem, . . . non habes ullam replicationem, . . . non habes excusationem): QVINT. inst. 3, 8, 47 ut se rei publicae servet, *Ciceronem* hortabimur; hac illi opus est -e, ne eum talium precum pudeat. PS. QVINT. decl. 2, 8 p. 26, 24 neque est, quod se noverca sexus -e tueatur. CLAVD. DON. Aen. 9, 610 p. 268, 2 nulla nobis aetatis -o est nec . . . quemquam 'tarda senectus' excusat. AMBR. fid. prol. 4 audax negotium verecunda -e (excusatione *aliquot codd.*) suscipiam. NOVELL. Valent. 1, 3, 2 quasi iusta contingit -o depraedandi. **β** *in malam partem fere i. q. praetextus, obtentus*: QVINT. inst. 8, 3, 47 ex verbis, quae longissime ab obscenitate absunt, -em turpitudinis rapere. 12, 10, 13 mentiendi. decl. 308 p. 211, 21 habet . . . hoc ius -em brevem calumniae (HIL. trin. 6, 32 NOVELL. Valent. 6, 1, 2. *cf.* COD. Theod. 10, 16, 3 [= Iust. 10, 2, 5, 2] -is . . . calumniam). TAC. ann. 12, 41, 2 *libertus* depellitur tali -e: *eqs.* SVET. Cal. 10, 2 omnibus insidiis temptatus elicientium . . . se ad querelas nullam . . . -em dedit. APVL. apol. 102 ministrate *iudici* vel tantulam verisimilem -em secundum vos pronuntiandi (*cf.* TERT. anim. 24, 12 ad -es . . . haereticis subministrandas [*similia affert Waszink ad l.*]). TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 5 non . . . lex seduxit, sed peccatum per prae-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cepti -em. patient. 6 p. 10, 21 impatientia -bus legis fruebatur (Cassiod. hist. 6, 30, 7 l. et antiquitatis [*Sozom. 5, 17, 9 προσχήματι*]). Itala deut. 22, 14 (Lugd. *al., cf.* Vulg.) posuit ei *uxori* -is verba ([*gr.* προφασιστικοὺς λόγους]. Os. 10, 4 [cod. 176] v. -is falsa [*gr.* ῥήματα προφάσεις ψευδεῖς, *Vulg.* v. visionis inutilis]). Marc. 12, 40 (cod. a *al.*) qui comedunt domus viduarum ... -e longa orantes (*gr.* προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, *Vulg.* sub obtentu prolixae orationis. *cf.* Luc. 20, 47 [cod. d *al.*]). Gal. 5, 13 (cod. f *al.* = Vulg.) ne libertatem in -em carnis detis (*gr.* εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί). Phil. 1, 18 (cod. d *al.* = Vulg.) sive per -em sive per veritatem Christus adnuntiatur ([*gr.* προφάσει, *aliae verss.* causatione, sub obtentu *sim.*]. Oros. hist. 7, 39, 13 Vita Melaniae [BHL 5885] 13 p. 11, 3). *al.* Hil. coll. antiar. p. 140, 7 *origo* causae, ex qua in Athanasium -o est quaesita sententiae (Amm. 19, 12, 18 ignoscendi quaerens causas, non puniendi -es. Vulg. Dan. 6, 4 quaerebant -em, ut invenirent Danieli ..., nullamque causam et suspicionem reperire potuerunt [*Itala cod. 176* causam]. *al.*). Cod. Theod. 2, 12, 7 ne ... laboris -o protendatur (*cf.* 14, 16, 1 honestae -is obtentu [Cod. Iust. 12, 7, 2, 4]). *al.*

2 *i. q. facultas, commoditas sim.* (*per distinctionem p. 331, 54*): a *vario usu*: Liv. 6, 41, 3 via ad consulatum facilior *fit* per istius legis -em. Sen. epist. 64, 7 nec ulli nato ... praecludetur -o aliquid adhuc adiciendi. Plin. nat. 18, 30 hoc ex locorum -e aliter alibi decernitur (Tert. adv. Hermog. 14, 1 ex -e materiae ... bona protulisse *deum*. adv. Marc. 4, 9 p. 441, 21 ex -e phantasmatis, non ex ostentatione virtutis. Pavl. dig. 43, 21, 2 magis ex -e quam ex iure. Firm. math. 3, 7, 13 *vespertinus faciet* rationibus aut mensis ... praepositos, ex quibus -bus lucra illis magna conferuntur. *al.*). 18, 274 tanta litterarum -o est (37, 98 t. est in iis *generibus* -o artis. *cf.* Ter. Mavr. 1179 quam multa -o detur). Tert. ieiun. 4 p. 279, 2 maioris abstinentiae operatione in maioris licentiae -e. Rvfin. Basil. hom. 2, 2 p. 1735C singula quaeque animalium a ... deo ad defensionem et tutelam sui -es quasdam proprias acceperunt. Cod. Theod. 3, 11, 1 pr. (= Iust. 5, 7, 1 pr.) si quis ... praeditus potestate ... -e potestatis utatur *eqs.* 7, 8, 5, 1 (= Iust. 12, 40, 2, 1) *stabulum* ex ergasteriis, nisi id dominus qualibet -e providerit, ... deputabitur (*'by some means' Pharr; 'Art und Weise' Krüger l. c. 467 collatis exemplis parum idoneis*). *al.* b *vergit in notionem q. e. copia sim.* (*cf.* Tert. adv. Val. 1 p. 178, 2 ex divinae copiae -e): Sen. epist. 104, 33 quotiens aquae fuerat -o, novissimus bibit *Cato*. Colvm. 8, 17, 1 stagnum ... excīditur in petra, cuius rarissima est -o (9, 1, 3 oleae rara est -o). Plin. nat. 5, 71 ubi prima convallium fuit -o, in lacum se fundit *Iordanes*. 16, 208 ad excudendum ignem non semper lapidis -o est (36, 191). 18, 47 si sit -o, silice vel glarea sterni *fossas* (*cf. Colum. 2, 2, 10* si nec lapis erit nec glarea). 23, 82 si vetusti *olei* non sit -o, decoquitur.

3 *fere i. q. casus, eventus, condicio sim.*: a *vario usu*: Plin. nat. 7, 173 haec est condicio mortalium; ad has et eiusmodi -es fortunae gignimur. Ps. Qvint. decl. 2, 13 p. 31, 3 homo *caecus* expositus ad omnem -em, ad omne ludibrium. Ps. Cypr. epist. 4 p. 281, 14 exsulta ..., quod vel de -e debeas tolerare domini voluntatem ...; et cum sit omnibus communis hic casus *eqs.* Oros. hist. 2, 8, 8 spem -e sumentes *Athenienses*. Patric. conf. 55 spero aut internicionem aut circumveniri aut redigi in servitutem sive -o (*sc. accidit*; -em *voluisse videtur G s. l.*) cuiuslibet. Ennod. dict. 26, 2 p. 503, 2 (*loq. Menelaus Troia exusta*) abductae turpiter mulieris -o nostri extitit mater augmenti (*cf.* opusc. 1, 73 p. 281, 12 eventus optimos de adversitate generari et fieri secundorum matrem -em periculi). Cassiod. hist. 4 tit. 34 quibus -bus tunc res publica turbabatur (*cf. 4, 34, 1* casibus, *Socrat. 2, 25 ταραχῇ tantum*). Ios. antiq. 3, 26 post -em cibi prioris etiam secundum eis deus emisit (*gr.* ἀφορμήν). var. 1, 35, 4 -es incurrere ... adversas. Ven. Fort. Mart. 4, 340 qui ... inventos ... pares capitali crimine damnent, sic tamen, ut cunctos -o saeva feriret. Greg. M. epist. 3, 6 -em vicium nostrarum. Theod. Mops. epit. in psalm. 49, 1b ad p. 325, 9—13 ut graviorem faceret -em Iudaeorum, si coram inimicis ... peccata puniret (*gr.* ἔλεγχον). Lex Visig. 6, 3, 2 si quis mulierem gravidam percusserit quocunque hictu aut per aliquam -em mulierem ... abortare fecerit (6, 3, 3 per aliquam violentiam aut -em). b *in re iudiciali*: Ps. Qvint. decl. 6, 14 p. 124, 3 vestra interpretatione absentia impietatis -o est. 7, 5 p. 138, 10 simultatibus nostris -em orbitatis indulgeo. Tac. ann. 15, 20, 2 (*1* una vox eius *Timarchi* usque ad contumeliam senatus penetraverat) quam -em Paetus Thrasea ad bonum publicum vertens *eqs.* Vlp. dig. 37, 5, 14 pr. nec ... -o emancipati praeteriti *filii* debet institutum lucro adficere. Cod. Theod. 5, 1, 9 pr. si sanctitas inter eos *coniuges* sit digna foedere coniugali, non ita laboriosa vel sumptuosa est testandi -o, ut *eqs.* 6, 29, 10, 1 ad quod nos ablatarum imperialium specierum movit -o. 7, 16, 2, 1 hoc ... et tyrannici furoris et barbaricae feritatis -o persuadet. 11, 31, 7. Interpr. cod. Theod. 3, 7, 3 si -o talis emersit, ut nuptiae sollemnitate debita careant (*cf.* Lex Visig. 6, 5, 6 si ... homicidii extiterit -o). Cod. Iust. 7, 26, 9 si ... -em iuris ad iniquum trahat compendium. *al.*

β indicatur, cui aliquid occulatur: Ⓘ *dat.* (*v. etiam l. 11. 12. 13. 51*): CIC. Phil. 11, 10 -a ... erant vitia non inquirenti. de orat. 1, 244 quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis -ius? fin. 3, 37 scire ... illa, quae -a nobis sunt. Att. 2, 22, 4 cognosci, quae tibi -a esse non poterunt. APVL. apol. 30 (*opp.* magis cognitum). mund. 30 omnibus -a vis nullis oculis obvia. ITALA Eph. 3, 5 (Hil. in psalm. 68, 14. *al.*) sacramentum ... generationibus (*gr.* οὐκ ἐγνωρίσθη, *Vulg.* non est agnitum, *opp.* revelatum). 3, 9 *v. l. 30.* CLAVD. DON. Aen. 5, 735 p. 510, 21 cui *Sibyllae* nihil esse ... -um (10, 175 p. 316, 15 HIER. epist. 1, 3, 3. *al.*). AVG. civ. 4, 33 p. 188, 9 D. pro rerum ordine ac temporum -o nobis, notissimo sibi *deo*. 9, 22 p. 397, 19 signorum nobis -orum. 16, 23 p. 160, 7 et acerrime cernentibus aliquas *stellas* -as esse. 20, 30 p. 485, 1 praenuntiavit futurum, quod gentibus erat -um. *al.* Ⓘⓘ *praep.*: ITALA Luc. 9, 45 (cod. a) ignorabant verbum ... et erat -um ab eis (ab illis cod. e), ne *eqs.* ([eis cod. f, in(ter ips)os b, i. ipsis ff2, *gr.* παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, *aliae vers. et Vulg.* coopertum ab eis *vel* ante illos, velatum ante eos *vel* ipsos, absconsum ab illis]. AVG. in psalm. 138, 5 l. 31 ab oculis. PASS. Paul. frg. 3 ab hoc mundo). Hebr. 4, 13 (Mutian. Chrysost. hom. 7, 1 p. 283/4) non est aliqua creatura -a in conspectu eius *dei* (*gr.* ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, *Vulg.* invisibilis in c. e. [*opp.* aperta sunt oculis eius]).

b *praedicative*: *α pertinet ad obi.* (*nisi hic illic attributive intellegas, ut e. g. l. 67*): PLAVT. Aul. 131 neque -um (-tatum *D*) id haberi (SALL. Catil. 23, 4. VITR. 3 praef. 1 sensus [*opp.* patentes. QVINT. inst. 8, 2, 20]. QVINT. inst. 7, 1, 30 aurum -um habuisse. FRONTIN. strat. 2, 5, 1 ubi -os milites habebat. *al.*). VAL. MAX. 5, 9, 4 gladium, quem -um secum adtulerat. SEN. dial. 5, 13, 1 -am secretamque teneamus *iram* (CYPR. epist. 11, 7 nec ... epistulam teneatis -am, sed legendam ... suggeratis. *cf.* AVG. gen. ad litt. 2, 15 p. 56, 14 continebat -um). PLIN. nat. 18, 56 spicam incipiunt *frumenta* concipere ... -am (SIL. 3, 381 venerem -am ... concipit). TAC. hist. 2, 24, 2 ferocissimos auxiliarium imminentibus viae lucis -os componit. HIER. in psalm. 134 p. 92, 6 -um facit. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 159, 13 ut nihil ... lector amplius putaret -um. COD. Iust. 7, 62, 6, 2 quam *veritatem* existimabat -am. *pro adv.*: LIV. 23, 7, 7 haec, nec enim -a (*var. l.* -e) agebantur, cum relata ... essent *eqs.* *β pertinet ad subi.* (-um esse *v. sub 1 et 2*; -um fieri: ITALA deut. 15, 9 [Aug. quaest. hept. 5, 21] ne fiat verbum -um in corde tuo [*gr.* ῥῆμα κρυπτόν, *Vulg.* ne ... subrepat tibi impia cogitatio]. VVLG. Marc. 4, 22): SALL. Iug. 61, 4 uti ... -us veniat (AVG. civ. 20, 24 p. 469, 22 D. p. 469, 24 *opp.* manifestus veniet). AETNA 126 -a fluunt *flumina* tectis adoperta cavernis. CARM. de bell. Aeg. 55 -a videbat Atropos (*cf.* VAL. FL. 7, 193 -a Venus prospexerat arces. TAC. ann. 13, 25, 4 -us et plerumque coram prospectans). LIV. 2, 11, 7 considere (27, 15, 13. 31, 26, 2 CVRT. 7, 7, 31 FRONTIN. strat. 2, 5, 8. *cf.* LIV. 9, 25, 7 -i ... insiderent [9, 31, 8]). 4, 32, 9 iubet *legatum* -um ... iugum capere. 7, 34, 7 vadit -us per saltum (*cf.* CVRT. 6, 8, 18 evaderet). 9, 23, 6 substitit (22, 12, 7). 25, 28, 6 quae

[Johann-Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . inter se fremere -i soliti erant. 29, 34, 9 -us processit. SEN. Phaedr. 151 latere . . . -um. CVRT. 8, 13, 15 enaverant. PLIN. nat. 9, 145 adnatans. 21, 104 nascitur non evidens, sed intus -us. STAT. Theb. 9, 363 mergitur . . . penitusque -a sub undis . . . miseri . . . funera nati vestigat *Ismenis*. silv. 2, 2, 101 noctis . . . -a sub umbra palmite maturo rorantia lumina tersit Nereis. TAC. hist. 4, 23, 3 ut . . . -i muros subruerent. ann. 3, 29, 2. 4, 12, 1 laetabantur. 4, 40, 5. 14, 32, 2. MIN. FEL. 17, 8 CYPR. idol. 12 PRVD. cath. 2, 24 c. Symm. 2, 860. GREG. M. moral. 16, 33 in sua celsitudine manet -us deus.

B *audacius de eis, qui occulunt*: **1** *de hominibus* (*transit ad p. 366, 63*): **a** *de indole sim. fere i. q. non sincerus, non apertus, falsus sim.*: **α** *nude*: CIC. fin. 2, 54 qui -us et tectus dicitur, tantum abest, ut se indicet *eqs.* Lael. 99 callidus ille et -us ne se insinuet (*opp.* aperte . . . adulantem). fam. 3, 10, 8 astutum et -um. LIV. 25, 16, 4 ab -is cavendum hominibus consultisque (PHYSIOGN. 101 p. 125, 3 εἴρωνας Graeci dicunt -os aliquanto et obscurae mentis h.). TAC. hist. 2, 38, 1 Cn. Pompeius -ior, non melior. ann. 14, 22, 1 quanto . . . metu -ior, tanto plus famae adeptus *Rubellius Plautus*. AVR. VICT. Caes. 2, 1 subdolus et -ior *Tiberius Nero*. AMM. 26, 6, 1 -us erat *Procopius* et taciturnus. *inde*: TAC. ann. 4, 52, 3 raram -i pectoris vocem. IVVENC. 1, 579 -i . . . scrutator . . . cordis. **β** *c. additamentis explic.*: TAC. ann. 4, 7, 1 ultor . . . non -us odii (*c. gen. etiam*: 6, 36, 2 -os consilii). 4, 67, 3 quanto intentus . . . publicas ad curas, tanto -ior . . . in luxus et malum otium resolutus. **b** *loco adv.*: TAC. ann. 16, 5, 2 inerat metus . . . multis palam et pluribus -is.

2 *de rebus*: MORET. 70 -ae committere semina terrae. TIB. 2, 6, 46 furtim . . . tabellas -o portans . . . sinu (TAC. hist. 2, 92, 3 abditis pecuniis per -os . . . s.). LIV. 39, 16, 11 ex -is ea *scelera* tenebris in lucem extraxerunt (CARM. de resurr. 93 AMM. 16, 12, 59). SIL. 15, 488 -is Poenus . . . abditur umbris. STAT. Theb. 5, 251 -a speculamur nube latentes. *singulariter de tempore*: TAC. ann. 6, 51, 3 morum . . . tempora illi *Tiberio* diversa: egregium vita famaque, quoad privatus . . . fuit; -um ac subdolum fingendis virtutibus.

II *neutr. pro subst.* (*masc. v. p. 370, 50*): **A** *sing.*: **1** *absolute*: **a** *cum praep.* (*usus localis ab adverb. vix discerni potest*): **α** in *c. abl.* (GLOSS. III 408, 72 in -o; ἐν τῷ κρυπτῷ. secreto in -o *l. 43*, intus in -o [*vel* in -o i.] *l. 45. p. 370, 3. syn. et opp. dedimus infra suo loco*): ① *usu vario* (*exempla dedimus inde a* LIV. *selecta*): PLAVT. Capt. 80 quasi . . . cocleae in -o latent (83. 165 CIC. Rab. perd. 21. orat. 237 verum. ac. 1, 45 omnia. TERT. apol. 2, 14. *v. etiam p. 370, 12 et cf.* FVLG. RVSP. serm. 6, 2 in -o absconditus). Trin. 664 iacebis. 712 agere (CAES. Gall. 1, 31, 1 secreto in -o [*sunt qui alterutrum deleant*]. AVG. civ. 6, 7 p. 260, 16 D. *cf.* SACR. Leon. 530 gerere). ENN. ann. 182 ⟨i⟩ntus in -o mussabant. CATO orig. 36 vitiaverat. S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 15 fecise (Ps. AMBR. paenit. 1 VVLG. psalm. 135, 15. Ioh. 7, 4 [*gr.* ἐν κρυπτῷ]. *al.* in -o fieri: CAES. civ. 1, 41, 5 TERT. apol. 9, 1 *opp.* in aperto virg. vel. 13, 3 VVLG. Eph. 5, 12 [*gr.* κρυφῇ]. AVG. civ. 14, 13 p. 34, 7. D. *opp.* in manifesto). CIC. Cluent. 78 qui . . . propter in -o stetissent. CAES. Gall. 1, 32, 4 queri. 2, 18, 3 intra . . . silvas . . . in -o sese continebant. 6, 35, 10 relinquunt (PANEG. 12, 22, 5). 7, 27, 2 legionibus . . . intra vineas in -o expeditis. 7, 35, 2 restitit. BELL. Afr. 50, 2 equites . . . conlocaverat (FRONTIN. strat. 1, 6, 2. *cf.* LIV. 27, 26, 5 locata). SALL. Iug. 85, 23 mala . . . in -o patitur. AETNA 206 tremit. LIV. 23, 35, 13 in -o . . . habebat castra (TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 9 RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 96, 5. AVG. serm. 160, 6 *opp.* in fronte. PHOEBAD. c. Arian. 9 l. 4 D. [*antea*: pro certo, in incertum. *al. cf. p. 370, 9*). 25, 23, 15 scalis in -o comparatis (*cf.* FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 19 in -o paratis navibus). 26, 35, 7 haec non in -o, sed propalam in foro atque oculis . . . consulum . . . fremebant. 34, 61, 7 conloqui (*v. app. crit.; cf.* ITALA Is. 48, 16 [Alterc. Heracl. p. 135, 12] locutus [*gr.* ἐν κρυφῇ, *Vulg.* in abscondito. VVLG. Ioh. 18, 20 *gr.* ἐν κρυπτῷ. AVG. in euang. Ioh. 37, 1 *opp.* in aperto]. AVG. in euang. Ioh. 113, 3 [*ter*] dicebatur [*opp.* palam, *antea*: occulte]). SEN. clem. 1, 3, 5 maneat (*cf.* TERT. apol. 9, 3 perseveratur). nat. 1 praef. 7 servat. PLIN. nat. 10, 102 furtim et in -o incubans. FRONTIN. strat. 3, 10, 9 tenuerat (TAC. ann. 3, 18, 4). TERT. apol. 4, 2 admittere (*opp.* palam *ut* CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 74, 8. *al.*). castit. 3 l. 4 velit (*opp.* in manifesto). ITALA Luc. 11, 33 (cod. a *al.*) nemo lucernam accensam in -o ponit (*gr.* εἰς κρυπτήν, *Vulg.* in abscondito. AMBROSIAST. in II Cor. 4, 7 *syn.* absconditur). PSALT. Rom. 9, 30 insidiatur (*gr.* ἐν ἀποκρύφῳ, *Vulg.* in abscondito). *al.* in -o esse (*v. et p. 370, 10*): SALL. (?) rep. 2, 11, 3 in -o sibi quisque alterius potentia carior erit. LIV. 21, 22, 9 fata in -o esse. SEN. nat. 3, 14, 3 in -o vis (*Gercke post alios*, via *trad.*) *maris* est. 3, 19, 4 in -o cursus est. 3, 29, 3. TAC. hist. 4, 4, 2 invidia in -o, adulatio in aperto erant. ann. 2, 77, 3 est tibi . . . Caesaris favor, sed in -o. VLP. dig. 14, 4, 7 pr. imminere vel in -o esse. 18, 6, 4 pr. *al.* TERT. adv. Marc. 4, 33 p. 531, 25 colligere, cur . . . deus Marcionis fuerit in -o. *al.* ITALA Rom. 2, 29 (Orig. in Matth. ser. 10 p. 21, 9) qui in -o Iudaeus est (*sine verbo* Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 620, 25. *al.*; *opp.* qui in manifesto Iudaeus; *gr.* ἐν τῷ κρυπτῷ, *Vulg.* in abscondito). IVST. 3, 3, 4 (*opp.* publice). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 14 p. 26, 13 W. in -o est *fetus ante partum*. CLAVD. DON. Aen. 3, 705 p. 351, 10 dum in -o sunt *saxa* et non eminent, non videntur. *al.* AVG. bapt. 5, 27, 28 intrinsecus et in -o intus sunt. *al.* *sine verbo* (*v. et p. 369, 81*): TAC. ann. 1, 49, 1 sanguis palam, causa in -o. TERT. virg. vel. 11, 7 alia in -o mater . . . et alius in latenti pater. CYPR. ad Donat. 9 p. 11, 5 in publico accusatores, in -o rei. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 12 in -o omnia. 1, 13 una *potentia Christi* in manifesto, . . . alia in -o.

② *in locut.* in -o est (habetur *sim.*) *c. enunt. vel acc. c. inf.*: LAMPR. Alex. 43, 4 cur id non fecerit, in -o habetur. CLAVD. DON. Aen. 4, 290 p. 392, 11 non . . . in -o esse iam poterat, Aenean . . . voluisse *eqs.* (IOH. MAXENT. Conc.^S IV 2 p. 31, 35 n. in -o est, qui *eqs.*). COD. Teod. 11, 16, 18 ne in -o lateat, quae sit *eqs.*

β in *c. acc.*: CAES. Gall. 7, 30, 1 neque ⟨se⟩ in -um abdiderat. AVG. civ. 18, 32 p. 302, 1 D. non in -um, sed in manifestum . . . verba mittentur (*antea*: 'in lucem . . . ibunt').

γ ex: PLAVT. Vid. frg. 20 hinc ex -o sermonem *lenonis* . . . sublegam (*cf.* PACVV. trag. 185 ex -o clepsit). TER. Eun. 787 ut tu illos procul hinc ex -o caederes. CIC. Cluent. 47. div. 1, 99 auditas esse voces (*cf.* 1, 101 veridicae voces ex -o missae). off. 1, 109 nihil ex -o, nihil de insidiis agendum. CAES. Gall. 6, 34, 6 insidiandi (*cf.* PHYSIOGN. 41 p. 59, 2 insidias tendere [*gr. p. 344, 1* κακόν τι λαθραῖον ἀρτύουσιν]). SALL. Iug. 59, 2. hist. frg. 3, 98 abdita a dominis aut ipsos trahebant ex -o. LIV. 1, 37, 1 additur dolus. 24, 34, 9 petebant hostem 25, 16, 2 adlapsi (*angues ut* VAL. MAX. 1, 6, 8 prolapsae). 25, 39, 6 equitibus ex -o procurrentibus (*cf.* AVG. c. Faust. 12, 27 ex aperto sive ex -o occurrit *Christus*). 28, 33, 3 impetum . . . facere (SEN. dial. 5, 1, 1 *opp.* palam aperteque). 29, 33, 2 adgressurus (FRONTIN. strat. 2, 5, 32). 38, 21, 8 vulnerantur. 45, 31, 7 favisse regi. MANIL. 2, 825. PHAEDR. 2, 1, 4 salutat . . . ex -o sonus. SEN. dial. 4, 10, 8 benef. 4, 6, 6. nat. 6, 7, 2 capita fluminum subitos (*v. app. crit.*) et ex -o amnes vomentia. epist. 90, 42 surgentia. PLIN. nat. 9, 144 latrocinatur. TAC. hist. 3, 23, 3 velut ex -o iaculantibus. ann. 12, 32, 1. VEG. mil. 3, 9 adtemptant (*opp.* aperto proelio). RVFIN. hist. mon. 31 p. 457^C per fenestram . . . ex -o respiciens videbat *eqs.* PHYSIOGN. 36 p. 53, 4 insidiosos atque ex -o nocentes *homines*. GREG. M. dial. 3, 17 p. 182, 13 animae *mortuorum* ad carnem ex -o revocantur.

δ per: SEN. benef. 4, 23, 4 obscuro gradu pergunt et p. -um aguntur *stellae* (nat. 2, 6, 5). nat. 7, 13, 1 *stellas* ferri p. -um. SIL. 14, 14. TAC. ann. 4, 42, 2 lacerabatur. 4, 71, 4 cum p. -um subvertisset *Augusta privignos* (*opp.* palam). 5, 4, 3 exercentibus . . . p. -um . . . libidinem ingeniorum (6, 7, 3 delationes exercerent, alii propalam, multi p. -um). CLAVD. 17, 124 p. -um . . . se moenibus infert.

ε *singularia*: TERT. adv. Marc. 4, 19 p. 481, 28 de -o in apertum (AVG. in euang. Ioh. 36, 10 excitavit. serm. coll. Morin p. 11, 14 amamus [*opp.* de aperto]). AVG. serm. 352, 3, 8 ab -o et tenebroso procedere. GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 241, 7 ut ad -um secederem.

b *sine praep.*: LIV. 40, 7, 6 nihil -i esse in intestina discordia potest. TERT. nat. 2, 4, 8 ad diver⟨sita⟩tem -i et manifesti. PRVD. cath. 8, 31 cernit -um (*vix masc.*) deus.

2 *acced. gen.*: AETNA 276 terrae. PRVD. perist. 11, 155 mersa laterosis crypta patet foveis; huius in -um . . . ire. psych. 489 cordis VEREC. in cant. 3, 14 in -o conscientiae.

B *plur.* (*compar.* -iora *l. 62. al. superl.* -issima *l. 61. ambigue: e. g.* CIC. fin. 2, 85 -a omnia [TERT. resurr. 2 p. 26, 7]. AMM. 24, 5, 12 alia . . . -a. GREG. M. moral. 2, 9 -a sua invisibilia. *per abund.*: VITA Caes. Arel. 1, 63 celantur -a): **1** *vi sollemni*: **a** *absolute*: **α** *sine praep.*: ① *pro obi.*: TER. Haut. 575 expromere omnia mea -a . . . audeam. CIC. Verr. II 5, 71 suspicari (*opp.* quae perspicua essent, videre). Cael. 57 credantur. Tusc. 1, 62 investigat. LVCC. Cic. fam. 5, 14, 2 aperta non videbis, qui . . . -issima perspicis (SEN. nat. 3 praef. 1 tam -a [*antea*: secreta]). LIV. 44, 24, 7 -iora quaedam agebantur (*antea*: aperta). CVRT. 4, 6, 6 prodantur (*antea*: arcana). IVV. 9, 101 teges (*96* secretum, *93* celare. AVSON. 416, 12 p. 283 P.). TAC. ann. 2, 20, 1 nihil . . . incognitum: . . . -a noverat. 13, 15, 3 molitur. TERT. nat. 1, 4, 10 -a manifestis adiudicare (*opp.* manifesta de -o praeiudicare. *cf.* apol. 3, 2 -a de manifestis praeiudicare [*opp.* manifesta de -is praedamnare]). anim. 28, 5 explorandis -is (SPART. Hadr. 11, 4). CYPR. epist. 10, 5 arcana perspicit *deus* et intuetur -a. laps. 27 abdita et secreta adque -a considerat *deus*. AMBR. Iob 1, 9, 29 quis . . . potuit vias eius *dei* conprehendere, quis abdite -a (abdita et -a *C*) penetravit? VVLG. II Macc. 12, 41 -a fecerat *deus* manifesta (ORIG. in Matth. ser. 59 p. 134, 32). Ps. AVG. quaest. test. I 125, 12 p. 389, 3 scrutari. serm. ed. Mai 5, 1 perquirere. *ibid.* videt (ORIG. in Matth. ser. 10 p. 21, 16). *al.* *de mysteriis*: TRAG. inc. 71 nocturno aditu -a coluntur silvestribus saepibus densa. ② *usu vario*: SEN. epist. 95, 61 -a probationem exigunt. QVINT. inst. 8, 3, 74 -is aperta demonstret. IVV. 3, 50 aestuat -is animus semperque tacendis. TAC. hist. 1, 24, 2 nota pariter et -a fallebant (SACR. Leon. 951 [= Greg. 4, 5] *syn.* ignota). AVG. catech. rud. 4, 9 -a patuerunt (*opp.* aperta claudantur). PRIMAS. in apoc. p. 827^C certis intus latet *modus reputandi* -is, ut apertis dubitationem auferat (*antea*: certis claret testimoniis foris in promptu positus). *pendet a nominibus*: TERT. anim. 18, 12 Plato . . . : 'facies -orum ea, quae

[Johann-Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apparent' (*resp. Sext. Empir. adv. math. 7, 374 ὄψις ἐστὶ τῶν ἀδήλων τὰ φαινόμενα*). ieiun. 9 p. 285, 3 -orum compotes *aures*. ITALA Dan. 13, 42 (Nicet. spir. 10) -orum c o g n i t o r *deus* ([*gr. κρυπτῶν, Vulg.* absconditorum, *Cassiod. Didym. in Iudam p. 41, 18* agnitor]. CYPR. epist. 57, 3 scrutator et c. mortal. 17 contemplator et c. *al.*). VVLG. Sirach 42, 19 revelans vestigia -orum. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 209, 23 '-orum et manifestorum' . . . s c i e n t i a m (CASSIOD. Didym. in Iudam p. 41, 18 atque tenebrosorum). AVG. civ. 1, 26 p. 42, 7 D. -orum . . . iudicium. *abl.* -is *quasi pro adv.*: TAC. ann. 2, 88, 1 non fraude neque -is, sed palam . . . ulcisci.

β c u m p r a e p. (*quaedam vergunt in vim adverb., e. g. l. 17. 26*): Ⓘ p e r: SEN. benef. 4, 25, 2 infuso p. -a nutrimento. nat. 6, 18, 3 dividitur. epist. 104, 15 acto p. -a cursu. FRONTIN. strat. 3, 10, 6 disposito p. -a milite. TAC. ann. 2, 13, 1 egressus . . . p. -a et vigilibus ignara. 12, 13, 1 in Gotarzen p. -a et magis fida inclinabat *Izates* (*opp.* societatem . . . palam induerat). CYPR. hab. virg. 20 (= PRISCILL. tract. 7, 115) insidiis p. -a fallentibus. COMM. apol. 316. Ⓘⓘ in *c. a b l.*: SEN. nat. 3 praef. 18 in -is exercitata subtilitas non erit in aperta deterior. epist. 95, 61 pars *rationis* . . . in -is e s t *sc. versatur* (*opp.* impletur manifestis. *aliter* PASS. Macc. 4, 4 esse maxumum . . . in -is pondus argenti [*gr. 4, 4, 3 ἐν τοῖς . . . γαζοφυλακίοις*]). ITALA psalm. 16, 12 (Veron. *al.*) habitans (*gr. ἐν ἀποκρύφοις, Vulg.* in abditis). VVLG. psalm. 9, 29 sedet *peccator* in insidiis . . . in -is. 63, 5 sagittent (*10, 3* in obscuro). I Macc. 2, 41 mortui sunt (*gr. ἐν τοῖς κρύφοις*). SEDVL. epist. 1 p. 6, 10. ORIG. in Matth. ser. 10 p. 21, 6 legem in -is inplent. p. 21, 10. Ⓘⓘⓘ *a l i a*: SEN. nat. 5, 17, 3 lineam *horizonta*, quae inter aperta et -a est. 7, 29, 3 coniectura ire in -a (CYPR. domin. orat. 4 *deum* in abdita quoque et -a penetrare). TERT. praescr. 25 l. 25 d e -is . . . ut de absentibus apud conscientiam non 'haec', sed 'illa' dixisset *apostolus* (VVLG. Iob 28, 18 trahitur . . . de -is. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 237, 17 dubitare de -is [*opp.* litigare de incertis]).

b *accedit gen.*: *α r e r u m*: Ⓘ *l o c o r u m sim.*: CAES. civ. 3, 105, 5 in -is ac reconditis templi *sc. adytis*. TAC. ann. 1, 61, 1 saltuum. ITALA I Cor. 4, 5 (cod. d *al.*) tenebrarum (*gr. τὰ κρυπτά, Vulg.* abscondita. *inde* TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 592, 11 HIER. in Is. 5, 16). HIL. in Matth. 5, 1 domus (*postea*: clauso mentis . . . secreto). PRISCILL. tract. 11, 14, 5 silvarum (AMM. 29, 6, 16). SERV. auct. Aen. 1, 6 in cavis montium vel -is.

Ⓘⓘ *m e n t i s sim.*: Ⓐ *ap. profanos*: SALL. Iug. 113, 3 -a pectoris patefecisse. Ⓑ *in script. sacra et ap. script. eccles. in loc. q. e.* -a c o r d i s (*cf. l. 81. 83. p. 372, 4*): ITALA psalm. 43, 22 (Gaudent. serm. praef. 35 G. *al. cf.* PS. AVG. spec. 9 p. 354 tit.) novit *deus* -a c. (*gr. τὰ κρύφια τῆς καρδίας, Vulg.* abscondita). VVLG. I Cor. 14, 25 (*gr. τὰ κρυπτά*). *inde* TERT. anim. 15, 4 -a c. t r a d u c e n d o probatur *propheta* (adv. Marc. 5, 8 p. 600, 20). adv. Marc. 5, 15 p. 629, 1 revelet. PELAG. in I Thess. 2, 4 p. 421, 9 rimatur. AVG. serm. coll. Morin p. 591, 21 de -is c. . . . i u d i c a r e (PROSP. in psalm. 118, 39). FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 131, 24. VITAE patr. 5, 15, 73 (*gr. Nau 1912 p. 207 n. 315 τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, 3, 142* absconsa). VEREC. in cant. 2, 5 manifestavit. *adde*: ITALA psalm. 50, 8 (Veron., Sangerm. *al.* = VVLG.) incerta et -a sapientiae (Sangerm.: cordis) tuae manifestasti mihi (*gr. τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια*). HIL. in Matth. 27, 3 cogitationum. AMBR. Nab. 12, 51 mentis (*cf. infra l. 83*). EPIST. pontif. 290 Migne 20, 631^{C} animorum (*gr. τὰ ἐντός*).

Ⓘⓘⓘ *a l i a*: SEN. nat. 2, 59, 2 naturae (PRVD. ham. 262 n. -a latentis). TAC. hist. 1, 10, 3 fati (*cf.* MART. CAP. 2, 190 futuri). ann. 15, 74, 1 coniurationis. VVLG. eccles. 39, 3 proverbiorum. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 141, 1 mysteriorum.

β a n i m a n t i u m (*v. etiam p. 372, 9. 10*): Ⓘ *a p. p r o f a n o s*: STAT. Ach. 1, 498 Parcarum -a recludes. AMM. 21, 13, 4 -a fallacissimae gentis. Ⓘⓘ *i n s c r i p t. s a c r a e t a p. s c r i p t. e c c l e s.*: ITALA psalm. 9, 1 (Sangerm. *al.*, *sim.* PSALT. Rom. = VVLG.) -a f i l i (*gr. τῶν κρυφίων, cod. 109* abditis. AVG. *in l.* l. 12. l. 54 -a f., id est et humilis eius adventus . . . et poena, quae nunc occulte agitur). GAVDENT. serm. 19, 11 G. Samaritanae mulieris -a reserat *Christus* quasi deus humanarum mentium perscrutator. RVFIN. Orig. in num. 14, 2 p. 124, 22 -orum dei agnitionem. VVLG. Iob 20, 26 omnes tenebrae absconditae sunt in -is eius *hypocritae*. AVG. civ. 5, 21 p. 232, 20 D. hominum (epist. 188, 6 in euang. Ioh. 90, 2. FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 132, 4 cognoscere. VITAE patr. Iurens. 1, 11 p. 137, 6. *v. etiam l. 78*).

2 *i n m a l a m p a r t e m*: **a** *ap. p r o f a n o s*: CIC. off. 3, 38 honesta . . . bonis viris, non -a quaeruntur. **b** *i n s c r i p t. s a c r a e t a p. s c r i p t. e c c l e s.* -a *f e r e i. q. d e l i c t a (iuxta pon. p. 372, 12), peccata, dedecora* (-a dedecoris *p. 372, 6*), *crimina* (-a criminum *p. 372, 8*) *sim.* (*ad usus originem cf. e. g. supra l. 42 sqq. et locos ut sunt* ITALA Rom. 2, 16 [cod. d *al.* = VVLG.] iudicabit deus -a hominum [*gr. τὰ κρυπτά. quae explicat* Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 619, 21 tam eorum, qui in lege deliquerunt, quam eorum, qui sine lege. *cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 393^{C} -a cordis . . . iudicabat et si quid forte peccati ab eis in -o fuisset admissum, . . . arguebat]. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 516, 13 -a cordis et incredulitatis secreta [HIL. in Matth. 24, 7 mentis -a et obscuram voluntatum iniquitatem redarguit]. pudic. 22 p. 272, 11): ITALA psalm. 18, 13 (Gaudent. serm. 19, 11 G. *al.* = PSALT. Rom., HIER. psalt. sec. Hebr., VVLG.) ab -is meis munda me, domine ([*gr. ἐκ τῶν κρυφίων, antea*: delicta, Nicet. vigil. 3 p. 59, 9 *postea*: istis miseriis inquinari]. SACR. Gelas. 3, 1. 3, 58. *al. cf.* 3, 84 -a cordis [*syn.* desideria tenebrosa]. SACR. Leon. 1093 ab -is . . . purificent). II Cor. 4, 2 (Tert. pudic. 15 p. 250, 29 = VVLG.) -a dedecoris (*gr. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης*, Tert. *postea*: sceleris manifestum [*v. app. crit.*]. *cf.* SIDON. epist. 3, 4, 2 criminum). IREN. 4, 18, 3 (4, 31, 2 H.) -a eius *Cain* arguens (*cf. p. 371, 82. 84 et* GAVDENT. serm. 13, 15 G. -is eius *Iudae* acrius increpare. *de Cain etiam* FILASTR. 131, 4 -a eius). AVSON. 153, 74 p. 10 P. (= PAVL. NOL. carm. 5, 74) purus ab -is. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 664^{C} delicta et -a.

adv. ᵡ**occultē.** PS. ASPER gramm. 54, 20 ab occulto -e. *scribitur in codd.* oculte SEN. epist. 43, 3 STAT. Theb. 11, 565 CAPITOL. Alb. 8, 1 Aur. 20, 2 SIDON. epist. 4, 9, 3, obculte NON. p. 178, 18. *c o m p a r.* -ius *inde a* CIC. (*octies*), SALL. (*semel*), LIV. (*semel*), SEN. epist. (*bis*), QVINT. (*bis*), TAC. (*bis*). *s u p e r l.* -issime *inde a* CIC. (*bis*), CAES. civ. (*semel*), SALL. (*semel*), LIV. (*ter*); *cf.* maxume -e SALL. Iug. 35, 4, parum -e LIV. 25, 4, 5, tam -e AVG. civ. 2, 27 p. 94, 19 D.; quam -issime CIC. Verr. II 4, 25 off. 1, 127 LIV. 21, 27, 3. *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 480, 31 B. -e et clam: -e latent, clam celant. GLOSS. *κρυφαίως. κρύφα, λάθρα.* *legitur singulis locis ap.* TER., PACVV., ACC. (*v. l. 25*), SISENNAM, *ter ap.* RHET. Her., *saepius inde a* CIC. [*loco manco*: ACC. trag. 461 FEST. p. 157.]

i. q. modo occulto. *syn. ut* clam, latenter, secreto *passim*, in silentio *p. 373, 14; opp. ut* aperte, manifeste, palam, publice *passim*, in promptu *p. 374, 1*, in propatulo *p. 374, 1*. *per abundantiam*: obscure . . . -eque *l. 80*. clam -eque *p. 373, 26. 52*. -e et latenter *l. 58. p. 373, 46*. PS. TERT. haer. 2 p. 218, 16, -e et tenebrose *l. 70*, secrete et -e *p. 373, 32*, -e silentio EPIST. Alex. 354 H.; *cf.* CIC. leg. agr. 2, 41 -e latet (fin. 2, 59 IVST. 18, 3, 9. *v. etiam l. 22*). VVLG. II Macc. 1, 19 -e absconderunt (RVFIN. hist. 3, 6, 2 -ius et diligentius [*gr. ἐπιμελέστερον κρύψαντας*]).

I *u s u s o l l e m n i*: **A** *c. v e r b i s*: **1** *v a r i i s* (*exempla selecta*): TER. Ad. 328 amare occepit aliam . . .; neque id -e f e r t, a lenone ipsus eripuit palam (*transl., aliter p. 373, 61. cf.* CIC. Verr. II 2, 88 auferre [4, 53. AVG. serm. 8, 10, 11 *opp.* palam. *al.*]. 4, 65 deferrent. Flacc. 44 referenda. FEST. p. 285 ⟨al⟩lato [PASS. Petr. Paul. long. 24]). CIC. Verr. II 1, 10 aut -e subripi aut impune eripi (*cf.* IVVENC. 4, 783 rapiens). 4, 23 clam imponenda, -e e x p o r t a n d a (2, 185 -ius. *cf.* AMM. 20, 11, 22 portabat [*antea*: latenter. VVLG. Tob. 2, 4]). leg. agr. 1, 1 -e cuniculis oppugnatur (*cf.* SALL. Catil. 45, 2 obsidunt). de orat. 3, 225 qui s t a r e t -e post ipsum (GELL. 1, 11, 13 -ius. *cf.* IVVENC. 4, 540 solus -e maestus sedit). fin. 2, 53 -e, sine teste, sine ullo conscio fallat. PVBLIL. O 13 peccant (SEN. epist. 43, 3 -ius [GREG. M. in Ezech. 1, 7, 6]. AVG. divers. quaest. 36, 3). LVCR. 1, 314 decrescit (*var. l.* -o. *cf.* BELL. Alex. 48, 3 paulatim . . . et -e . . . minuebant). CAES. civ. 3, 67, 3 quam potuit -issime . . . cohortes . . . eduxit (*cf.* LIV. 10, 14, 14 circumducere. AMM. 29, 1, 7 inductus. AVG. civ. 18, 18 p. 280, 11 D. perductae). SALL. Catil. 17, 5 erant . . . paulo -ius consili . . . participes. Iug. 109, 4 accersitur (*cf.* LIV. 37, 10, 12 remiges . . . Magnesiam -e cogit). or. Phil. 13 disturbantur palam, defenduntur -e. VERG. Aen. 12, 418 hoc *dictamno* . . . amnem inficit, -e medicans. OV. epist. 16 (17), 155 dissimulare potes; lude, sed -e. ars 2, 708 -e spicula tingit Amor. LIV. 9, 2, 1 castra quam potest -issime locat (*cf.* VEG. mil. 3, 6 p. 79, 2 -ius conlocant). 29, 5, 8 mittebantur (PS. TERT. haer. 2 p. 218, 16 -e et latenter. SPART. Did. 7, 8 [-o *Peter*]. LACT. mort. pers. 43, 3 AMM. 18, 3, 3. *al. cf.* AMM. 19, 9, 4 dimisit [VVLG. Matth. 1, 19 *gr. λάθρα*]). 29, 5, 6 adiuvari. PLIN. nat. 35, 97 daret (PASS. Petr. Paul. long. 24 adferri panem . . . et -e [-um *B*] dari [*gr. λάθρα*]. *cf.* IVST. 13, 4, 8 tradi [AMM. 23, 3, 2]). STAT. Theb. 11, 565 erigit -e ferrum. 11, 628 quaerebat. silv. 3, 1, 146 spectare (*cf.* CASSIOD. in psalm. 101, 7 visitando). TAC. hist. 3, 34, 2 a propinquis . . . -e redemptabantur *Cremonenses capti*. PLIN. epist. 9, 33, 10 interfici (*cf.* AMM. 19, 6, 7 obtruncare). GELL. 11, 18, 19 -e tollit aut clam subripit *fur*. AVR. VICT. Caes. 33, 20 abiecit (*cf.* AMM. 20, 4, 10 proiecit. VVLG. act. 16, 37 eiciunt [*gr. λάθρα*]). AMM. 14, 10, 5 -ius distributo auro. HIER. in Ion. 4, 5 p. 1147 -e et tenebrose biberet (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 15, 35 manducabat). VVLG. Ier. 9, 8 p o n i t . . . insidias (LEX Burg. Rom. 39, 2 terminos). *al.*

2 *d i c e n d i, c o m m u n i c a n d i, p e t e n d i sim.*: **a** *i. q. modo obscuro, non satis perspicuo*: PACVV. trag. 138 praedixit (*cf.* AVG. in psalm. 104, 10 l. 15 licet -ius, tamen . . . p r a e n u n t i a b a n t *prophetae* [*opp.* aperte . . . dicit. PS. AVG. serm. ed. Mai 14, 2]). CIC. nat. deor. 1, 74 d i c i s -e tamquam Heraclitus (HIER. tract. in psalm. I p. 67, 6. *cf.* HIL. in Matth. 32, 3 loquerentur). div. 2, 55 aperte declarari . . . aut ne -e quidem. QVINT. decl. 329 p. 292, 24 tam obscure hoc -eque scripsisse (*opp.* lucidum atque manifestum). AVG. civ. 10, 32 p. 458, 17 D. apertius indicarunt, quae aliquanto -ius . . . sunt significata. **b** *i. q. modo clandestino, non publice et aperte*: RHET. Her. 1, 6, 9 si . . . -e d i c e m u s interiectione verborum (VVLG. gen. 18, 12 risit -e dicens: *eqs. al.* AVG. civ. 2, 27 p. 94, 19 D. PHOEBAD.

[*Johann-Sz.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. Arian. 16 l. 26 D. *opp.* cum libertate. *al. cf.* SALL. Iug. 109, 1 pauca coram Aspare locuturum, cetera -e aut nullo aut quam paucissimis praesentibus). 4, 27, 37 admonuisse (MARCELL. chron. II p. 66, 399, 3). CIC. Tusc. 4, 3 (*de Pythagoreis*) praecepta . . . -ius tradere. SEN. nat. 4 praef. 5 non esse -e nec ex dissimulato blandiendum (*syn.* clam, *opp.* ex aperto, palam. *cf.* TAC. Agr. 42, 1 laudare [CLAVD. DON. Aen. 2, 565 p. 227, 18]). epist. 56, 10 petit (*cf.* LAMPR. Alex. 36, 1 postularet [*syn.* secreto, *opp.* publice]. AMM. 16, 5, 5 supplicabat). TAC. ann. 1, 48, 2 recitat *litteras*. SVET. Iul. 56, 6 si qua -ius perferenda erant, per notas scripsit. frg. 107 p. 136, 11 quidquid -e (*sc. notis*) invicem per scripturas significare. ITALA psalm. 100, 5 (Epiphan. in cant. p. 85) obloquentem -e proximo (*gr.* τὸν καταλαλοῦντα λάθρα, PSALT. Rom. detrahentem . . . -e, *Vulg.* d. secreto, *cod. 400* in occulto. *cf.* VVLG. eccles. 10, 11 detrahit [*antea*: in silentio]). IREN. 3, 16, 4 (3, 17, 4 H.) manifestans. CAPITOL. Alb. 8, 1 suggerere (*antea*: publice, *ut* CASSIOD. in psalm. 128, 3 -e . . . suadere). Aur. 20, 2 ostendit. AMM. 25, 8, 12 sententiis -ius sciscitatis (*cf.* EPIPHAN. in euang. 5 p. 5, 28 requirit). 28, 1, 32 docuit (RVFIN. hist. 4, 11, 1 *opp.* publice). CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 11, 18 reprehendit. *al.* AVG. epist. 157, 22 mussitant. *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 40, 1 praedicabant (*opp.* palam ac publice). *sim. al.*

3 *agendi, perficiendi, temptandi sim.*: RHET. Her. 1, 7, 11 insinuatio eiusmodi debet esse, ut -e per dissimulationem eadem . . . omnia conficiamus. 4, 27, 37 fecisse suspicionem (CIC. Verr. II 2, 45. 5, 174 -ius [Deiot. 18 fieri. orat. 38]. Phil. 10, 15 fin. 1, 50 off. 1, 127. LIV. 25, 4, 5 parum -e. 41, 24, 3. PLIN. nat. 36, 6 clam . . . -eque. TERT. anim. 31, 3 fiat. LACT. inst. 6, 20, 10 fit. LEX Sal. Merov. 80 -e sine iudice. *al.*). CIC. Verr. I 15 video, quid agat; neque enim agit -issime (II 2, 81 [*opp.* palam, *ut* 4, 49]. fam. 6, 12, 3 -ius [Att. 11, 24, 2. SCHOL. Cic. Bob. p. 129, 27 *opp.* manifestius. *al.*]. Att. 10, 11, 4 LIV. 44, 27, 13 AVG. in psalm. 9, 1 l. 55 SALV. gub. 7, 78. ORIG. in Matth. ser. 10 p. 18, 12 secrete et -e. *cf.* AMM. 22, 5, 1 agitabat . . . quantum fieri poterat -issime). II 2, 54 rem -e instituunt (*cf.* CAES. Gall. 7, 83, 5 inter se constituunt. SALL. or. Phil. 13 malum publicum -e, auxilia palam instruebantur). Att. 7, 7, 4 molitus erit (CLAVD. DON. Aen. 2, 310 p. 189, 29). 14, 22, 2 comparari (*cf.* SALL. Catil. 52, 35 neque parari neque consuli . . . potest [Iug. 35,4 maxume -e. 40, 2. LIV. 45, 5, 10 IVST. 5, 11, 3. SVLP. SEV. chron. 1, 35, 4 non -e, sed palam]). SALL. Catil. 26, 5 temptaverat (LIV. 27, 15, 11 AMM. 14, 11, 14. *al.*). hist. frg. 4, 59 fabricatae (TAC. ann. 3, 43, 1 APVL. apol. 62). LIV. 8, 3, 2 -e . . . coquebant bellum. VELL. 2, 68, 2 haud -e . . . tumultum movens. VAL. MAX. 8, 10, 1 formabat. TAC. ann. 6, 29, 3 artes -ius exercebat (SVET. Nero 26, 1 sensim . . . et -e. LACT. inst. 2, 16, 1 vel palam vel -e). *al.*

4 *eundi, sequendi, procedendi sim.*: CIC. Catil. 3, 5 pervenerunt (VITA Caes. Arel. 1, 39 -e latenterque. *cf.* CIC. Att. 11, 15, 3 veniendum [COD. Theod. 10, 3, 5]). de orat. 2, 203 serpere (OPTAT. 1, 15 p. 17, 17). Att. 10, 12, 2 παρακλεπτέον . . . et -e in aliquam onerariam corrependum (*cf.* MIN. FEL. 27, 2 inrepentes. QVEROL. p. 4, 9 R. callide et -e obrepens *parasitus*. AMM. 16, 12, 22 humiliter et -e reptantem *peditem*). CAES. civ. 1, 66, 3 proficiscitur. SALL. Catil. 57, 1 perfugeret (*cf.* HIL. coll. antiar. p. 55, 9 clam . . . -eque profugit. VITAE patr. 5, 6, 15 fugiens [*gr. Cot. p.* 706^{C} λάθρα φυγών]). OV. am. 1, 8, 49 (*fere* = met. 10, 519) labitur -e fallitque volubilis aetas (*cf. l. 60*). LIV. 21, 27, 3 quam -issime traiecto amni. 24, 17, 3 subsequi (SVET. Nero 26, 2 procul et -e. *cf.* HIER. epist. 50, 4, 3 videtur . . . -e . . . esse sectator). CVRT. 3, 8, 28 circumire *hostes* (3, 11, 3. *cf.* FRONTIN. strat. 1, 8, 11 redirent. TAC. hist. 3, 70, 4 abiret). PLIN. nat. 10, 202 exsiliunt. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 46 -e procedens *aevum* (*cf. l. 54*). AMM. 16, 11, 4 transgressi (*cf.* PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355^{D} egrediens [*gr. p. 46, 12 B.* κρυπτῶς.]). 21, 9, 2. ferebatur. 25, 3, 1. 29, 5, 51. *al.* PALLAD. hist. mon. I 11 p. 287^{B} perrexi (*gr. p. 75, 6 B.* λεληθότως). *al.*

5 *sentiendi, exspectandi, affectuum sim.*: SISENNA hist. 25 -e tacitique . . . praestolari (*cf.* SALL. Iug. 91, 3 quam -issime potest . . . opperitur). CIC. p. red. in sen. 12 gemeretis (*cf.* Att. 2, 21, 2 suspirassent). Sest. 14 dissentiunt (*cf.* LIV. 44, 38, 3 senserunt [AMM. 18, 6, 20]). off. 1, 127 ut quam -issime pareant. Att. 1, 13, 4 -e, sed ita, ut perspicuum sit, invidet. 4, 1, 8 irasci (*opp.* aperte). TIB. 3, 12, 6 est . . ., -e cui placuisse velit. OV. trist. 3, 4, 72 amabat (*antea*: latitantis *cf.* SALON. in prov. p. 985^{D} diligere [*opp.* manifeste]). SEN. Tro. 908 lugendus. PORPH. Hor. carm. 1, 13, 6/8 saevientibus. MIN. FEL. 27, 8 odium . . . serunt -e per timorem. CYPR. idol. 7 -e (-o *V*) . . . terrent.

B *c. adi.* (*cf. etiam p. 372, 52*): PS. AVR. VICT. epit. 1, 21 -e invidus, palam factiosus *Augustus*. AVG. civ. 20, 19 p. 452, 18 D. iudiciis dei -e iustis, iuste occultis.

II *praedicative*: **A** *pertinet ad subi.*: CIC. Att. 12, 46, 1 dolor idem manebit, tantum modo -ius (INTERPR. Paul. sent. 5, 7, 10 clam, id est -e). INTERPR. cod. Theod. 4, 8, 9 non -e, sed publice in libertate duraverint. CASSIOD. Didym. Iac. 1, 1 p. 1, 19 -e et spiritaliter sunt Iudaei (PASS. coron. 1 -e christiani erant). **B** *pertinet ad obi.*: SALL. Catil. 26, 4 circum se praesidia . . . -e habebat FRONTIN. strat. 3, 10, 8 -e habita classe). GELL. 18, 10, 8 altius -iusque remota (*opp.* in promptu, in propatulo). CLAVD. DON. Aen. 1, 595 p. 118, 10 -e illic inventam requiem, ubi evidentissimum periculum sperari potuerat. VVLG. I Macc. 10, 79 reliquit . . . equites . . . -e (VITA Melaniae [BHL 5885] 38 p. 22, 3).

adv. **occultō.** [*variat in codd. c.* -e *l. 13. p. 372, 48. 373, 74.* LVCR. 1, 314. *coni.* SPART. Did. 7, 8 *p. 372, 59.*] *i. q. modo occulto, occulte*: AFRAN. com. 295 age curre cursim ad Numisium -o ('falso Afranius' CHAR. gramm. p. 270, 25 B. [*ex Romano*] *locum afferens*). APVL. apol. 60 haudquaquam -o (*post Casaub. alii,* -a *Butler-Owen c. codd.*) res acta est. TERT. adv. Val. 18 p. 197, 13 movebatur. FRG. Vat. 249, 5 utrumque iure compleatur, neque id -o aut per imperitos aut privatim; his enim rebus saepe clandestina fraus *eqs.* EPIST. Alex. l. 74 H. ne -o (*var. ll.* -e, -i, -a, ex -o) hostes . . . insidiarentur. CLAVD. 22, 37 saevire. COD. Theod. 7, 16, 2 ut nullus vel vi vel clam vel aperto vel etiam -o . . . possit imperii regiones inrepere. SIDON. epist. 4, 23, 2 conficeris -o ('*an* -o angore?' *Mohr, sed fort. potius* c. maerore *iungendum*) quod filius publico (-e *C*) maerore conficitur.

deriv.: occultim, 1. occulto.

compos.: inoccultus, peroccultus.

occultābilis, -e. *ab* occultare. *i. quod occultari solet vel debet* (*de pudendis*): OP. imperf. in Matth. 49 p. 909 inferiora . . . sunt venter aut cetera -ia membra.

occultātim *v.* occulto.

occultātio, -ōnis *f. ab* occultare. *legitur inde a* RHET. Her. (*semel*), CIC. (*quinquies*), CAES. (*semel*), *tum ap.* PLIN. nat., QVINT. *al.* [*in codd. variat* -is *c.* occultatoris *p. 375, 14. add. ed. pr.* ORIG. in Matth. ser. 80 p. 112, 5.]

i. q. actus occultandi, abscondendi, celandi, dissimulandi sim., sc. tam aliud vel alium (c. gen. obi. l. 70) quam se ipsum (-o sui *l. 71. ceterum e. g. l. 35. 37 bis*). *plur.*: PLIN. nat. 2, 62 CHALC. comm. 71 AVG. doctr. christ 2, 39, 59 MART. CAP. 8, 883. 8, 887. *quasi pleonastice* -e celare *l. 39.*

I *usu vario*: **A** *proprie*: **1** *generatim*: CIC. nat. deor. 2, 127 aliae *bestiae* fuga se, aliae -e tutantur. PLIN. nat. 1, 10, 35 plumas amittunt *aves* in -e. 7, 148 in spelunca -o. APVL. met. 6, 7, 4 -is illicitae crimen. AVG. divers. quaest. 65 p. 60 -em *Adam* (*antea*: se absconderat). MART. CAP. 9, 899 longae -is. COD. Theod. 5, 17 (15), 2 (= Iust. 11, 64 [63], 2) -e celaverit (10, 20, 9 = Iust. 11, 8, 6). *sub specie quietis et refugii*: CIC. Att. 9, 13, 5 illa ἀλίμενα video tibi non probari . . ., sed habebam in illis et -em (*v. app. crit.*) et ὑπηρεσίαν fidelem. *ibid.* ibi *Brundisii* -o nulla est. **2** *speciatim de stellarum obitu vel obscuratione* (*fere plur.; v. etiam p. 375, 1 bis*): PLIN. nat. 2, 62 luminum -umque ratio. 18, 218 -em potius quam occasum *stellarum* (*antea*: exortu siderum occasuque, occultantur stellae et conspici desinunt). CHALC. comm. 71 ortuum . . . et occasuum . . . hoc est effulsionum et -um.

B *translate et in imagine*: **1** *generatim i. q. dissimulatio*: CIC. fin. 2, 73 *libidinis*. TERT. adv. Val. 10 p. 188, 12 haerere *Sophiam* de ratione casus, curare de -e. AMM. 27, 7, 2 -is spe. LEO M. serm. 92, 2 p. 454^{C} -e arguitur *iniquitas*. SERM. Corp. Vind. 21 p. 333, 2 ut . . . -o ipsa proditio sit. POMER. 2 ind. cap. 7 p. 442^{C} -o dolosa *peccatorum* (*opp.* confessio). GREG. M. moral. 12, 21 p. 996^{C} in secreto iudiciorum dei sub quadam -e servatur (*cf. Iob 14, 17* quasi in sacculo). *pellucet imago*: AVG. in euang. Ioh. 97, 2 l. 24 ipsa . . . -e condiunt quodammodo nefarii doctores sua venena curiosis (*opp.* palam . . . dici). serm. 160, 6 ibi *in testamento veteri* . . . -o est, hic *in testamento novo* revelatio, illud est sub velamine, hoc in facie (*ibid.* -is signum . . .; novum enim testamentum in veteri velabatur, vetus testamentum in novo revelatur. *v. etiam l. 77*). 299, 4 (*de adventu Christi futuro*) contrarium erit -i et . . . taciturnitati (*ibid. iterum, iuxta* manifestationem eius, manifestus veniet). **2** *speciatim*: **a** *in rhet. i. q. praeteritio,* παράλειψις: RHET. Her. 4, 27, 37 -o (*Spalding,* occupatio *trad.*) est, cum dicimus nos praeterire aut non scire aut nolle dicere id, quod nunc maxime dicimus, hoc modo: *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 98). **b** *in log.* (*v. etiam l. 81*): BOETH. elench. soph. 1, 14 p. 1024^{B} -o latendi gratia est, latere autem deceptionis (*gr.* κρύψις). top. Arist. 8 p. 993 sunt . . . quae ad -em certaminis gratia *sumantur in syllogismo*.

II *accedit gen.*: **A** *obi.*: CIC. orat. frg. B 24 (VLP. dig. 42, 4, 6, 4, *ubi explicatur* 'latitare') -o sui. CAES. Gall. 6, 21, 5 rei. TERT. paenit. 10, 7 delicti (*cf.* POMER. 2, 7, 2 criminis). FAVSTIN. trin. 4, 3 p. 69^{A} divinitatis. CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 76, 19 ('factum . . . celavit') -o facti (*opp.* publicato . . . interitu). RVFIN. Orig. princ. 4, 2, 3 p. 310, 32 ibi (*sc. in verbis Iohannis*) inesse -em . . . sacramentorum (*gr.* ἐπίκρυψιν). AVG. catech. rud. 4, 9 in veteri testamento est -o novi, in novo testamento est manifestatio veteris; secundum illam -em *eqs.* (civ. 16, 26 p. 168, 15 D.). civ. 11, 22 p. 491, 7 utilitatis. pecc. orig. 25, 29 *iustitiae divinae* (*opp.* revelationem). serm. 36, 4, 4 Christi (*opp.* revelatio). de serm. dom. 1, 6, 17 lucernae. BOETH. top. Arist. 8 p. 993^{D} ad -em conclusionis *syllogismi* (*gr.* κρύψιν). GREG. M. moral. 15, 31 cogitationis. 26, 41 suae arrogantiae. **B** *subi.*: AVG. doctr. christ. 2, 39, 59 multa . . . invenimus; sed . . . propter invidorum -es latent. MART. CAP. 8, 883 tam visus eius *Veneris*

[*Johann-Sz.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sideris quam -es. 8, 887 -es . . . eorum *siderum* fiunt eqs. Cassiod. Ios. antiq. 5, 11 si capi in eorum -e potuisset *mulier eqs.* (*gr.* ἀποκρύπτουσαν)

occultātius *v.* 1. occulto.

occultātor, -ōris *m.* (*? quasi pro adi. l. 6*). *ab* occultare. *i. qui occultat, in secreto tenet, celator*: **1** *hominum (fere reorum)*: *c. gen.*: Cic. Mil. 50 ille latronum -r et receptor ⌊locus⌋ (*om. T*). Cod. Theod. 7, 18 (= Iust. 12, 45 [46]) rubr. de desertoribus et -bus eorum *sc. desertorum* (7, 18, 11, 2. 7, 18, 13, 1. 7, 18, 14, 2. Novell. Valent. 6 rubr. de tironibus et de -bus d.). 7, 19 rubr. de Saturianis et Subafrensibus et -bus eorum (7, 19, 1 pr. quorum *sc. Saturianorum* -es *eqs.*). *nude*: Cod. Theod. 7, 1, 10, 1 -es perfidos. 10, 12, 1, 1 de -bus et fugitivariis. 12, 1, 162 -es certa feriri poena. Lex Visig. 9, 1, 11 -bus impositum *damnum* (*antea*: in crimine occultati servi). 9, 1, 12 damnum -is (*var. l.* occultationis).
2 *rerum*: Ps. Ascon. Verr. p. 237, 7 furtorum (*c. gen. ut*: Cod. Theod. 10, 11, 1 [= Iust. 10, 13, 1, 1] gestorum. 12, 1, 76 [= Iust. 10, 32, 31] talium . . . rerum. Lex Visig. 6, 1, 4 conscii et -es sceleris. Mart. Brac. form. vit. 4 p. 8, 16 W. -r virtutum, sicut alii vitiorum). Cod. Theod. 8, 5, 58 pr. sollicitatoribus et -bus *furtorum.* Cassian. conl. 8, 1, 1 quanto abstinentia ipsa occultius exercetur . . ., tanto subtilius -em suum temptare non desinit.

occultātum *et* **occultātus** *v.* 1. occulto.

occultim *adv. ab* occultus, *cf.* celatim, furtim. Gloss. I p. 85 n. 116 -m (*trad.* -em): clam. [*e coni.* Cypr. Gall. num. 164 *v. p. 367, 41.*] *i. q. modo occulto, occulte, secrete, clam*: Itala II Macc. 1, 19 (cod. M) acceperunt -m de igne arae et absconderunt in cavo putei (*aliae recc. et Vulg.* occulte, clam, absconse). Cypr. Gall. Ios. 42 exigit absconsos viros . . ., quos . . . -m lignorum (*'an linorum?' Peiper*) texerat antro (*Vulg. 2, 6* operuit . . . eos stipula lini). Sol. 4, 3 -m (-um *A P*) reptat *solifuga serpens.*

1. ˣocculto, -āvī, -ātum, -āre. *intens. ad* occulere. *scribitur in codd.*: ocult- Stat. Theb. 2, 535 *L.* 10, 482 *f.* Lex Sal. Merov. 89. obcult- Conc.^{S} I 5 p. 150, 24. occolt- Psalt. Rom. 34, 8 (cod. 421 *man. sec.*). *?* opscult- CE 45, 2 (= CIL IV 2360), *v. Stowasser, WSt. 25, 1903, 266*; oscult- *i. e. 'auscult-' intellegere maluit Bücheler; at tituli imago* opsult- *exhibet, unde Zangemeister ad* CIL *'*opsultat *i. e. insultat'.* *de formis*: -assis: Plaut. Trin. 627. *perf.* -ēre (-erunt *passim*): Liv. 41, 18, 12. *formae breviores*: -arunt: Pavl. Fest. p. 75 (*sed v. Lindsay ad l.*). Plin. nat. 28, 232. -arat (-erat *saepius*): Cic. Verr. II 2, 91. -asse(n)t (-isset *vel* -issent *non invenimus*): Caes. Gall. 6, 43, 3 Nep. Lys. 2, 3 Plin. epist. 4, 11, 11 Tert. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 5 *et* 6 Vvlg. Tob. 2, 5. -asse (-isse *nusquam*): Rhet. Her. 2, 3, 5 Cic. Sest. 50 Lvcr. 2, 634 Caes. Gall. 7, 38, 5 Plin. nat. 21, 56. *al.* *de notione*: Synon. Cic. p. 425, 3 fugitat (flagitat *N*). -at se. potestatem sui non facit. delitescit. latebris continetur. Gloss. κρύπτω. κατακρύπτω. ἀποκρύπτω. -vit: abdidit, abscondit. *legitur inde a* Plavto, Caecil., Ter., Rhet. Her., Cic., Caes. [*in codd. variat vel confunditur c.* occulere *in variis formis passim*, -tus *c.* occultus *v. p. 363, 52, praeterea* -tus *c.* celatus Frontin. strat. 2, 5, 44, occupatus Caes. Gall. 6, 43, 6 Liv. perioch. 49 p. 60, 23, -antis *c.* latitantis Vlp. dig. 42, 4, 7, 9, -andus *c.* occupandus Decl. in Catil. 61, -ando *c.* osculando Tert. orat. 18 (-tum est *falso ut vid. pro* osculatus est Arnob. in psalm. 130 p. 532^{C}), -antur *c.* obscurantur Mart. Cap. 8, 854, -erint *c.* occiderint Cod. Theod. 9, 29 (= Iust. 9, 39) rubr., -etur *c.* ex- *et* conculcetur Plin. nat. 2, 164. *loco corrupto*: Cic. Att. 8, 14, 3. *ex falsa versione*: Mvtian. Chrysost. hom. 8, 2 p. 293/4 videntur . . . -are se ipsos (*opp.* oboedientiam, *gr.* ἀφηνιάζειν, *quod confudisse vid. c.* ἀφανίζειν; *cf. Wilhelmsson, Stud. zu Mutian. 50 et Lundström, Übersetzungstechn. Unters. 69*).]

i. q. occultum facere, reflex. (v. p. 377, 51 et sub II passim) et mediopass. (v. p. 377, 65 et sub II passim) nec non act. pro reflex. (v. p. 377, 77) i. q. occultum fieri vel esse vel manere. *interdum per fraudem, cf.* -are astu *p. 376, 56*, dolo *p. 378, 48*, fraude (fraudibus) *p. 376, 22.* Novell. Maior. 5 pr., mentiendo *p. 378, 49*, *praeterea* -are callide *p. 377, 21*, nequiter Plin. nat. 21, 179, scelerate *p. 376, 22.* *-ant imprimis animantes; res variae e. g. p. 376, 40. 377, 31*, tenebrae *p. 378, 11, per oxymor.* -at lux *p. 378, 13.* ἀπὸ κοινοῦ *-atur* vox *p. 376, 13.* *iuxtaposita notabiliora (v. etiam p. 376, 65)*: *synon.*: abdere *p. 376, 42.* Tac. hist. 1, 88, 2, abscondere *passim*, celare *p. 376, 57. 74. 377, 44.* Cic. off. 3, 38. Ivvent. com. 1 cela, -a, tege, tace. Porph. Hor. carm. 1, 24, 7, contegere *p. 376, 42.* Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 19, 2, deponere Tert. adv. Val. 25 p. 201, 20, operire (tenebris, velamine) *p. 376, 50. al.*, opprimere Cic. S. Rosc. 121 orat. 49, obtegere *p. 378, 52*, obvelare Chromat. in Matth. 5, 4, 2. premere *p. 377, 16*, recondere *p. 378, 74*, seponere Cic. Att. 11, 24, 2, supprimere *p. 376, 84.* tegere *infra passim et* Ivvent. com. 1 *v. l. 71.* *oppos.*: aperire *infra passim et* Qvint. decl. 307 p. 209, 16, demonstrare Avg. serm. 187, 44, detegere *p. 379, 58*, manifestare *passim*, in manifestum producere Iren. 1, 15, 6 (1, 8, 17 H.), ostendere *passim*, praebere inspiciendum *p. 376, 25*, proferre in medium *l. 376, 20*, propalare *p. 377, 74*, revelare *p. 376, 83*, Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 19, 2 Cod. Iust. 9, 41, 8. *per abundantiam plus minus audacem* -tum latere *p. 378, 76*, -are latebrose *p. 379, 64* (*cf.* latebris *p. 378, 32. 72*, in latebra *p. 379, 7*, viis latebrosis *p. 378, 36*, inter latebrosas convalles *p. 379, 36*, adytis latentibus Mart. Cap. 1, 93), in absconditis Vvlg. Ier. 23, 24, in absconso tabernaculi *p. 379, 3*, arcanis secretis *p. 378, 50* (secretis sub antris *p. 379, 45*); *cf. praeterea e. g.* Sil. 9, 99 sepulcro . . . condit membra -ta. Homer. 708 abdiderant -antes sua corpora (Prvd. c. Symm. 1 praef. 52 -bat . . . se . . . abditum [additum *N*] virus). Stat. Theb. 10, 482 -ta . . . delituit virtus. Paneg. 4, 5, 3 -andis, quae . . . latent (*cf.* Amm. 17, 13, 13 latitantes -bantur).

I *nude*: **A** *usu communi*: **1** *act. et pass.* (*nisi quaedam fort. mediopassive intellegas, ut e. g. l. 14. 48. 51. 52*): **a** *corporaliter* (*v. etiam p. 377, 34*): **α** *c. acc. rerum*: Plavt. Curc. 95 tace, -emus lumen et vocem. Most. 288 (*interpol.?*) purpura aetati -anda est (*cf.* Tert. cult. fem. 2, 6 l. 22 senectus cum plus -ari studuerit, plus detinetur). Cic. Sest. 50 corpus paludibus -asse demersum (Liv. 41, 18, 12 Plin. nat. 8, 85 [*var. l. et Mayh.* occulto]. *cf.* Plin. nat. 8, 62 -to eo *capite* [Hil. trin. 6, 7 *opp.* patebit]. Rvfin. hist. 3, 23, 18 dexteram [*gr.* ἀποκρύπτων]). Rab. Post. 45 pecuniam (Tac. hist. 2, 13, 2. *cf.* Liv. 6, 14, 11 thensauros [Rvfin. hist. mon. praef. p. 389/390 *opp.* proferre in medium]. Tac. hist. 2, 29, 1 spolia . . . et aurum, [et] pretia laborum. Pavl. dig. 47, 2, 1, 2 *depositum.* Cod. Theod. 9, 42, 5 scelerate . . . facultates. 16, 5, 34, 1 fraude. *al. sim.*). fin. 5, 46 ut, si quae in membris prava . . . sint, -ent homines (*sim.* Porph. Hor. sat. 1, 2, 83, quod reprehensibile est magnopere -ant. Ivst. 38, 8, 10 quasi astu inspicienda praeberentur, quae omni studio -anda pudibundo viro erant). Caes. Gall. 7, 45, 7 tectis insignibus . . . -tisque signis militaribus (Sall. Iug. 68, 4). 7, 73, 7 pars scrobis ad -andas insidias viminibus . . . integebatur. Val. Max. 2, 6, 2 ad dissimulandum et -andum vulnerum . . . cruorem. Frontin. strat. 2, 5, 27 strictis . . ., quos -erant, gladiis (*cf.* Avson. Mos. 252 -ti . . . ferri *de hamo.* Rvfin. hist. 2, 20, 5 -tis pugionibus [*gr.* ὑποκρύπτοντας]). Tac. ann. 4, 35, 4 libros . . . cremandos censuere patres; set manserunt, -ti et editi. Apvl. apol. 82 litteras illatenus . . . legendas praebebat, cetera supra et infra scripta -bat (*opp.* ostendebat). Ivvenc. 1, 479 praecelsis inpostam rupibus urbem -are (*Matth. 5, 14* abscondi). Avson. 452, 3 p. 396 P. *lacrimas.* 453, 3 p. 396, 8 ea *nave* . . . sedulo -ta. 458, 3 p. 399 quam potest tutissime -at *dona.* Amm. 16, 8, 4 velamen purpureum. Hier. virg. Mar. 14 p. 198^{B} *idola* (*cf. gen. 31, 34* abscondit idola). Rvfin. hist. 3, 6, 7 (*gr.* συγκαλύπτουσαι). *subi. est res* (*cf. p. 377, 31*): Cic. fin. 5, 58 a natura -tas *res* et latentes indagare (off. 1, 127 quae . . . n. -vit [*antea*: contexit atque abdidit]. Plin. nat. 21, 56 id *semen thymi. cf.* 15, 92 quae . . . -vit cura naturae). Plin. nat. 33, 3 quae -vit atque demersit *terra.* 35, 68 ut . . . ostendat *pictura* . . . etiam quae -at. *subi. est res, qua aliquid -atur* (*cf. p. 378, 11*): Verg. ecl. 2, 9 virides . . . -ant spineta lacertos.

β *c. acc. animantium* (*exempla dedimus inde a* Vvlg. *selecta*): Cic. Verr. II 5, 65 quid accidit, cur tanto opere iste homo -retur, ut eum ne casu quidem quisquam aspicere posset? (Fest. p. 334. Avg. civ. 6, 7 p. 260, 18 D. [*antea*: tenebris operiuntur, *opp.* proferuntur in lucem]). 5, 67 quam ob rem ita pirata iste -tus est quasi eum aspici nefas esset? Verg. Aen. 2, 45 inclusi ligno (*i. equo Troiano*) -antur Achivi (*cf.* Clavd. Don. Aen. 2, 15 p. 149, 21 *viros* equus *Troianus*). Cvrt. 4, 4, 15. Plin. nat. 10, 93 -andis habiles *nidi hirundinum* pullis. Frontin. strat. 3, 10, 1 *milites.* Tac. hist. 2, 98, 1 plures . . . suomet astu -ti. 4, 1, 2 Pavl. dig. 48, 19, 40. Apvl. met. 9, 40, 4 (*syn.* celatus). Itala II par. 22, 11 (Complut.) eum (*gr.* ἔκρυψεν, *Vulg.* abscondit). Hil. myst. 2, 8, 2 *exploratores* suscepit et -at. Vvlg. Hebr. 11, 23 -tus est *Moyses natus* mensibus tribus (*gr.* ἐκρύβη). Prvd. c. Symm. 1, 46. Cod. Theod. 7, 13, 21 refugas. 9, 29 (= Iust. 9, 39) rubr. latrones vel aliis criminibus reos (9, 29, 2 = Iust. 3, 39, 1). *al.* *subi. est urbs*: Avg. conf. 5, 10, 19 plures . . . eos *haereticos* Roma -at.

b *incorporaliter sc. utcumque celando vel dissimulando, maxime tamen reticendo sim.* *iuxtaposita selecta*: *synon.*: dissimulare *passim* (*cf. l. 29*), reticere *l. 82. p. 377, 8*, tacere Cic. Verr. II 2, 91 dom. 30 Hil. c. Aux. 9 Avg. in psalm. 5, 7 l. 25. *oppos.*: confiteri *l. 76, p. 377, 41.* Hesych. in lev. 16, 21 p. 1000^{B}, dicere *l. 81.* Avg. in psalm. 5, 7 l. 25, divulgare *l. 84. p. 377. 13*, indicare Avg. in euang Ioh. 123, 5, nuntiare Avg. civ. 8, 21 p. 352, 6 D., prodere Caes. Gall. 6, 20, 3, profiteri Apvl. apol. 11, promulgare Apvl. *ibid.*, recitare *p. 377, 36.* Tac. ann. 6, 38, 3.

ōcimoīdes, -is *n.*, ὠκιμοειδές (*respondet in Diosc. gr.*). *i. q. ocimi simile*: **1** *de clinopodio*: PLIN. nat. 1, 24, 87 *medicinae ex* clinopodio ... sive -e III. 24, 137 clinopodium alii cleopiceton, ... alii -es (cim- *E*, -ydos *X*) appellant. DIOSC. 3, 105 p. 422, 20 clinopodion, quem multi clionicon aut ocimides ... dicunt. **2** *de cardo silvatico*: PS. APVL. herb. interpol. 110 l. 12 Graeci ... -es, Latini cardus varianus *eqs.* (*sec. Ps. Diosc. Vind. 3, 9 p. 16, 17, cf. Diosc. 3, 9 p. 381, 4* ocimo). **3** *de echio*: DIOSC. 4, 27 p. 20, 22 de -es: -es multi et stecion (*i.* ἔχιον) dixerunt aut fileterion; folia habet similia ocimo *eqs.*

***ōcimum,** -ī *n.*, ὤκιμον (*quod resp. in graecis*). *de origine*: VARRO ling. 5, 103 quae in ⟨h⟩ortis nascuntur alia peregrinis vocabulis ut graecis -um, menta, ruta. FEST. p. 180 -um graecum et a celeritate nascendi est dictum (*cf. infra l. 77*). ISID. orig. 17, 10, 16 pepo, melipepo, -um graeca nomina sunt, et origo eorum Latinis incerta. *scrib. hic illic* ocy-, ozi-, oqu-; *litt. graec.* PS. DIOSC. Vind. 4, 141 p. 285, 14 ὤκιμουμ ἀκονάτικουμ. *de genere*: CHAR. gramm. p. 91, 19 B. -um consuetudo (*inde fluxisse vid.* GLOSS. V 574, 1 ocinum: consuetudo) neutraliter dicit; sed Aemilius MACER ait: '*eqs.*' (*v. infra*). *item gen. masc.* PS. APVL. herb. interpol. 110 l. 20 -os. APIC. 5, 193 (*v. infra l. 70*). ORIBAS. *passim.* GLOSS. NOT. Tir. 104, 42 -um. GLOSS. -um: ὤκιμον τὸ λάχανον. μισόδουλον. basilico. -us: genus herbae. *cf. vol. III 588, 79.* [*confunditur c.* ocinum: VARRO rust. 1, 23, 1 PLIN. nat. 1, 18, 42. *falso transl. ex graeco*: PLIN. VAL. 5, 26 l. 5 (*Alex. Trall. II 407, 19* τρωξίμου).]

nomen herbae hortensis (*de re cf. Steier, RE XVII 2, 2380 sqq.*; silvestre PLIN. nat. 20, 124, aquaticum *l. 9*, viride *infra l. 70; plur. metri causa* PERS. 4, 22 COLVM. 10, 319 SER. SAMM. 437, *ceterum* COLVM. 11, 3, 29): **1** *vario usu*: MACER carm. frg. 11 inter praeteritas numerabitur -us herbas. PRIAP. 51, 18 nec ... ad cucurbitas quemquam ad -umve cucumeresque ... venire credo. PERS. 4, 22 pannucia Baucis cum bene distincto cantaverit -a vernae. **2** *de natura, cultura sim.*: VARRO rust. 3, 16, 13 serere, quae maxime secuntur apes; ea sunt rosa ..., -um *eqs.* COLVM. 5, 12, 3 *in areolis* velut -i semen cytisi autumno serito (PLIN. nat. 19, 119 s. ... cortice obductum ... -i. *cf.* 19, 181 *semina* infirmiora ... sunt atriplici, -o *eqs.*). 10, 319 proscisso riguoque insparsa novali -a comprimite et gravibus densate cylindris. 11, 3, 29 coriandrum ... et -um, ita uti sata sunt, sua sede immota permanent. 11, 3, 34 his diebus -a seruntur, quorum cum semen obrutum est, ... inculcatur ... cylindro (arb. 28, 3 PLIN. nat. 19, 154 PALLAD. 5, 3, 4). PLIN. nat. 19, 98 quibusdam surculosae *radices*, ut -o. 19, 100 -um ... particulatim et ab imo incipit *florere*, qua de causa diutissime floret (*sim. de flore* 21, 100 PALLAD. 5, 3, 4). 19, 117 in horto satorum celerrime nascuntur -um *eqs.* (*cf.* 19, 121 *nascuntur* quaedam semine et surculo ut ruta ... -um). 19, 123 singula genera sunt -o *eqs.* 19, 176 -um senectute degenerat in serpyllum (*sim.* PALLAD. 5, 3, 4). *ibid.* -um sub canis ortu pallescit. 19, 177 ferro ... non expedire tangi ... -um. 19, 183 horae rigandi matutino atque vespera, ... -o tantum et meridie. *comparatur c. aliis herbis*: SCRIB. LARG. 192 ixia ... odorem habet ... -i. PLIN. nat. 19, 157 eadem (*sc. rutae*) et -o natura. 20, 144 mentastrum ... specie foliorum, quae sunt figura -i (*item comparantur folia herbarum*: 21, 178 *trychni*. 22, 43 *herbae urceolaris*. 24, 81 *cisthi*. 25, 38 *linozostis*. PS. APVL. herb. interpol. 49 l. 22 *herbae heliotropiae [Diosc. 4, 190, 1]. al. ap. eundem*). 21, 174 *Acinos* eadem ... erat quae -um. 23, 131 *erinon* cauliculis ... -i similitudine. 26, 57 flore -i *pycnocomon*. 26, 162 utramque (*sc. arsenogonon et thelygonon*) -o similem. **3** *de usu* (*fere in arte medicinali vel coquinaria; fusius* PLIN. nat. 20, 119 sqq. PS. APVL. herb. 118 DIOSC. 2, 127 p. 227, 5 sqq.): CELS. 2, 22, 2 acria sunt ... nimis austera ..., item allium, ... -um *eqs.* (*sim. inter cibos* 2, 29, 1. 2, 31 quaecumque in horto nascentia boni odoris. 3, 22, 11. ORIBAS. syn. 4, 1, 2 [*gr. plur.*]. 4, 15, 15. 4, 17, 10 [La eucymus]. 4, 19, 3 [La cocymon]). 2, 33 *inter medicamenta, quae reprimunt et refrigerant.* PLIN. nat. 19, 122 in usum ... -um (ARNOB. nat. 7, 16). 20, 119 -um ... Chrysippus graviter increpuit inutile stomacho, urinae *eqs.* 20, 120 quo *die* ederit -um. *ibid.* manipulo -i cum cancris x marinis ... trito (32, 55. *inde* ISID. orig. 12, 6, 17. 51. *cf.* PLIN. nat. 32, 53 triti *cancri* cum -o [DIOSC. 2, 8 p. 189, 9]). 28, 169 sebum vituli cum ... -i suco genarum vitiis aptissimum (28, 175 [*inde* PLIN. med. 1, 6, 11 MARCELL. med. 9, 12]. 28, 185. 30, 139. *al.*). GARG. MART. med. 22 de virtute -i penes medicos opinio incerta est. SER. SAMM. 437 -a ... linuntur. PLIN. med. 1, 1, 1 ⟨-um⟩ cum rosaceo aut myrtino aut aceto fronti imponitur (*suppl. Rose sec. Plin. nat. 20, 121; inde* MARCELL. med. 1, 74 PS. APVL. herb. 118 l. 3). 1, 8, 2 -o ex vino optimo trito ([*inde* PS. APVL. herb. 118 l. 6]. 2, 4, 3 [*inde* MARCELL. med. 21, 12]. 2, 6, 1. *al.*). MARCELL. med. 1, 28 -um viride vel semen eius ex aqua tritum (APIC. 5, 193 teres piper ... -um viridem [viride *Vollmer*]). *al.*

deriv.: ocimastrum.

[flores et **ocinos** et minores DIOSC. 4, 121 p. 58, 17 (*gr. 4, 125* ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, μικρότερα δέ). *corruptum; fortasse legendum*: f. ut leucoiu, sed m.]

ōcinum, -ī *n.*, ὤκινον (*vox gr. non nisi in lat. servata*). *de origine*: VARRO rust. 1, 31, 4 -um dictum a graeco verbo ὠκέως, quod valet cito, similiter quo⟨d⟩ ocimum in horto; hoc amplius dictum -um, quod citat alvom bubus (*inde* NON. p. 550, 25 -um quod ocimum dicimus). PLIN. nat. 17, 198 -um ... antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat. [*confunditur c.* ocim-, *v. infra* VARRONEM *et* PLIN.; *cf. supra l. 11*] *genus pabuli* (*fusius* PLIN. nat. 18, 143): CATO agr. 27 sementim facito, -um, viciam, faenum graecum, fabam *eqs.* 33, 3 in vinea vetere serito

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um (occ- *A*), si macra erit. 53 *optimum faenum bubus dandum* per ver cum arabunt, antequam -um des (54, 3 ubi -um tempestivum erit, dato primum, manibus carpito *eqs.* 54, 4). 60 *inter boum cibaria.* VARRO rust. 1, 23, 1 ad pabulum quae pertinent, in quo est -um (*Keil coll.* 1, 31, 4; ocimum *trad.*). 1, 31, 4 omne pabulum, primum -um (*sic* NON. *l. c.*; ocimum *trad.*) . . . secari (*quae sequuntur v. supra*). PLIN. nat. 1, 18, 42 *inter pabularia* (ocimo *vel* ocymo *trad.*, *emend. Mayhoff sec.* 18, 143). *Teßmer.*

ōcior, -ius (*v. l. 25*) *adi. defectivum* (*prius legitur adv.*, *cf.* SERV. auct. Aen. 4, 294 ocius velocius; et nota, quod habeat adverbium, et nomen illius non facile reperiatur. *de superl. v. l. 29*). [*cf. gr.* ὠκίων ὤκιστος, *ind.* áśīyas- áśiṣṭha-, *avest.* āsyah- āsišta-; *apud Latinos positivi* (ὠκύς, āśú-, āsu-) *vestigia certiora non apparent nisi in* acupedius *et fort.* accipiter; *ad* ociter *v. p. 416, 15. Sch.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 562, 9 -ior quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Graeco est ὠκέως. III 80, 11 non . . . adverbia a nominibus, sed ab adverbiis huiuscemodi nomina nascuntur: . . . '-ior' quoque '-issimus' et 'ocius ocissime'; a Graeco est ὠκύς, ideo habuit comparationem. III 88, 13 a Graecis quoque nominibus derivantur adverbia, ut ὠκύς 'ocius ocissime'; habent tamen nomina '-ior -issimus'. *de gradatione*: DIOM. gramm. I 324, 36 *positivo deficiente gradu* -ior -issimus. EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 25 aliquando conparativus *tantum invenitur*, ut -ior (*affert* VERG. Aen. 8, 223). *de formis compar.*: *praeter nom. sing.* -ior *leguntur abl.* -iore PLIN. nat. 2, 39. 81 (*neutr.*). 25, 123, *acc.* -iorem PLIN. nat. 2, 142. GLOSS. -ior: ὠκύτερος. velocior. -issimus: ὀξύτατος. *legitur compar. inde a* VERG. Aen., HOR. carm., OV. met., *in prosa oratione non nisi apud* LIV. *semel*, PLIN. nat. *octies*, *gramm. v. supra; superl.* -issimus, -a, -um *praeter grammaticos* PLIN. nat. *decies; adv. v. infra.* [*in versu interpolato* PETRON. 123 vers. 221.]

i. q. citior, celerior (*c. abl. compar. passim, c.* quam PLIN. nat. 25, 123; *accedit inf.* OV. met. 3, 616, in *c. abl.* PLIN. nat. 2, 75. 11, 263. 17, 206): **1** *respicitur velocitas* (*de ipso motu v.* LIV. *sub aβ*, PLIN. *sub b; transfertur ad* spatium [*opp.* longior] PLIN. *sub b*):

a *praedicative*: **α** *pro adv. iuxta verba movendi* (*fere de animantibus, maxime de fugientibus in comparationibus poeticis*): VERG. Aen. 5, 319 Nisus emicat et ventis et fulminis -ior alis (SIL. 13, 242 v. fugit -ior *navis. cf.* VERG. Aen. 8, 223 fugit *Cacus* ilicet -ior Euro [12, 733. HOR. *v. infra.* SIL. 2, 173 incita . . . trahit ungula *equi* nubem. STAT. Theb. 6, 521]). 10, 248 fugit *Cymodocea* . . . -ior et iaculo et ventos aequante sagitta (LVCAN. 1, 230 verbere fundae -ior et . . . s. STAT. Theb. 6, 386 -ior et patrio venit *Apollo* igne suisque s. *cf.* OV. met. 7, 776 non -ior illo hasta nec . . . glandes nec . . . calamus levis exit ab arcu). HOR. carm. 2, 16, 23 sq. scandit . . . naves cura . . . -ior cervis et . . . -ior Euro. OV. met. 1, 502 fugit -ior aura illa *Daphne* levi (STAT. Theb. 6, 602 effugit . . . oculos . . . puer -ior a. Maenalius). GRATT. 204 -ior adfectu mentis pinnaque cucurrit *canis*. SEN. Phaedr. 737 sq. fugit *Hippolytus* . . . -ior . . . Coro, -ior cursum rapiente flamma (LVCAN. 5, 405 -ior et caeli flammis et tigride feta transcurrit *Caesar. cf.* STAT. Theb. 11, 483 ni . . . Tisiphone . . . caelesti . . . -ior igne adforet. *item de fulmine* VERG. *et* STAT. Theb. 6, 386 *supra*). PLIN. nat. 8, 66 etiam -ior acta *tigris*. SIL. 5, 196 quo non alius . . . dextram -ior attulerit. PRISC. periheg. 915 -ior atque vadis *Thosiges lacus* emergens cedit *Tigris* (*Dionys. periheg. 990* ὀξύτερον προΐησι . . . ῥόον, *Avien. orb. terr. 1177* vim proni gurgitis urget). CLAVD. 22, 272 -ior excusso . . . sidere tendit *Roma*. **β** *iuxta* esse (*quod hic illic omittitur*): OV. met. 1, 541 hic spe celer, illa timore; qui . . . insequitur, . . . -ior est. 3, 616 Dictys . . ., quo non alius conscendere . . . -ior antemnas. LIV. 7, 26, 6 Romanorum cursus ad victorem etiam -ior fuit. PLIN. nat. 2, 75 -issima *stella Veneris* in occasu matutino. 2, 142 spiritum -iorem fulmine *esse certum est* (*antea*: lux sonitu velocior). 9, 20 velocissimum *animal* . . . est delphinus, -ior volucre, acrior telo. 11, 263 qualia *ova parientia animalia* -issima in venere. VAL. FL. 2, 60 tacitis ratis -ior horis.

b *attributive*: PLIN. nat. 2, 39 Mercurii sidus . . . fertur VIIII diebus -iore ambitu *quam Veneris*. 2, 81 quae recta . . . consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem, quae . . . obliqua, -iore transeunt spatio. CLAVD. rapt. Pros. 1, 285 Aethon *equus Plutonis* . . . sagitta -ior.

2 *respicitur maturus eventus, effectus sim.* (*praematurus eventus* HOR., *cf.* ocius *IA 1b*): **a** *de variis rebus* (*? n. sing. pro subst. l. 76; pro adv.* HOR.): HOR. carm. 1, 2, 48 serus . . . redeas . . . neve te . . . -ior aura tollat (PORPH.: pro 'ocius tollat'; σχῆμα ὑπαλλαγή). PLIN. nat. 15, 53 *pira* -issima (*cf.* 17, 95 lentissima est pirus, -issima omnium cypirus *eqs.*). 17, 206 hunc *palmitem* praecisum . . . deprimere sulco . . .: -issimum in vite (*an de ipso palmite? sed cf. Müller, Stil des älteren Plin. 36*). 27, 4 constat omnium venenorum -issimum esse aconitum. 28, 63 vulnera . . . praeligare mirum quantum -ior medicina est. **b** *de ipsis eventibus sim.*: PLIN. nat. 2, 89 acontiae *cometarum species* iaculi modo vibrantur, -issimo significatu (*i. ocissime evenientia significantes*). 8, 168 partus *asinae* a tricensimo mense -issimus. 13, 130 -ior satias *cytisi quam ervi*. 14, 134 contagione vini . . . -issima. 16, 130 senectus *ficorum* -issima (*antea*: celerius senescere). 25, 123 venena *ranarum* . . . -iore quam aspidum pernicie.

adv. *__ōcius,__ *superl.* -issimē (*inde posit.* ōciter). *de origine* (*v. etiam s. v.* ocior): SERV. auct. Aen. 8, 555 tractum ex Graeco ὠκέως (*pendere videtur ex* FEST.* *infra*). *de gradatione*: FEST. p. 181 -ius secundae collationis, et deinde tertiae -issime frequentata sunt; . . . tracta ex Graeco, id est ὠκέως, cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est, tertiae vero conlationis, cuius maiora (rariora *Ursinus*) exempla sunt, auctor est PLAVTVS in Nervolaria (frg. 3 *v. sub II*). SERV. Aen. 8, 555 *v. IB 2c*. *scribitur compar.* otius *saepe in codd.*, ocyus CE 1560^B, 6 *et raro in codd.; superl.* occ- *rarius in codd.* *de formis superlativi*: PAVL. FEST. p. 195 oxime -issime (*non trad. alibi*). NOT. Tir. 75, 63 -ius. 75, 65 -ius et secius (*75, 64* secius, *lege* serius, *cf. l. 58 sq.*). *de notione* (*v. etiam* SERV. *sub IB 2c*): SYNON. Cic. p. 441, 1 sq. propere. praepropere. mature. cito. -ius. celerius. -issime. velocius. velociter. CHAR. gramm. p. 409, 6 B. quam -issime agendum est, quam celerrime. GLOSS. -ius: θᾶττον. ὀξύτερον. ταχύτερον. citius. velocius. quam -issime: ὀξύτατα. -r: ταχέως. velociter, celeriter (*ad* GLOSS. IV 545, 23 o[bi]citer: velociter *v. Landgraf, ALL 9, 1896, 400; item* V 544, 53. 548, 39 celeriter). *legitur compar. in poesi inde a* LIV. ANDR. trag., PLAVTO, TER., PACVV., ACC., CIC. Arat., LVCR., VERG., HOR.; *in prosa oratione apud historicos* LIV. *sexies*, CVRT. *semel*, SVET. *bis* (*haec pertinent ad IB 1 praeter* LIV. 8, 24, 3) *posterioresque* (*saepe* AMM.), *praeterea apud* COLVM. *semel*, PETRON. *quater* (*haec quoque pertinent ad IB 1*), PLIN. nat. *passim*, GELL. *semel*, APVL., *al.; de superl. et posit. v. suis locis* (*II et III*). [*dub. trad.*: POMPON. Atell. 92 socius *Ribbeck, alii aliter.* VAL. MAX. 7, 8, 9 Oppius *Halm. e coni. vix probab.*: VELL. 2, 122, 2 *ed. pr. pro* totius. SEN. dial. 11(12), 8, 6 (velocius *def. Axelson, Neue Senecastud. 4 sq.*). APVL. met. 2, 24, 1. 9, 9, 5. QVEROL. p. 50, 3 R. (*v. Ranstrand, Querolusstud. 138*). *de* AMM. *v. Landgraf, De Cic. elocutione . . . 31. dub. interpr.*: OPT. PORF. carm. 22, 12. *cf. sub III. v. etiam p. 67, 38. 45.*]

I *compar. fere i. q. citius, celerius.* *c. abl. compar.* HOR. epist. 1, 14, 23 LVCAN. 9, 781 STAT. Theb. 7, 28; quam *inde a* CIC. Att. 16, 3, 1 LVCR. 3, 184 PERS. 2, 24; quam ut PLAVT. *v. sub A 2*. *abundanter c.* properare, festinare *sim.* PLAVT. Curc. 312 Persa 85 TER. Eun. 609 AMM. 20, 1, 3. 29, 5, 9. 31, 16, 4 AMBR. obit. Valent. 25; *c. adv.* propere PLAVT. Cist. 638.

A *plena vi comparativi*: **1** *notione festinationis sim. vigente*: **a** *respicitur velocitas*: LIV. ANDR. trag. 16 gelu . . . multo -ius . . . tabescit (*corruptum, v. edd. et Sc. Mariotti, Liv. Andr. e la traduz. art. 53*). PLAVT. Curc. 154 nec . . . commovent se -ius *pessuli*. TER. Eun. 609 perlongest, sed tanto -ius properemus. LVCR. 3, 184 -ius . . . animus quam res se perciet ulla. 3, 438 crede animam . . . diffundi multoque perire -ius et citius dissolvi . . ., cum semel *eqs.* HOR. sat. 1, 9, 9 ire modo -ius, interdum consistere. LIV. 8, 24, 3 eo . . . -ius transmisit in Italiam. LVCAN. 9, 781 calido non -ius austro nix resoluta cadit (STAT. Theb. 3, 317 non -ius alti in terras c. ira Iovis). PLIN. nat. 9, 22 nec statim tellure tacta moriuntur *delphini*, multoque -ius fistula clausa. 11, 277 -ius putrescunt adflata *halitu ursi animalia*. 16, 119 (*de arboribus*) subarata -ius senescunt, silvestria autem tardissime. VAL. FL. 4, 643 dum . . . -ius instant *Argonautae rupibus Cyaneis*, . . . vident *eqs.* SIL. 16, 481 exiluere per auras -ius effusis . . . sagittis. *al.* **b** *respicitur maturus eventus sim.* (*praematurus eventus* CE, *v. etiam p. 413, 70*): PLAVT. Asin. 275 mea . . . opera liber numquam fies -ius (Persa 181 libera . . . -ius ut sit *era mea*). TER. Haut. 867 tanto -ius te ut poscat. CIC. inv. 1, 39 considerari, quid -ius et quid serius futurum sit (HOR. carm. 2, 3, 26 omnium versatur urna s. -ius sors exitura. GELL. 3, 16, 20 tempus . . . partionis . . . alias -ius fieri, alias s.). Quinct. 43 hoc quo pertinet? ut -ius ad tuum pervenias? (PLIN. nat. 34, 138 mors . . . ad hominem. PANEG. 3, 2, 6 ut quanto -ius ad ea, quae propria sunt, perveniat oratio. CASSIAN. inst. 6, 3 ad salutem). rep. 6, 29 id . . . -ius faciet. CARM. de bell. Aeg. 49 hunc . . . volnere . . . tenui pars inlita parva ve⟨n⟩eni -i⟨us⟩ interem⟨i⟩t *quam adflatus anguis*. COLVM. 3, 2, 8 duas *vites* . . ., quarum minor -ius et melius deflorescit. SIL. 2, 598 abrumpere vitam -ius. 15, 250 captam . . . aspexit *Titan urbem* -ius, . . . quam . . . tingueret axem. STAT. Theb. 7, 28 dicto . . . iubentis -ius impingit . . . agmina muris. *al.* *c. notione q. e.* '*praemature, immature*': CE 1560^B, 6 -ius eripitur quod placet esse dei.

2 *notione festinationis obscurata vergit ad not. q. e.* '*potius, facilius*': PLAVT. Stich. 746 nimio . . . sibi mulier meretrix repperit odium -ius . . ., quam . . . ut placeat. CIC. Tusc. 4, 32 ingeniosi . . . in morbum et incidunt tardius et recreantur -ius. Att. 16, 3, 1 deseremur -ius a re publica quam a re familiari. HOR. epist. 1, 14, 23 angulus iste feret piper et tus -ius uva. PERS. 2, 24 -ius ilex sulpure *i. fulmine* discutitur sacro quam tuque domusque. IVV. 6, 53 -ius illud extorquebis, ut *eqs.* AVSON. 417, 48 p. 278 P. -ius . . . solvere lora . . . potuisse *Alexandrum* (*sc. quam solvi posse amicitiam nostram*).

B *vi comparativi plus minus evanescente* (*cf.* SERV. *sub 2 c et gr.* θᾶσσον, *v. Landgraf, De Ciceronis elocutione . . . 30 sq.*): **1** *e commotione incitantis, stimulantis ad festinandum* (*sc. adhortationibus, iussis sim.; maxime in sermone cottidiano com., trag.* [PACVV. *et* ACC. *sub a*, SEN. *passim*], *sat.; saepius in fine senarii iussis*

[*Keudel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

postponitur): **a** *accedit ad imperat. sim.*: PLAVT. Curc. 276 exi, exi, exi, inquam, -ius (PETRON. 94, 6. IVV. 6, 148 et propera. *cf.* PLAVT. Poen. 709 egredere. CVRT. 10, 2, 27 facessite hinc [SIL. 11, 107 urbe]). Merc. 930 abi hinc intro -ius (Pseud. 758). Most. 679 evocadum aliquem -ius (*A*, foras *cett.; repetitur iussum 675 datum*: evoca aliquem). Persa 85 adproperate -ius (oculus, -os *trad.*). Rud. 852 opta. Stich. 353 age tu -ius pinge *eqs.* Truc. 803 responde (*cf.* SEN. Thy. 640 effare. STAT. Ach. 1, 504 dic). TER. Andr. 724 accipe a me hunc *puerum* -ius. 731 move -ius *te* (Eun. 912). Haut. 832 sequere hac me -ius. Phorm. 562 eamus ergo ad eum -ius (SIL. 1, 651 ite. 6, 714. 10, 598). PACVV. trag. 352 scindite vestem -ius. ACC. trag. 382 vos istum, iussi, -ius abstrahite. VERG. ecl. 7, 8 -ius, inquit, huc ades (PERS. 3, 7 -ius adsit h. aliquis). OV. met. 1, 242 dent -ius omnes . . . poenas. SEN. Herc. O. 101 vos pecus rapite -ius. 858 occupa ferrum -ius. Tro. 679 iussa -ius peragite. *al.* LVCAN. 3, 150 -ius avertat (*sc. Caesar*) . . . semina belli. *al.*

b *in enuntiatis ex ʻiubere, cogere, orareʼ sim. pendentibus*: PLAVT. Cist. 638 orare, ut aliquis intus prodeat propere -ius. TER. Eun. 470 iubete istos foras exire, quos iussi, -ius (VERG. Aen. 5, 828 -ius omnes attolli malos. LIV. 10, 40, 6 signa -ius proferri [*de signis movendis ut*: 22, 3, 11. 35, 29, 12 SIL. 5, 53. *v. etiam* AMM. *infra*]. 23, 10, 9 -ius . . . rapi extra portam iussus. SIL. 2, 15 armatas . . . turmas ostentare. *al.*). LIV. 10, 5, 3 hortantur . . . signiferos, ut -ius eant. PLIN. nat. 2, 73 -ius redire coguntur *stellae* (AMM. 20, 4, 3 cogendis *auxiliariis* -ius proficisci). VAL. FL. 4, 143 remeare monentem -ius (LACT. mort. pers 46, 3 monens, ut -ius surgeret. AMM. 19, 12, 5 ad orientem ire -ius monuit. *cf.* 26, 1, 5 qui eum venire -ius admonerent). SIL. 10, 280 -ius urbis claudantur portae . . . dic. 10, 333 strictos ferre -ius enses . . . destinat. 13, 428 cavare . . . -ius urget humum. ITALA Luc. 12, 49 (Filastr. 156, 4) quam volo, ut accendatur -ius *ignis* (*gr.* τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη, *Vulg.* quid v. nisi a., *cod. d et Ambr. addunt* iam). AMM. 17, 13, 1 -ius (socius *trad.*) signa transferri utilitas publica flagitabat. 26, 6, 2. 31, 5, 2. AMBR. obit. Valent. 25 additur *rescripto*, ut properarem -ius.

c *incitatione subaudienda*: *α in quaestione adhortativa*: PLAVT. Curc. 312 properatin -ius? Merc. 671 quin is -ius? HOR. sat. 2, 7, 34 nemon oleum fert -ius? carm. 2, 11, 18 quis puer -ius restinguet . . . pocula? SEN. Phoen. 449 ponitis ferrum -ius? PETRON. 96, 6 et non discedunt -ius nequissimi servi *eqs.*? APVL. met. 8, 5, 4 quin -ius indipiscimur (*sc. aprum*)? *β in comminatione* (*in protasi condicionali praeter* PLAVT.): PLAVT. Truc. 624 emoriere -ius, ni (si *trad.*) manu viceris. HOR. sat. 2, 7, 117 -ius hinc te ni rapis, accedes *eqs.* SVET. Galba 4, 3 nisi -ius reciperetur, cuicumque obvio praedae futuram *Fortunam.* AMM. 31, 6, 2 ni abirent -ius . . ., pericula minabatur. HEGES. 4, 23, 3 p. 278, 10 nisi sibi -ius uxor propria restitueretur, *eqs.* (*Ios. bell. Iud. 4, 543* εἰ μὴ θᾶττον, *Ps. Rufin.* cito). *γ verbo omisso*: PERS. 5, 141 -ius ad navem.

2 *e commotione festinantis* (*maxime in narratione epica*): **a** *in iussis perficiendis* (*affectus a iubente ad iussa perficientem transferri videtur; v. etiam* SIL. 5, 367 *sub b*): CIC. Arat. 66 non sese vestris Aurora querellis -ius ostendet (*sc. brumali tempore; gr. non resp.*). VERG. Aen. 4, 294 -ius omnes imperio laeti parent ac iussa facessunt (*cf.* SEN. Herc. O. 538 -ius iussa exsequar). 8, 278 -ius omnes . . . laeti libant (*cf. iussum Euandri 275*). 8, 444 -ius incubuere *Cyclopes* (*cf. iussum Vulcani 443* praecipitate moras). VAL. FL. 3, 508 obsequitur *Pallas* . . . et iussas petit -ius oras (*cf. iussum Iunonis 501* corripe prima vias). STAT. Theb. 10, 493 -ius omnis porta coit (*cf. 492* claude). **b** *in actione alteram subsequente* (*et paratactice et in apodosi*): VERG. Aen. 8, 101 tecta vident . . .: -ius advertunt proras *eqs.* 12, 681 dixit et e curru saltum dedit -ius arvis (*cf. Hom. Γ 29 et alibi*: αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων . . . ἆλτο χαμᾶζε). OV. met. 12, 226 clamore sonat domus: -ius omnes surgimus *eqs.* SIL. 1, 304 verba -ius acer . . . sancit iaculo. 1, 458 postquam . . . allatum fervere partem . . ., ruit -ius amens (15, 782 ait; r. -ius amens in medios). 2, 529 simul . . . conspexit, . . . ciet -ius . . . Tisiphonen. 5, 351 constituit castris *fratrem vulneratum*; medicas hinc -ius artes . . . vocat (*recipitur* 5, 367 tum . . . -ius . . . mulcebat . . . vulnus *medicus; ad a referendum?*). 10, 428 quae postquam accepit . . ., rapit -ius ensem *eqs.* AVR. VICT. Caes. 3, 18 quod ubi patres accepere, mittunt -ius (hoc ius *trad.*) *eqs.* AVIEN. Arat. 1473 vix (vis *vulgo e coni. non necess.*) prolixa salum ciet *Cynthia*, -ius omnia chauri marmora convolvent *eqs.* (*gr. non resp.*). ARATOR act. 2, 1019 comperit haec Lysias . . .; monet -ius ergo *eqs.* **c** *vario usu*: VERG. Aen. 8, 555 Fama volat . . . per urbem, -ius ire equites Tyrrheni ad litora regis (SERV.: -ius positivus antiquus est, id est ʻceleriterʼ; nec enim potest esse comparativus, ubi nulla est comparatio). 9, 402 -ius adducto torquens hastile lacerto (SERV. auct.: -ius pro ociter). 10, 786 -ius ensem Aeneas . . . eripit *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 2, 586 trahit -ius ensem . . . Tydeus). 12, 556 iret ut ad muros urbique adverteret agmen -ius. SEN. Phaedr. 1002 sonipedes -ius subigit iugo (*sc. Hippolytus profugus*). SIL. 5, 662 cernere Poenum victorem plus morte rati, super -ius omnes membra ducis . . . corpora . . . iniecere. *al.* APVL. met. 5, 20, 6 cunctis . . . istis -ius tecum relatis. TREB. Valer. 4, 4 Sapor . . . in regnum suum -ius se recepit. AVIEN. Arat. 1368 vetus Harpalus ipsam *i. lunam* -ius in sedes momentaque prisca reducit (*gr. non resp.*). AMM. 20, 1, 3 exinde . . . festinaret -ius ad procinctum. 29, 5, 9 ad procinctus ire -ius festinabat (31, 16, 4 Constantinopolim). *al.*

C *pro superl.* (*cf. Hofmann-Szantyr 164*): ITIN. Alex. 27 quam queant -ius refectioni consulere iubet.

II *superl. i. q. celerrime* (*fere vi elativa*): PLAVT. Nerv. frg. 3 -issime nos liberi possimus fieri. TER. Haut. 868 id quod cupis, quam -issime ut des (SALL. Iug. 25, 5 ad provinciam adcedat. PLIN. nat. 7, 4 aboleri. AMM. 24, 1, 7 amnem supermeat). COEL. (?) hist. 64 ⟨conci⟩tantur. COLVM. 2, 7, 2 locis frigidis -issime, tepidis celerius, calidis novissime metamus. PLIN. nat. 2, 74 moventur *stellae* (*opp.* tardissime). 10, 134 corpus . . . marcescit. 10, 175 pariunt *animalia* (*opp.* diutius). 14, 22 putrescit *uva lanata. al.* AMM. 24, 4, 12 officia . . . capessit. 30, 1, 14 ire iubetur.

III *posit.* -r *i. q. cito, celeriter* (*ex compar.* -ius *derivatus videtur, cf. p. 414, 5.* GLOSS. *p. 414, 17. coniecit olim Vahlen in ed. prima* ENN. trag. 1 R.): APVL. met. 1, 23, 8 ex promptuario oleum . . . profers (profer *Helm*) -r. 6, 25, 4 *e spelunca nos* rursum ne breviculo quidem tempore refectos -r reducunt (obiter *trad., vix recte, cf. Helm in app. crit.*). OPT. PORF. carm. 22, 25 illic nitor -r eius conditur (*cf. 12* ocius). SERV. auct. Aen. 9, 400 *v. sub IB 2 c.*

compos.: quantocius (*sed v. p. 414, 62*), tantocius (*v. autem p. 414, 43. 57*); Properoc⟨ius?⟩ *v. Onom.* *Keudel.*

ocistrio *v.* cocistrio (*ubi addas*: GLOSS.[L] I Ansil. OC 76 *et* CO 31).

[ōcitās *coni. Birt* QVINT. inst. 1, 6, 38; *v. Philol. 83, 1928, 166.*]

ōciter *v. l. 15.*

?**ōcitocus,** -ī *m.*, ὠκυτόκος. *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 62 l. 19 *herba dictamnum* a Graecis dicitur Artemideion, alii Cretice, . . . alii -us (eleecotocus, aeleacotocos, adeacotocos *var. ll.*), . . . Romani labrum Veneris (*Ps. Diosc. Vind. 3, 32 p. 42, 9* ὠκυτόκος *Wellmann*, βελιτόκος, βελοτόκος *codd.*). *Teßmer.*

ōcius *v.* ocior.

oclāmen, -inis *n.* *ab* oc(u)lus. *fere i. q. foramen*: CHIRON 628 a corona *pedis* . . . -n (-em *cod.*) fenestellum (ʻ-n *id est* f.ʼ *interpretandum videtur*) facies . . .; cum limpidum -n fuerit, sincrisma curabis.

oclāta *v.* oculatus *et Onom.*

ab oculo Cocles ut **ocles** dictus, qui unum haberet oculum VARRO ling. 7, 71. *cf. Walde-Hofmann I 242.*

ocliferia, -ōrum *n.* *ab* oc(u)lus *et* ferire. *i. q. quae oculos alliciunt*: SEN. epist. 33, 3 non habemus . . . ista -ia (oclifera *δ*) nec emptorem decipimus nihil inventurum, cum intraverit, praeter illa, quae in fronte suspensa sunt (*cf. vol. VI 1, 513, 7*).

κλατων (?, *λαθών Boucherie, λαγγών Heraeus in exemplari suo*): **oclifuga** GLOSS. III 335, 4 (*sub titulo 330, 54* de moribus humanis). 528, 3. *ab* oc(u)lus *et* fugere (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 98, 2*).

oclopeta, -ae *m.* ? [*in re non satis perspicua de origine vocis frustra ambigitur. Sch.*] *nomen cibi lautioris, fort. animalis*: PETRON. 35, 4 super sagittarium -am (*H*, odopetam *vel* odepotam *codd. rec.*) *imposuerat.*

cf. Onom. Oclopecta. *Kuhlmann.*

ocquīnīsco, -ere. *cf.* conquiniscere. obqu-, oqu-, -nesc- GLOSS. NON. p. 146, 22 -ere est proprie inclinari (*affert* POMPON.). GLOSS.[L] III Abol. OB 28 obquinescebant: inclinabant se (*item* GLOSS. IV 129, 34. V 636, 12). GLOSS. V 645, 1 oquinescere seu inclinari.

i. q. se inclinare: POMPON. Atell. 126 nisi nunc aliquis subito obviam occurrit mihi, qui -at, quo conpingam terminum in tutum locum. 149 ut nullum civem pedicavi per dolum, nisi ipsus orans ultro qui -ret.

ōcra v. ochra.

ocrea, -ae *f.* [*vocabulum si non Carium, saltem peregrinum videtur ut Plinio teste res ipsa. Sch.*] *de orig. et notione*: VARRO ling. 5, 116 -a quod opponebatur ob crus. FEST. p. 181 ʻ*ocris*ʼ, unde fortasse etiam -ae sint dictae inaequaliter tuberatae. SERV. Aen. 8, 624 ʻleves -asʼ id est nitida tibialia (*cf.* ISID. orig. 19, 34, 5 -ae tibialia calceamenta sunt dicta quod crura tegant. GLOSS.[L] III Abstr. OC 7 tibialia[s]. V Abba OC 4). GLOSS. -a: κνημίς. munimentum tibiarum (tria- *cod.*). -ae: κνημῖδες. περικνημῖδες. surae. tibiariae, osae, zancae. GLOSS. V 125, 12 -is: quibus milites tibiis utebantur. NOT. Tir. 98, 24 -a.

i. q. munimentum tibiale: **1** *militum, gladiatorum*: VERG. Aen. 7, 634 alii . . . levīs -as lento ducunt argento (8, 624 [SERV. *v. supra*]). LIV. 1, 43, 2 arma his imperata galea, clipeum, -ae, lorica, omnia ex aere (*cf.* VVLG. I reg. 17, 6 -as aereas). 1, 43, 5. 9, 40, 3 sinistrum crus -a tectum (*cf.* HOMER. 232 alta nitentes crura tegunt -ae). PETRON. 61, 9 (*proverbialiter, v. Otto, Sprichw. p. 315*) per scutum per -am egi aginavi, quemadmodum ad illam pervenirem. PLIN. nat. 7, 200 invenerunt . . . -as et cristas Cares. 16, 199. 34, 43. STAT. Theb. 9, 42 -ae clipeum excepere cadentem. 10, 547 semianimos artus -is retinentibus. IVV. 6, 258 -as vendente puella (SCHOL.: quas retiarii aut secutores habent). APVL. met. 11, 8, 3 alium -is scuto galea ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. mund. 30 crura -is involvit. GALLICAN. Avid. 6, 2 LAMPR. Alex. 40, 5. SERV. Aen. 8, 619 *inter minora arma.* VEG. mil. 1, 20 usque eo, ut . . . pe-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dites ... etiam ferreas -as in dextris cruribus cogerentur accipere (*cf.* ANON. de mach. bell. 15 ferratis -is inductis). 2, 15 haec erat gravis armatura, quia habebant cassides catafractas -as scuta gladios maiores. 3, 44 SIDON. carm. 7, 264 epist. 3, 3, 5 CORIPP. Ioh. 4, 498. 2 *agrestium vel venatorum*: MORET. 120 ambit crura -is paribus. PALLAD. 1, 42, 4 (*de instrumentis agrestium*) tunicas ... pellicias cum cucullis et -as manicasque de pellibus, quae vel in silvis vel in vepribus rustico operi et venatorio possint esse communes. VITAE patr. Iurens. 3, 6 p. 156, 12 habebat ... Eugendus ... calciamenta fortia rusticaque in modum priscorum patrum constrictus -is crura (constrictis -is cruris *cod. 1*).

deriv.: ocreatus.

ocreātus, -a, -um. *ab* ocrea. *i. q. ocreis munitus*: HOR. sat. 2, 3, 234 in nive Lucana dormis -us, ut aprum cenem ego. PLIN. nat. 19, 27 *spartum* laboriose evellitur -is cruribus. VEG. mil. 2, 1 -i ... equites. 2, 16 triarii cum scutis catafractis et galeis -i cum gladiis ... locabantur. LYD. mag. 1, 46 ὀκρεᾶτοι, πεζοὶ σιδήρῳ τὰς κνήμας περιπεφραγμένοι.

ōcriāsis, -is *f.*, ὠχρίασις. CAEL. AVR. acut. exc. p. 485 -is: pallor (agriasis: palmor *trad.*; *ex* GLOSS. III 603, 39 -is: pallor *emendavit Niedermann, Essais 89*).

ocris, -is *m.* [*vocem Italicam notionis 'cacumen, vertex montis' necnon 'arx' probant marrucin.* ocres *gen. sg., umbr.* ukar ocar *et Sabinorum oppida* Ocriculum, Interocrea (-ocrium); *similiter formata sunt ind.* áśrih *f., gr.* ὄκρις *f. (hapaxlegomenon de margine ossis fracti), hibern.* ochair *f., quae omnia marginem imprimis acutum significant sensu altitudinis vix apparente nisi in compos. gr.* ὀκρίβας. *subst.* *ok̑ri- *ad stirpem* ok̑-, ak̑- *pertinet, cf.* aciēs ācer ἀκρός ὀξύς *et inter multa alia* ἄκρις *f. (inde ab Homero), quae vox et formatione et notione proxime accedit ad lat.* ocris. *Sch.*] *acc.* -im *vel* -em. FEST. p. 181 -em antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant. *i. q. cacumen montis*: LIV. ANDR. carm. frg. 40 celsos -is arvaque putria et mare magnum (trag. 34 namque Taenari c. -is). trag. 31 sed qui sunt hi, qui ascendunt altum -im? 35 haut ut quem Chiro in Pelio docuit -i.

cf. Onom. Ocra, Ocriculum.

compos.: mediocris. *cf. Onom.* Interocrea (-ocrium).

[ad flegmones **ocrissus** ORIBAS. syn. 9, 48 add. p. 368. *obscurum; agitur de inflammatione matricis; latetne* κρισσός*?*] *Teßmer.*

octābus *v.* octavus.

octachordos (octŏch-), -on (-um), ὀκτάχορδος. octoch- VITR. *et in var. l. bis ap.* BOETH. *i. q. octo chordas habens*: VITR. 10, 8, 2 si tetrachordos est *hydraulus*, fiunt *canales* quattuor, si hexachordos, sex, si -os, octo. *n. pro subst.*: BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 14 qui *nervus* digne trites nomen exciperet, ut sit -um (*var. l.* octoch-, octachor *h*). *ibid.* l. 25 sq. in ... dispositionibus eptachordi et -i ... dicitur ... -um ... diezeugmenon, quod est disiunctum. 5, 14 p. 363, 21 per ... -i (*var. l.* octoch-) divisionem.

octachorus (*pro* -chōr-), -um, *ὀκτάχωρος *cf. hom.* εὐρύχορος. *i. q. octo χώρους i. aediculas, sacella habens*: CE 908, 1 -um sanctos templum surrexit in usus, octagonus fons est munere dignus eo (*cf. Dölger, Antike und Christentum 4, 1934, 155 sqq.*).

octachronus, (-um) *et* octachronos, (-on), ὀκτάχρονος. *t. t. metr. i. q. octo moras habens, octasemus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 11 in *tetrasyllabis pedibus* ... spatia temporum a tetrachrono ad -um, id est a quattuor temporibus ad octo, producuntur. 47, 15 *dispondeus* solus in tetrasyllabis -os (octrachr- *Keil*) sive octasemus invenitur.

octaëdros v. octahedrum.

octaëtēris, -idis *f.*, ὀκταετηρίς. *acc. sg.* -ida (*var. l.* -idam), *pl.* -idas. *i. q. octennium* (*ad rem v. Nilsson, RE XVII 2387 sqq.*): CENS. 18, 4 tempus *Olympiadis* ... duplicatum est et -s (octęteris *D*, octo teris *V*) facta, quae tunc enneaeteris vocitata. 18, 5 hanc -a (octoaeterιδam *DV*) vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam. *ibid. iterum* mensibus varie intercalandis suas -as (octoeterιδas *DV*) protulerunt. *ibid. tertium* cuius *Dosithei* maxime -s (*D²*, octoaeteris *D¹*, ocaeteris *V*) Eudoxi inscribitur.

octagēnsimus, -a, -um *v.* octogesimus.

octages(s)is *v.* octoges(s)is. **octagintā** *v.* octoginta.

(**octagōnos**), -on *et* octōgōnus, -um, ὀκτάγωνος. -gōn- CE 908, 2. *de formis: nom.* -os *non legitur. acc. sg. f.* -on VITR. 1, 6, 4 (*v. infra*). -us GROM. Cantor 20 *ter* (octog-). CE 908, 2. -um GROM. p. 326, 24. Cantor 20 *ter* (octog-). [*dub.: post* BOETH. arithm. 2, 17 p. 101, 23 *add. cod. r* (ogdog-).]

i. q. octo angulos habens, octangulus: **1** *adi.*: VITR. 1, 6, 4 turrem marmoream -on (*var. l.* octog-). CE 908, 2 -us fons. **2** *subst.* octagōnus, -ī *m. et* octagōnon (-um *?*), -ī *n. i. q. figura octo angulis constans*: VITR. 1, 6, 4 in singulis lateribus -i (GROM. Cantor 20 -us, cuius ... latera *eqs. ibidem iterum* -i l.). 1, 6, 13 in singulis angulis -i (*ibid.* inter a. -i). GROM. p. 326, 24 in -um iacet (Cantor 20 *bis*). Cantor 20 omnis -us aequis habetur lateribus. *ibid.* -um dico. *ibid.* -i area (*ibid. iterum* -us, cuius a. *eqs.*). *ibid.* -i ... mensurae ... rationem. OPT. PORF. schol. carm. 6 duo trigona et duo -a (*var. ll.* ortog-, ortig-, orthog-). *ibid.* trigona trigonis, -a -is (*var. ll.* orthog-, ortig-). BOETH. arithm. 2, 15 p. 99, 2 eptagonorum vel -orum vel novem laterum figura.

octa(h)edrum, -ī *n.*, ὀκτάεδρον. *in var. l. etiam* octō(h)edr-. *litt. graecis* MART. CAP. *t. t. geom. i. q. corpus solidum octo lateribus constans*: CHALC. comm. 53 quae vocantur hexaedra et -a (*var. ll.* -ohedr- *et* -oedr-) *in aliquo numero inveniantur necesse est.* 326 *opificem* innumeras ... formantem figuras: modo pyramidis et ex ea mox -i (*var. ll. ut supra*) dictoque citius icosahedri et item cubi species *eqs. ibid.* nec ignem ... ignem esse ..., sed ..., nec -um, sed spirabilem silvam *eqs.* MART. CAP. 6, 722 his *schematibus generalibus* (*enumerantur*) adduntur nobilia schemata ex his composita ὀκτάεδρος (*idem litt. lat. ABM*, ΩΚΔΟΚΕΔΡΟΣ *in ras. A*, octedr. *L¹*), item δωδεκάεδρος *eqs.*

octameter, -trum, ὀκτάμετρος. *in var. l. etiam* octōm-. *t. t. metr. i. q. octo metris constans* (*v. Volkmann-Hammer-Gleditsch, Rhetorik u. Metrik der Griechen u. Römer³ 144*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 82, 27 Boiscum ... iambicum metrum in -um versum extendisse (GRAMM. VI 631, 11 crescunt *versus* a trimetris usque in -os (*postea*: faciunt versus de sedecim pedibus).

n. pro subst. **octametrum,** -ī. *i. q. versus octameter*: **1** *in iambis*: SACERD. gramm. VI 526, 23 et pentametra et hexametra et heptametra et -a (octom- *A*) iambica facere. 528, 8 de -o (octom- *A*) catalectico iambico (*ibid.* -um c. fit septem pedibus iambicis tetrasyllabis, octavo trisyllabo. RVFIN. gramm. VI 564, 1 [*ex Iuba*] 'appellatur boiscion *eqs.*' *cf.* GRAMM. VI 630, 2 iambicum metrum a monometro hypercatalecto usque in -um catalectum [*trad.* acatal-] ... procedit). RVFIN. gramm. VI 564, 1 de -o boiscio. **2** *in dactylis*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 74, 31 hexametrum dactylicum usque ad -um disyllabo terminatum processisse. FRG. Bob. gramm. VI 623, 9 -um catalecticum, quo usus est Stesichorus *eqs.*

octangulus, -a, -um. *ex* octo *et* angulus. *i. q. octo angulos habens, octagonos*: sphaera -a (*non apte de octahedro*): APVL. Plat. 1, 7 prioris ... formae tres species existere: pyramidem, -am et vigintiangulam s.; et pyramidem figuram ignis in se habere, -am (-um *BM*) vero aëris, angulatam vicies sphaeram aquae dicatam esse. *ibid.* secundae velocitatis -a s. est.

octāns, -antis *m.* *ab* octo; *cf.* triens, quadrans, sextans. [*port.* oitante; *cf. Machado II 1616. G.*] *i. q. octava pars circuli*: VITR. 10, 6, 1 dividentur circumitiones *tignorum ad circina rotundatorum* ... tetrantibus et -bus in partes octo.

octānus, -ī *m.* *ab* octo; *cf.* primanus, secundanus, tertianus *et sim. quae sequuntur. i. q. miles octavae legionis*: PRISC. fig. num. gramm. III 414, 28 primanus primae legionis, secundanus secundae legionis; similiter tertianus ...; quartanus *eqs.* ...; -us, nonanus, decimanus.

octaphoros (octōph-), -on *et* octaphorus (octōph-), -um, *ὀκτάφορος (ὀκτώφ-). -toph- ANTH. (-tŏph-, *fort.* -taph- *?*) *et in var. l.* (*v. infra*). *de lectica, quae ab octo servis portatur*: **1** *adi.* -os *f.*: CIC. Verr. II 5, 27 lectica -o (*var. l.* -toph-) ferebatur *Verres* (*Schol. Iuv. 6, 351, 2 PQS* lecticam ad forum ferebant). **2** *neutr.* -on *vel* -um, -ī *pro subst.*: CIC. ad Q. fr. 2, 9, 2 cum hominem portarem ad Baias Neapoli -o (*var. ll.* -taf-, -ottaf-, *ed. pr.* a foro, *ed. Ascens. a. 1522* -toph-) Asiciano (MART. 6, 84, 1). SVET. Cal. 43 -o veheretur (*cf.* APVL. apol. 76 vectabatur). ANTH. 86, 5 Porcius -o fertur resupinus ad aedem (*'ficticium putat Buecheler' Baehrens*).

octaplus v. octoplus.

octas, -adis *f.*, ὀκτάς. ogt- *hic illic cod. L m. sec.*; ogdoas, -adis *semper Dick sive primus sive post alios. i. q. octonarius numerus*: MART. CAP. 7, 738 hexas, -s generantur tantummodo, tetras autem et creat et creatur. 7, 740 dyas per dyadem facit tetradem, at bis facit -em (*ibid.* primus imparium trias, secundus pentas; ambo -em faciunt). 7, 741 ad enneadem ... ab -e collatione percussionis sonus efficitur (*v. ipsum locum*). 7, 745 -s a paribus par; enneas ab imparibus impar (*ad rem v. 7, 748 sq.*).

octasēmus, (-um), ὀκτάσημος. octōs-, ocdōs-, oddōs- MART. CAP. *in var. ll.* *t. t. metr. i. q. ex octo spatiis temporum compositus, octachronus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 15 *dispondeus* solus in tetrasyllabis octachronos sive -us invenitur. 64, 4 in coniugationem copulati *pedes tetrasemi* -i fiunt (*antea*: tetrasemos ... propter quatuor tempora *pedum* ... appellatur *epiploca*). *pro subst. ?* octasēmus, -ī *sc. pes*: MART. CAP. 9, 985 ex tetrasemi elatione ... et -i (*v. app. crit.*) positione constabit *orthius*.

octastylos, -on, *ὀκτάστυλος. octōst- VITR. 3, 3, 7 *H*. *t. t. archit., i. q. octo columnas habens* (*de aede*): VITR. 3, 2, 7 dipteros ... -os et pronao et postico. 3, 2, 8 *hypaethri* exemplar Romae non est, sed Athenis -os ⌊in⌋ templo Olympio (*v. app. crit.*). 3, 3, 7 frons loci ... si -os constituetur, dividatur *eqs.* (*ibid.* sive tetrastyli sive hexastyli sive -i *f.*). 3, 3, 8 *Hermogenes* primus invenit -on (*Iocundus*, exost- *vel* exast- *trad.*) pseudodipterive rationem.

octasyllabus *v.* octosyllabus.

octateuchus, -ī *m.* (*? adi.* CASSIOD. inst. 1, 1, 9), ὀκτάτευχος (*sc.* βίβλος). [*confund. in codd. c.* heptat- *vel* pentat- *saepius.*] *i. q. tomus octo priores libros V. T.* (*i. Pentateuchum librosque Iosue, Iudicum, Ruth*) *continens* (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 1, 1 primus scripturarum

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divinarum codex est -us): HIER. epist. 71, 5, 3 canonem Hebraicae veritatis excepto -o. CASSIOD. inst. 1, 1 tit. de -o. 1, 1, 8 in -o (2, 7, 4 [in *deest in parte codd.*]. in psalm. 144, 7 l. 141 in codicibus sacris ... id est in -o, in regum, in prophetis *eqs.*). 1, 1, 9 explanatio totius codicis -i. 1, 1, 10 textus ... -i. in psalm. 3, 1 l. 16 -us legitur ante Iob.

octāva *v.* octavus.

octāvānī, -ōrum *m. pl. ab* octavus. [*confund. in codd. c.* -avian- *ap.* MELAM *et* PLIN. nat.]

i. q. milites octavae legionis: **1** coloniae -orum: MELA 2, 77 Forum Iuli, -orum c. (PLIN. nat. 3, 35). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 414, 7 (= AA 29, 1914, 311) ordo ... col(oniae) VIII (*i. Octavanorum sec. de Villefosse*) Thub(urbitanae). **2** *de ipsis militibus*: NOT. dign. occ. 5, 10 -i (*nom. ut* 5, 153. 7, 28).

octāvārius, -ī *m.* (*vix* -um, -ī *n., v. infra*). *ab* octavus, *cf. e. g.* argentarius. octovar- COD. Iust. *R*; *litt. gr.* ὀκταβάριος *Grégoire, Recueil 10* (*saec. IV–V*). *i. q. receptor 'octavae' vectigalis*: COD. Theod. 4, 14(13), 8 (= Iust. 4, 61, 8) a legatis gentium devotarum ... -i vectigal accipiant (*erant, qui vix recte neutr.* -i *sc. vectigalis i. 'octavae' intellegere mallent*).

[*pro* **octāvīdūs** FRONTO p. 52, 10 v. d. H. (p. 57 N.) *legit* VIII idus *recte, ut vid., Hauler per litteras coll.* VII idus *p. 52, 3 v. d. H.* (*p. 57 N.*).]

octāvō v. octavus.

octāvodecimus, -a, -um *num. ord. ex* octavus *et* decimus, *cf.* octavus decimus *et* octavusdecimus (*v.* octavus *sub II A*). *i. q. duodevicesimus*: HIER. epist. 30, 1 centesimum et -um (*G, disiunctim* oct. dec. *codd. plerique*) psalmum (30, 3, 1 in centesimo -o [decimo octavo *edd. vet.*] *p.*).

1. octāvum *adv. et ?* **2. octāvum,** -ī *n. v.* octavus.

octāvus, -a, -um *num. ord. ab* octo. *scribitur*: hoct-: CIL XII 2087, 6. *in codd. passim* VVLG. (*v. indicem ed. pont. IV p. 451*) *et* LEX Visig. ott-: INSCR. christ. Diehl 4036. -taus: CIL VI 25128, 5 -um (XII 2143, 11 XIII 1986, 6. 3690, 4 CE 1223, 2). VIII 20304 -tau (28041). XII 2193, 6 -tao. *per betacismum* -tab-: CIL VIII 21540, 7 IX 411, 7. *et saepe; in codd. e. g.* SEN. epist. 76, 9 (*P, cf. V*). AVSON. 366, 8 p. 106 P. (*V*). VVLG. (*v. indicem l. cit.*). BENED. reg. 7, 55. *al.* *notatur*: ocua *pro* -a: CIL XII 2150, 9. *per signa ut* VIII, XVIII, XXVIII *etc. passim.* IIX: FRONTIN. aq. 79. VIII° *pro* -o: HIER. epist. 33, 4, 3 (*pars codd.*). ·VIII·: INSCR. RevA. 1904, 2 p. 309 SEN. contr. exc. 8 tit. (*M*). .VIII.: RHET. Her. 2, 30, 49 (*H*). ·UIII·: LIV. 43, 16, 12. VIII.: *e. g.* CYPR. epist. 80, 1 p. 840, 10 (*T*). AVSON. 360, 3 p. 219, 20 P. (*G*). VIII·: AVG. civ. 18, 54 p. 344, 4 (*BH*). VIII: LEX Corn. de XX quaest. (CIL I² 587) tit. VIIIX: INSCR. christ. Diehl 2159. VIII X: *ibid.* 3016A. VIII.X: *ibid.* 3444. VIII, X: *ibid.* 4234. LXXX. VIII: HIL. in psalm. 1, 1 p. 19, 12 (*R, sed* VIII *in ras.*) NOT. Tir. 60, 78¹ -a pars. 60, 78ᵏ -a parte. 61, 21 -us. GLOSS. III 426, 23 -a: ὀγδόη. *legitur inde a* PLAVTO, CAECIL., CATONE, VOLCAC., RHET. Her., CIC. [*it.* ottavo; *raet. occ.* ochével, ottável; *prov. vet.* ochau, *prov.* u(t)chau; *vasc.* uchau; *hisp.* ochavo, *astur.* ochau; *port.* oitavo. *cf. M.-L. 6034. Battisti-Alessio IV 2705. Wartburg VII 304. Corominas III 544. Machado II 1616 G.*] [*in codd. falso* -o *pro* octo COD. Iust. 1, 17, 2, 4.]

I *ponitur solum* (*plur.* CAES. civ. 3, 53, 5 ab -is ordinibus. PLIN. nat. 2, 81 -is in partibus [18, 221 in -is p.]. AVG. civ. 18, 3 p. 260, 5 D. -is regibus): **A** *respicitur ipse numerus* (numerus -us MANIL. 4, 480 IREN. 1, 18, 3 [1, 11, 2 H.] FAV. EVL. 11, 1 W. [p. 7, 18 H.]): **1** *per iuncturam laxiorem aut subst. e contextu intellegendo*: **a** *in serie numerorum sim.* (*huc pertinere vid.* LEX Corn. de XX quaest. [CIL I² 587] tit. VIII [*sc. pars vel tabula*] de XX q.): CAECIL. com. 165 decimo mense ...; nono quoque, etiam septimo atque -o (CATO agr. 57 m. quinto, sexto, septimo, -o. PLIN. nat. 7, 38. 7, 40. 18, 60. *al.*). CATO agr. 1, 7 vinea ... prima ..., secundo loco ..., tertio ... (*eqs.*), -o *eqs.* (CIC. inv. 1, 107 INST. Iust. 3, 9 [10], 3. *al.*). VOLCAC. carm. frg. 1, 11 Plautus secundus ...; dein Naevius ... pretio in tertiost; ... Trabea -um optinet. VARRO ling. 9, 30 in octonas partes ...; quinque ..., sexta ..., septuma ..., -a, qua *eqs.* (MANIL. 4, 460 nec ... prima immunis, nec tertia p. est, nec sexta; -a est similis *eqs.* 4, 470. 4, 482 quartam ne selige p. ...; fuge et -am. VITR. 3, 1, 2. *al.*). rust. 1, 7, 9 primus *ager* ..., secundus, ubi ... (*eqs.*), -us, ubi *eqs.* HOR. sat. 2, 6, 40 septimus -o propior iam fugerit annus (MART. 8, 71, 9 TAC. ann. 14, 53, 2). MANIL. 3, 129 quintus ... gradus ...; in sexta ... sede ...; septime ...; nobilitas tenet -am *eqs.* VITR. 5, 4, 8 in quartam terminationem ..., in quintam ... (*eqs.*), in -am et dimidiam *eqs.* PAVL. FEST. p. 120 Lustrici dies infantium appellantur, puellarum -us, puerorum nonus (CELS. 3, 4, 13 PLIN. nat. 8, 186). MART. 4, 8, 5 sufficit in nonam nitidis -a *sc. hora* palaestris. SVET. Aug. 26, 3 quartum consulatum in Asia, quintum in ..., -um et nonum Tarracone init. *al.* **b** *c. gen. part.*: HOR. sat. 2, 3, 296 Stertinius, sapientum -us. PLIN. nat. 28, 108 costarum primam et -am. IREN. 1, 18, 2 (1, 11, 2 H.) in -o dierum. **c** *per synesin*: HIER. epist. 53, 9, 3 Paulus ... ad septem scribit ecclesias, -a enim (*sc. epistula*) ad Hebraeos *eqs.* **d** *varia*: Ov. met. 3, 327 septem ... autumnos; -o rursus *eqs.* (VITR. 9 praef. 18 prioribus s. voluminibus de aedificiis, -o de aquis ... explicabo. SEN. epist. 90, 6 s. ...; sacro illi numero accessisset -us. PLIN. nat. 7, 204 s. chordis ... cecinit ... Terpander, -am Simonides addidit, nonam *eqs. al.*). LIV. 8, 38, 10 ab hora diei tertia ad -am (35, 1, 5. PLIN. nat. 17, 85 in h. ... quintam vel -am). PLIN. nat. 6, 87 ne lunam quidem ... nisi ab -a (*sc. luna*) ... aspici. 32, 84 septenis diebus ..., ita, ut -o *eqs.* MART. 8 praef. 4 omnes ... libelli ...; hic tamen ipsi operis ... -us inscribitur *eqs.* FRONTIN. aq. 5 inter miliarium septimum et -um.

2 *per iuncturam artiorem*: **a** *c. vocibus variis*: **α** pars *sim.*: Ⓘ *postponitur*: CATO agr. 136 p. -a *corbis.* MANIL. 5, 293 p. -a surgentem cerne Sagittam. VITR. 3, 3, 10. 3, 5, 3 spirae (*c. gen. etiam*: 9, 3, 2 librae [9, 8, 14. PLIN. nat. 2, 81 -is in p. arietis ac l.]. 10, 6, 1 circinationis). 9, 3, 1 in p. -am. 9, 3, 3 ad p. -am. 9, 8, 14. SVET. Cal. 40 ex ... diurnis quaestibus p. -a. Ⓘⓘ *anteponitur*: CIC. Att. 15, 26, 4 -am p. ... luminar(i)um [m]aedium (*c. gen. etiam*: MANIL. 3, 257 in -a Capricorni p. [PLIN. nat. 2, 81 -a in p. C.]. VITR. 1, 6, 9. 3, 5, 12 altitudinis [4, 1, 7 PLIN. nat. 36, 179]. 10, 6, 3. COLVM. 9, 14, 1 in -a p. Arietis. 9, 14, 5 circa -am p. Cancri [PLIN. nat. 18, 264 in -a p.]. *al.* PLIN. nat. 18, 221 in -is p. signorum. 36, 46. *al.*). MANIL. 3, 680 -a in p. VITR. 1, 6, 7. 3, 3, 11. *al.* FAV. EVL. 17, 2 W. (p. 12, 14 H.). 26, 8 W. (p. 21, 7) -a eius *tibiae* portione (NOVELL. Valent. 13, 5 pro -a p.). HYG. astr. 4, 2 p. 101, 13 ad -am p. **β** liber *sim.*: Ⓘ *postponitur*: VARRO ling. 8 tit. incipit liber VIII (*in tit. etiam*: VAL. MAX. 8, 1 SEN. dial. 8. *al. praeterea*: FEST. p. 193 in l. VIII [*al.*]. PLIN. nat. 1, 8 tit. l. VIII continentur *eqs.* [*saepe*]. SIDON. epist. 9, 1, 4). GAIVS epit. 1, 8 tit. titulus VIII (2, 8 tit.). COD. Theod. 11, 1, 33 initio indictionis -ae (CIL VI 9231 IX 411). APPEND. Visig. 1, 3 constitutio VIII. Ⓘⓘ *anteponitur*: CLAVD. DON. Aen. 1, 295 p. 64, 19 in -o libro (5, 100 p. 438, 15 AVG. civ. 11, 25 p. 496, 6 D. INTERPR. novell. Theod. 14). HIER. epist. 20, 4, 2 -i psalmi. COD. Theod. 12, 1, 173 pr. -a indictione. APPEND. Visig. 1, 12 VIII tit. **γ** *varia*: Ⓘ *anteponitur*: RHET. Her. 2, 30, 49 -us locus (CIC. inv. 1, 103 TERT. adv. Val. 35 p. 210, 8 IREN. 1, 11, 5 [1, 5, 3 H.]. 1, 30, 4 [1, 28, 2] -um ... l. [AVSON. 290, 18 p. 148 P.]). BELL. Hisp. 32, 7 ad -um miliarium (*cf.* LIV. 5, 49, 6 ad -um lapidem [PLIN. nat. 10, 77 -um citra l. 31, 42 ab -i l. diverticulo. AMM. 19, 9, 7]. MART. 9, 64, 4 -um ... marmor ab urbe). MANIL. 4, 480 -o ... numero (FAV. EVL. 11, 1 W. [p. 7, 18 H.] de septimo aut -o n. 15, 1 W. [p. 10, 11] de -o ... n. *al*). VITR. 10, 6, 2 in -um punctum (*ibid.* ad -um p.). VAL. MAX. 8, 1 absol. 11 septies ampliata causa et ad ultimum -o iudicio absoluta est. PLIN. nat. 17, 201 ab -o pede altitudinis. SERV. gramm. IV 433, 23 adiungunt -um casum (*al.*). CLEDON. gramm. V 17, 18 -us modus (PS. APVL. herm. p. 275). IREN. 1, 17, 1 (1, 10 H.) -um caelum. 3, 4, 3 (3, 4, 2) fuit *Hyginus* -us episcopus. HIER. epist. 53, 8, 8 in septimo -oque gradu. NOVELL. Theod. 16, 3 (= COD. Iust. 6, 23, 21, 1) -o subscriptore ... adhibito. *al.* Ⓘⓘ *postponitur*: LIV. 7, 39, 16 ad lapidem -um (*cf.* FEST. p. 250 a miliario -o [FRONTIN. aq. 10]). IREN. 1, 18, 3 (1, 11, 2 H.) ad numerum -um. DON. Ter. Ad. 847, 3 ἀπόδοσις -a.

II *exspectantur alia genera num.*: **A** *card. q. e.* '*octo*' (*iuxta cardinalia poni vid.* PLIN. nat. 8, 199 *et* AVIEN. Arat. 1347 [*v. sub I A*]. *aliter* PS. APVL. herm. p. 281 *et in forma* bis -i *ut* OV. met. 5, 50 *et* 13, 753 [*v. sub I B*]): PLIN. nat. 33, 136 -a milia equitum . . ., mille convivas. ANTH. 761, 31 -as hinc, inde quaternas *partes hemicyclii.* VIRG. gramm. epist. praef. p. 108, 6 H. ogduadas orationum partes -is *epistolis* . . . expositurum (*cf. p. 107, 3 sq.* orationis partes octo, octo . . . epistolas). **B** *ord. q. e.* '*octavus*' (*cf. B. Löfstedt, Eranos 56, 1958, 199 sqq.*): AVSON. 250, 1 p. 335 P. bis -o . . . sub consule (CE 1365, 25 [*a. 506*] b. -a . . . luce *i. sexto decimo die*). **C** *multipl. q. e.* '*octuplex*': CYPR. GALL. iud. 486 -o . . . lustro ([*iud. 13, 1* quadraginta annis]. VEN. FORT. carm. 4, 8, 29 bis -o [octo *R*] . . . l.). CORIPP. Ioh. 4, 599 -o circumdans ordine *camelorum* campum. **D** *pro* '*octonarius*': HIL. psalm. instr. 14 p. 12, 22 in -um numerum.

deriv.: octonarius, octonatio.

compos.: octonopes.

octōnōpēs, -pedis *adi. ab* octonus *et* pes. *in doctr. metr. i. qui octo pedibus constat*, ὀκτάπους (*cf.* octameter): RVFIN. gramm. VI 564, 6 (*ex Iuba*) primus *Boiscus* -em versum (octano pede v. *AR*, v. octono p. *B et recc.*, v. octonum pedum *Putschius* [o. p. v. *ten Brink*]) deo dicavit (*antea*: ὀκτάπουν . . . στίχον).

octōnus *v.* octoni. **octōphor-** *v.* octaph-.

octoplus *v.* octuplus. **octōpoda**, -ae *v.* octopus.

octōpūs, -podis *c.*, ὀκτώπους, ὀκτάπους. *cf.* octipes. *pro nom. sg.* octopoda ALEX. TRALL. [-a *pro* oclopetam PETRON. 35, 4 *tentabatur olim, cf. Blümner, Philol. 76, 1920, 335 sq.*] *i. q. octo pedes habens* (*de lolligine*): PLIN. VAL. 5, 16 acerma . . ., cocida et -es (astopodes *ed. Pighinucci*) ac sepias (*Alex. Trall. II p. 251, 9 P.* ὀκτάποδα. ALEX. TRALL. 2, 22 acerma . . . coctia et -a [octocopa *ed. Lugd.*] et cypia).

octōsēmus *v.* octasemus. **octōstȳlos** *v.* octastylos.

octōsyllabos, -on (-us, -um), *ὀκτωσύλλαβος. *scribitur* -tas-*ap.* MAR. VICTORIN. *nom.* -on: PS. BASS., *acc. et nom.* FORTVN. *et* MAR. VICTORIN. *in doctr. metr. i. qui octo syllabis constat*: PS. BASS. gramm. VI 306, 4 glyconion -on (MAR. VICTORIN. gramm. VI 118, 12 g. -o [*p. 151, 14* glyconium octo syllabarum]). FORTVN. gramm. VI 297, 26 habet *ode dicolos* primum -um anacreontium, quem et glyconium vocant. MAR. VICTORIN. gramm. VI 152, 2 erit . . . comma -um. GRAMM. VI 640, 12 de epodo -o.

[DIOSC. 1, 30 p. 70a, 25 **octōtiēns** (*legendum* hoc totiens) facis, quamdiu *eqs.*]

? **octōtopos** *v.* octotropos.

? **octotropos**, -ī *f.* (*an m. ?*), *cf.* ὀκτάτροπος. *mensuratur* -tŏt- (*an* -tat- *?*). *t. t. astrol. i. q. dispositio octo locorum caeli* (*ad rem v. Housman ad l. et Gundel, Philol. 81, 1926, 320 sqq.*): MANIL. 2, 969 cui parti nomen posuit, qui condidit artem, -os (*codd., def. Gundel l. c.*, octotopos *Scaliger, totum locum secl. Housman*), per quod stellae diversa volantes quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

octōvārius *v.* octavarius.

octōvir, -ī *m.* *plur. ab* octo *et* viri, *cf.* duovir, quattuorvir *sim. scripturam continuam non invenimus, de compendiaria v. infra.*

i. qui in collegio octo virorum est (*ad rem cf. Liebenam, Städteverwaltung 256. 344. Rudolph, RE s. v.*): CIL I² 1855 oct. vir (*nom. sg. ut*: IX 4622, 3 VIII vir [5371, 3]. 4890 ⟨octo v⟩ir. 5447, 2 VIII vir [XIV 3906, 2]). II 724, 4 (*dat. vel abl. per idem compend.*: IX 4520 VIII viro. 5373, 2 VIII v⟨i⟩r(o) [5451, 3. 5621]. *sed* II 724, 4 *etiam* pro o⟨cto⟩ viro. IX 4519, 5 octo vir(o)). IX 5067 octo viri (*nom. pl.*). 5367 VIII vir(i) (*gen. sg., per idem compend. etiam* 5372, 4. 5374). *c. gen.* (*abl.*) *qualit. sim.*: CIL IX 4543, 4 VIII vir aed(iliciae) pot(estatis) (4891. 4896 VIII viro ae. p. *cf. etiam* 4519). 4545 VIII vir II vir. pot. (*i. duumvirali potestate ut*: 4547. *?* 4883 XI 5006, 6). 4881 VIII vir II (*i. iterum*) fanor(um) (4896). *ibid.* VIII vir III (*i. tertium*) aer(ari) (4896 VIII vir III). -r Augustalis: CIL IX 5422, 4 VIII vir Aug. (*nom. etiam*: 5448, 2 ⟨v⟩ III vir August. INSCR. NSc. 1921 p. 189 n. 30). 5446, 2 VIII vir(o) Aug(ustali).

octōūncium, -ī *n. ab* octo *et* uncia, *cf.* sexuncium. *i. q. octo unciae, bes*: NOVELL. Iust. 18, 1 licebit *testatori* . . . reliquum -um forte aut sexuncium habere et largiri sicut voluerit (*gr.* ὀκταούγκιον).

? **octrachronos** *v.* octachronos. **octuāg-** *v.* octog-.

octūber *v.* october. **octuennis** *v.* octennis. **octug-** *v.* octog-.

? INSCR. Graufesenque 25, 2 (10, 2 H.) tuos **octumeto(s)** (*tab.* oχt-, *Hermet* oxtuanito *vel* oxtunnito). *vox celt. ut vid. pro* '*octavus*' (*cf. Oxé, Töpferrechn. v. Gr. 73; de nom. propr. [cf.* Quintus,

[*Lumpe*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sextus *sim.] cogitat Hermet, Les graffites de la Gr. 1923, 77, 53). de quantitate vocalis* -e- *non constat.*

octung- *v.* octing-.

NOT. Tir. 65, 47a (*antea*: triplex, quatruplex *eqs.; postea*: multiplex) **octuplex** (*trad.* obdupl-). *ab* octo, *cf. e. g.* duplex *sim. nec non* octuplus. *i. q. ex octo partibus constans.*

cf. octiplicatus (octupl-), octuplicatio.

octuplicātio, -ōnis *f.* *cf.* octuplex, octuplus *nec non* octiplicatus (octupl-). *i. q. actus octies multiplicandi*: MART. CAP. 7, 796 -e (*var. ll.* VIIIplicatione, VIII octuplicatione, octo quadruplicatione, duplicatione VIII, VIII duplicatione) metiuntur II eos, qui XVI sunt *eqs.*

octuplicātus *v.* octiplicatus. **octuplō** *et* **octuplum** *v.* octuplus.

octuplus, -a, -um. *ab* octo, *cf.* duplus *sim. nec non* octuplex *sim. scribitur* -topl- (*quam formam primariam fuisse putat Sommer, SBMünch. 1950, 7 p. 42, 2*): *in var. l.* CIC. Tim. 22 GLOSS. II 381, 38. -tapl-: GLOSS. *l. c.* (*var. l.*). *i. q. octies multiplicatus*: CIC. Tim. 22 (*sim.* MACR. somn. 2, 2, 15) quintam *partem* ..., quae tertiae tripla, tum sextam -am primae (*gr. 35ᶜ* ὀκταπλασίαν). CHALC. comm. 96 -am *portionem* ... Martis. BOETH. mus. 2, 31 p. 266, 12 -os numeros. *e contextu intellegitur* ʻ*numerus*ʼ: MART. CAP. 7, 771 (par ex paribus est *numerus*) quadruplo vel -o similibusque auctis. BOETH. mus. 2, 31 p. 266, 1 -i (*v. app. crit.*). p. 266, 13 a sexto ... -o sesquioctavae proportiones ducuntur.

pro subst. **octuplum,** -ī *n.* NOT. Tir. 65, 42 (*post* triplum, quatriplum) -um (*trad.* obdupl-, *cf. 65, 47 a sub* octuplex). GLOSS. II 381, 38 ὀκταπλοῦν. *i. quod octies multiplicatum est* (*de poena*): CIC. Verr. II 3, 26 si plus abstulerat quam debitum sit, in -um iudicium daturum (*ibid.* ʻedictum de i. in -umʼ [*v. app. crit.*]. 3, 28. 3, 29. *cf.* 3, 32 daturum in -um. 3, 34 -i iudicium se daturum). 3, 28 poenam -i (3, 30). *ibid.* -i damnari (3, 29).

fere adv. **octuplō.** *i. q. numero octies multiplicato*: EDICT. imp. Diocl. II 2 audaciam *cauponum* ... pretia venalium rerum non quadruplo aut oc⟨tuplo⟩, *sed ita* ⟨ela⟩ta (*cf. vol. V 2, 2042, 32*) extorquere, ut *eqs.* EVSEB. EMES. serm. 20, 11 p. 86, 21 (*ad Matth. 12, 45*) ʻassumit ... septem spiritus sibi nequioresʼ; et -o quantum ad numerum, quia peiores assumit.

deriv.: octiplicatus.

octus *v.* octus(s)is.

octus(s)is, -is *m.* *ab* octo *et* as, *cf. e. g.* decussis, centussis. *forma brevior* -tusis *subesse vid. scripturae q. e.* occusis (*v. infra*). *de casibus sim. tractat* CHAR. gramm. p. 96, 6 sqq. B. ʻassisʼ genetivus est, sicut ʻ-is (*var. ll.* occussis *vel* occusis)ʼ; huius ablativus est ab hoc ʻ-e (occuse *N*)ʼ: ideoque ʻ-e (*var. ll.* occusse *vel* occuse) emiʼ bene dicimus; sed ʻda illi -em (occuse *N*)ʼ soloecismus est; nam ʻoctusʼ (*v. app. crit.*) ne dixeris, sed ʻoctonariusʼ, subauditur enim ʻnummusʼ, ut *eqs.* *i. q. numerus octonarius assium*: HOR. sat. 2, 3, 156 quanti emptae? :: ... -bus (*var. ll.* oct. *vel* octo assibus. SCHOL. gloss. *Γ*: octo quadrantibus, octo assibus, hic -is). *formam abbrev.* **octus** *a* CHAR. *l. supra cit. improbatam exhibet* MAECIAN. distrib. 55 -s hac nota scribas ac nomines: semis ⚹S, quibus eodem modo multiplicatis -s reperies. *Lumpe.*

oculāriārius, (-a, -um). *ab* oculus (*de forma v. Svennung, Beitr. z. lat. Lautl. 55*). *i. qui (statuis) oculos facit*: CIL VI 9402, 4 faber -us (*cf. 9403, 3* oculos reposuit statuis. *et fortasse* ocularius *sub 1 b*).

***oculāris,** -e. *ab* oculus. NOT. Tir. 46, 40 (*v. s. v.* ocularius). **1** *i. q. ad oculos pertinens*: **a** *usu vario* (*pro subst.* CHIRON 532): AMM. 19, 4, 2 accolentes loca palustria ... -es casus perferunt (*de morbis ut* CHIRON 811 res -es). 21, 1, 12 -is pupula (*cf.* VEG. mulom. 2, 17, 2 tunicas -es). CHIRON 532 spongiam ... super alligato et ... -em (*i. fasciam, qua oculus obtegitur, ut vid.*) ... imponito, ne alligatura cadet. **b** *de medicamento*: *pro subst.* (*gr.* ὀφθαλμικόν): PELAGON. 410 -e ad percussum *oculum* (418. 422. *al.*). 413 ad cicatrices discutiendas (421). 414 ad album (419. 420. *cf.* 428 ad albores sive ad glaucomata). 416 -e epiphorae (*gen. obi. vel dat. comm.*) iumentis (CHIRON 806 ⟨ad⟩ epifora). 427 -e viatorium. *al.* *attributive*: CHIRON 811 collyrium -e (PLAC. med. 1, 1 rec. *α* = rec. *β* [in colliriis coulorum *Va*]).

2 cos -is (*de mortariolo, ut vid., cf.* ocularius): ORIBAS. eup. 4, 26 Aa lythu acmatitu resolvis ... in cote -e (*gr.* ἐπ' ἀκόνης). 4, 37 Aa in cute -e resolutum *oxyrodinum* (*gr. 4, 36, 14* ἐπ' ἀκόνης ἰατρικῆς).

adv. **oculāriter.** *i. q. oculis suis* (*cf.* oculatim): SIDON. epist. 7, 14, 4 qui amicos ... non tam iudicialiter quam -r intuentur.

***oculārius,** -a, -um. *ab* oculus. *scrib.* ocol- ORIBAS., ? uclar- CIL VI 9824, 4. *notatur* ocular: CIL V 3156, 2. 3940, 2 INSCR. NSc. 1923 p. 379. *al.* NOT. Tir. 46, 40 -a (*an ad vocem q. e.* ocularis ?). GLOSS. -us: ὀφθαλμικός.

1 *i. q. ad oculos pertinens*: **a** *usu medicinali*: *α pro adi.*: *de* medicis: CELS. 6, 6, 8ᴬ Euclipides ... qui ... maximus fuit -us m. CIL II 1737, 4 m. -us (*saepe in* INSCR., *cf. Baader, Med.-hist. Journal 2, 1967, 232, 31*). *varia*: SOL. 4, 6 qui *fontes calidi* ... -as dissipant aegritudines. 24, 9 cuius *herbae* sucus ad -am proficit claritatem (*sec. Plin. nat. 5, 16* claritate visus). *β subst.*: *masc.*: SCRIB. LARG. 37 aspritudines ... desperatas a quibusdam -orum (MARCELL. med. 8, 120 a ... medicis -is). 38 (= MARCELL. med. 8, 17) prudentes -os. *ibid.* quosdam -os (MARCELL. med. 8, 17 -orum quosdam). *dub., an subst.*: CIL XI 5400, 4 medicus clinicus chirurgus -us. *neutr.*: CHIRON 796 -um Vibianum ordinarium ad omne genus vitii oculorum (*de medicamento ut* 810).

? **b** scalptor -us: CIL VI 9824, 4 scalptoris uclari (*supplent alii alio modo, sed cf.* ocularíarius).

2 cos -a (*de mortariolo, ut vid., cf.* ocularis): ORIBAS. eup. 2, 1 L 5 Aa lapidem ... in cute -a fricatum (La in cote ocolario resolutum, *gr. 2, 1 A 13* ἐπ' ἀκόνης). syn. 3 add. p. 909 in cute -a fricas *trochiscum.*

oculātim *adv.* *ab* oculus *pro* oculate, *cf. ex. gr.* figuratim. *i. q. oculis suis*: CASSIAN. inst. 12, 29, 1 nudatae atque in superficiem productae passionis ... radices et -m (occ- *L¹*) deprehensae atque perspectae. *cf.* oculariter.

oculātus, -a, -um *et inde* **oculo,** -āvī, -āre. *ab* oculus. *scrib. etiam* occ-; ocl- *v.* GLOSS. *p. 441, 19.* *compar.* -ior TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 370, 12 (melius -us 4, 36 p. 546, 25), *superl.* -issimus PLIN. nat. 34, 24. GLOSS. -us: εὐόφθαλμος. *inde a* PLAVTO, PAVL. FEST., CELSO, PLIN. nat. [*de pisce, cf. -a pro subst. (p. 441, 17)*: *it. vet.* occhiata ʻ*oblada melanura*ʼ, *ligur.* ogià (> *prov. vet.* hiblada, *prov.* oblado [> *francog.* oblade], aublado, ooublado, iblado, -a, blada, *cat.* oblada), *venet.* ociada, *neap.* ukkyattə, *sic.* ucchiata, ugghiata, *apul.* jacchiata; *sard. centr.* ocrata, *sept.* ottšada; *prov.* (*saec. XVI*) olhada, oyata. *mixtum c.* nebula: *prov.* neblado, *langued.* neblada. *cf. M.-L. 6037ᵃ. Battisti-Alessio IV 1622. Wartburg VII 309 sq, G.*] [*variat in codd. c.* occult- *saepius*, oscul- CYPR. idol. 14 p. 31, 8 MIRAC. Steph. 2, 1. *dub. trad.* CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 69. 21.]

1 -us *i. q. oculis praeditus, instructus*: **a** *spectat ad ipsos oculos*: *α corporis* (*per prosopopoeiam de manu* PLAVT. Asin. 202; *acced.* male SVET. rhet. 29, 1): PLAVT. Asin. 202 -ae (occ-, obcultae, occultatae *var. ll.*) manus sunt ..., credunt quod vident. Truc. 489 pluris est -us testis unus quam auriti decem ([*cf. 490* qui vident plane sciunt. *inde* PAVL. FEST. p. 179 id est qui se vidisse dicat. APVL. flor. 2 p. 6]. FVLG. aet. mund. p. 159, 16. Virg. cont. p. 98, 14 [occ- *D corr. m. sec.*]. *cf.* myth. 2, 6 arbiter). FEST. p. 178 -um Ar⟨gum⟩ ([*de Plaut. Aul. 555 v.* oculeus]. SERV. Aen. 7, 790 omnibus membris. MYTHOGR. 2, 5. 89. *cf.* HIER. epist. 53, 9, 2 cherubin ... per totum corpus -i [*de isdem*: in Ezech. 1, 22 p. 30ᴮ. prol. gal. animalibus -is ante et retro. PRIMAS. in apoc. capit. p. 796ᴰ]). SVET. rhet. 29, 1 Sex. Clodius ... male -us (*cf.* APVL. apol. 57 ultra Vlixi vota ... -us). TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 370, 12 deum ... de sublimioribus -iorem (*cf. l. 7/8* nimirum huius oculos aliqua paradisi portio evaserat). AVG. epist. 148, 17 forinsecus -i (*opp.* caeci intrinsecus. *cf.* IVLIAN. in Iob 17, 10 *opp.* oculis mentis). c. Iulian. 6, 6, 16 nascuntur -i de parentibus caecis (*item opp.* AVG. epist. *supra et* CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 173, 22 CAES. AREL. serm. 172, 3). SEDVL. op. pasch. 4, 17 -ae ... copiam claritatis (*cf. carm. pasch. 4, 212* lumen *oculorum*). *per comparationem*: CASSIOD. var. 1, 4, 15 genus in utroque orbe praeclarum, quod ... tamquam duobus luminibus -um ... claritate radiavit. *β mentis* (*accedit adv.* bene PAVL. NOL. epist. 30, 5): TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 25 fidem hominis *caeci*, etsi melius -am, ... exteriore quoque visione donavit (*de Luc. 18, 42. aliter sub 2b*). PS. RVFIN. in Os. 12, 3/6 p. 1022ᶜ Iacob ... prudentia -us. PAVL. NOL. carm. 33, 237 caecus iustis, -us (oculatur *Q*) iniquis (*cf.* MAX. TAVR. serm. 18, 2 M. diversis fraudum -a [occultatur *trad.*] ingeniis *avaritia*. ISID. sent. 3, 32, 8 -i ad tenebrarum aspiciendum errorem). epist. 30, 5 bene -us *sum*, si cerno iustitiam. AVG. vera relig. 32, 59 visum intrinsecus -um.

b *per similitudinem* (*cf.* oculata): SOL. 17, 8 ut -is ex fulvo circulis ... distinguatur *tergum pantherae*. PALLAD. 1, 28, 2 capita -a (occ-, occulta *var. ll.*) pennarum *pavonis* (*cf.* MART. CAP. 1, 66 ex pavonum pennis intertextae -aeque [occultaeque *var. l.*] pallae). 4, 1, 1 surculi ... sint ... gemmis ... -i. VEN. FORT. carm. 2, 10, 13 -a fenestris *aula* (3, 7, 47 [occ-, occulta *var. ll.*]. 10, 6, 89 [occulta *var. l.*]).

2 -us *i. q. oculis firmatus, certus, indubitatus*: **a** *de rebus cognitis*: PLAVT. Pseud. 301 eme die caeca ... olivom, id vendito -a die (PAVL. FEST. p. 179 *ad l.*: pro praesenti posuit). PLIN. nat. 34, 24 statuam poni ... quam -issimo loco. ZENO 1, 16, 3 vivere animas ... -is rebus sufficimus approbare (PRAEDEST. 2 p. 621ᴰ et sibi in manifesto positas). PHILO vita contempl. 13 -as (occultas *var. l.*) divitias diligentes caecum relinquere censum (*gr.* τὸν βλέποντα πλοῦτον). **b** *de cognitione sim.*: -a fide (GLOSS. -a f.: τῇ ἐν ὄψει πίστει. *aliter* TERT. *sub 1a β*): GARG. MART. med. 1 valetudinum causas -a (occulta *var. l.*) f. recognoscere (*cf.* SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 54, 11 cognoscentes [CASSIOD. hist. 1, 10, 6]). CYPR. Fort. 13 vidisse (ITIN. Anton. Plac. rec. A 31 evidenter ... per visionem. PASS. Ignat. 14, 2. POLYCARP. ad Philipp. 9, 1 [*gr.* κατ' ὀφθαλμούς]. *cf.* IOH. BICL. praef. chron. II p. 211, 9 pervidimus). MIRAC. Steph. 2, 1 ut ... visibus vestris -a (osculata *var. l.*) f. praesentarentur *virtutes dei*. APON. 4 p. 82 probatur. INST. Iust. 3, 6, 9 magis veritas -a f. quam per aures animis ... infigitur (*postea*: inspectione).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

varia: ARNOB. nat. 2, 9 -a vidistis inspectione. CASSIAN. inst. 12, 19 -is indiciis. GILD. Brit. 36 chron. III p. 48, 12 -a cognitio.

3 -are *i. q. oculis (visu sim.) instruere* (*v. etiam* PAVL. NOL. carm. 33, 237 *sub 1aβ*): **a** *spectat ad oculos* (*mentis* TERT. apol. 21, 30 sqq.): TERT. apol. 21, 30 urbanitate deceptos in agnitionem veritatis -ret (CYPR. idol. 14 p. 31, 8 caecos et ignaros ad a. v. -are [oscularet *var. l.*]. *cf.* VITA Cypr. 2, 5 splendore ... divinae ... lucis). paenit. 12, 6 hirundo si excaecaverit pullos, novit illos -are rursus de sua chelidonia (PACIAN. paraen. 11 p. 123 [emendare *var. l.*]. HIER. in eccles. 7 p. 1068A). POTAM. subst. 23 Migne suppl. 1, 210 *vultum* (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 646 vultūs *caeci* ... -atur imago). PS. AVG. alterc. p. 1133 caecos -vit *Christus* (serm. ed. Mai 6, 3 ad lucem. *cf.* CYPR. *supra*). **b** *per similitudinem spectat ad alias res*: TERT. pudic. 8 p. 234, 2 in vestibus purpura -andis. MART. CAP. 8, 814 nullis sideribus -atur (occ-, occultatur *var. ll.*) *caeli extremus cursus*.

subst. **oculāta,** -ae *f. nomen piscis* (*sic appellati propter oculos magnos vel pellem maculatam vel formam oculi similem.* GLOSS. -a: *μελάνουρος.* oclata: *κέφαλος. cf. p. 440, 20*): CELS. 2, 18, 7 duri sunt *pisces*, ut aurata, corvus, sparus, -a (*item inter alia piscium nomina* PLIN. nat. 32, 149).

adv. **oculātē.** GLOSS. V 645, 9 oculitus: -e, nimie. *cf.* oculatim *et* oculitus.

compos.: inoculatus; *cf.* ex-, inoculo.

v. etiam Onom. Oculata, Oculatina.

1. oculeus, -a, -um. *ab* oculus. *i. q. plenus oculis* (*per similitudinem de stellis* MART. CAP.): PLAVT. Aul. 555 qui *Argus* -us (occ- *B*, occull- *D*, *cf. Fest. p. 178* oculatum) totus fuit (PAVL. FEST. p. 28 qui fuisse fingitur oculis plenus. *cf.* APVL. met. 2, 23, 4 perspicaciorem ipso ... Argo et -um totum). MART. CAP. 8, 811 quaedam gemmata nec minus totis artubus decenter -a (occ- *β*) *Astronomia.*

2. oculus **oculeus** (-cel-, -cil- *var. ll.*) PRISC. gramm. II 114, 22 *inter deminutiva* (*l. 20* equus equuleus. *22* acus aculeus).

oculicrepida, -ae *m. ab* oculus *et* crepare *iocose fictum. i. cui oculi crepant* (*sc. tormento, cf. Anon. Vales. 14, 87* accepta chorda in fronte ... tortus, ita ut oculi eius creparent): PLAVT. Trin. 1021 -ae (colli- *Becker*), cruricrepidae, ferriteri, mastigiae.

oculissimus *v. post* oculus.

oculitus *adv. ab* oculus, *cf.* medullitus *sim.* FEST. p. 178 (*suppl. ex* PAVL.) ⟨-s dicitur ut fu⟩nditus, penitus signifi⟨catque tam carum esse quam ocu⟩lum vel instar ⟨oculi esse⟩ (*antea explicantur* oculissimum, oculatum). NON. p. 147, 22 -s ut animitus, medullitus; PLAVTVS Cornicula (frg. 5): amant ancillam ... -s (*inde* GLOSS. -s: oculate, nimie).

oculo *v.* oculatus (*sub 3*).

oculōsus, -a, -um. *ab* oculus. *i. q. refertus oculis* (*i. cavernulis*): GLOSS. II 595, 41 tofus: lapis -us.

***oculus,** -ī *m.* [*vox hereditaria suffixo incertae rationis praedita, derivanda aut a verbo *oqu- 'videre' (cf. gr. ὄψομαι ὄπωπα, ind. vet.* īkṣate *'inspectat') coll.* figulus *aut a subst.* *oqu- *'oculus, visus (-ūs)' (cf. gr. εἰς ὦπα, ἐνῶπα), hoc quidem vix deminutive, quoniam exempla velut* auricula *pro* auris (*maxime in linguis Romanicis, cf. gr. rec. τὸ μάτι < τὸ ὀμμάτιον*) *aevo prisco deesse videntur. Sch.*] *de orig.: ab* occulere VARRO frg. Lact. opif. 10, 1. *al.*, *a* velocitas AVG. serm. 56, 8, 12, *ab* ocior lux CASSIOD. in psalm. 6, 8. *scribitur* (*cf.* PRISC. gramm. II 36, 14 apud antiquos frequentissime loco 'cu' syllabae 'quu' ponebatur ... ut ... oquulus pro ... oculus): ocl- (*cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 18 oculus non oclus; *tamen praecipue ex hac scriptura derivantur voces ling. Romanicarum*): PLAVT. Mil. 1108 *B.* CIL VI 34635ᵃ, 8 X 7756, 6 TAB. devot. Audollent 135A, 6 (*iuxta* 135A, 1 oculos). 135B, 2. occ-: PLAVT. Men. 156 *B.* 849 *CD.* Merc. 924 *D.* Persa 765 *C.* Trin. 1071 *D. al.* (*v. Vulg. ed. comm. pont. 4 p. 451, ubi et de* hoc-). -cull-: PLAVT. Persa 765 *corr. in* -cul- *B.* -col-: ITALA Matth. 13, 15 (cod. 18) *bis.* ? opulo: INSCR. christ. Diehl 4737, 6. *litteris graecis* PS. DIOSC. Vind. 3, 138 p. 147, 16. 4, 88 p. 248, 20. *per litterarum ligaturam*: PAP. Corp. 249, 7 *et* 31 antoculos. *vocat.* -e: PLAVT. Curc. 203 (Mil. 1330 -i *codd.*), *in ceteris allocutionibus* -us, *ex. gr.* PLAVT. Cist. 53 Most. 311 Persa 765 Poen. 394. *nom.* -os: ITALA Matth. 5, 29 (cod. k). *notatur in titulis* (*non nisi gen. plur.*): o: CIL XIII 10021, 47, 5 INSCR. Espérandieu, Cachets d'oculistes 192, 5. oc: INSCR. Espérandieu *l. c.* 150, 2. ocu: *ibid.* 141, 2. ocul: CIL XIII 10021, 82ᵈ, 2. NOT. Tir. 46, 38. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 21 ante -os. in prospectu. p. 428, 35 in conspectu. sub -is. GLOSS. -us: ὀφθαλμός. -us vitis: ὀφθαλμὸς ἀμπέλου. *legitur inde a* LIV. ANDR., NAEV., PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem.* [*val.* ochi; *dalm.* vaklo; *it.* occhio (*et var. dial.*); *sard. centr.* ókru, órku, óylu, óyru, óyu, óğğu, oyu, *mer.* óyu; *raet. occ.* ögl, egl, *centr.* uedl, *or.* voli; *francog., francoprov.* oeil (*et var. dial.*), *prov.* uelh *etc.*, *vasc.* wǫl *etc.*; *cat.* ull; *hisp.* ojo; *port.* olho. *cf. M.-L. 6038. Battisti-Alessio IV 2622. Wagner II 183. Wartburg VII 310 sqq. Corominas III 551 sqq. Machado II 1619 sq. G.*] [*ed. vel trad. iuxta* osculum PLAVT. Truc. 102 SEN. contr. 1, 2, 5. 10, 1, 1 CYPR. epist. 56, 4; *v. etiam* ocellus. *dub. trad.*: ACC. trag. 162 -e noxitudo oblitteretur Pelopidarum (*alii alia temptant*).]

i. q. ὀφθαλμός (*quod ubi resp. in graecis, non adnotavimus*). *de numerorum usu pauca praemonenda putavimus: 1) plur. passim et multitudinem significat et binarium numerum, quem expresse indicant voces q. s.* duo PLAVT. Mil. 290. CIC. nat. deor. 3, 8 (*iuxta* altero, uno). PLIN. nat. 9, 8. *al.*, ambo CATVLL. 104, 2. CELS. 6, 6, 14 (*iuxta* singuli). IVV. 10, 228, duplicis LVCR. 6, 1146, utrique (uterque) HOR. sat. 2, 3, 285 VAL. MAX. 6, 5 ext. 3. *al.*, bini PLIN. nat. 11, 272; *cf. etiam* par oculorum SVET. rhet. 29, 1. *2) sing. aut pro sing. q. d. generali ponitur, maxime in definitionibus et locutionibus tritis vel proverbialibus, aut alterutrum significat, cf.* alter NAEV. com. 18. CIC. *v. supra.* PLIN. nat. 7, 16. *al.*, laevus (dexter, sinister) PLAVT. Mil. 1307 LVCR. 4, 324 NEP. Hann. 4, 3. *et saepius*, utervis PLAVT. Pseud. 423, unus LVCIL. 1342. CIC. *v. supra.* LVCR. 4, 447 VARRO ling. 7, 71. *al.* *3) sing. de binis -is adhiberi vix agnosces; sunt tamen audaciora quaedam, quibus singulorum aut vultus aut visus adumbretur*: CIC. Verr. II 2, 37 p. red. in sen. 16 Sest. 19. orat. 150 (*legentis ut* HOR. sat. 2, 5, 55 OV. trist. 3, 3, 71 SEN. clem. 1, 16, 3. PETRON. 75, 4 *proverbialiter. al.*). VERG. ecl. 3, 103 (*de -o maligno ut* GRATT. 406. *cf.* HOR. epist. 1, 14, 37). HOR. sat. 1, 2, 103. carm. 2, 2, 23 -o inretorto (*Kießling-Heinze conferunt Aeschyl. Cho. 99* ἀστρόφοισιν ὄμμασιν). epist. 1, 1, 28. OV. epist. 16, 89 -o renuente (*per plur. vertit Planudes. cf.* PAVL. FEST. p. 29 -o adnuit). *dub.* LVCAN. 9, 674 (*v. Housman ad l. et Fraenkel, Gnomon 2, 1926, 528, 1*). *4) sing. in poesi exhibent singulis locis* NAEV., TER., PVBLIL., VERG., GRATT., GERM., PERS., CALP., SIL., STAT., *binis* OV., IVV., *pluribus* PLAVT., LVCR., HOR., LVCAN. (*ter praeter l. supra allatum*), MART.; *sing. deest apud* CATVLL., TIB., PROP., MANIL., PHAEDR., SEN. *trag.*, VAL. FL.

I *de membro animantium* (*metonymica v. p. 448, 66. 451, 37*): **A** *agitur de habitu sim.*: **1** *sc. de aspectu*: **a** *respicitur color* (*et lux naturalis*): **α** *c. adi.* (*abl. qualit. pro adi.* PLIN. nat. 10, 126): PLAVT. Capt. 647 nigris (*saepe. cf.* Merc. 640 subnigris [*al.*]. Poen. 1113 pernigris). Curc. 231 herbeis. CIC. nat. deor. 1, 83 caesios (VITR. 6, 1, 3 FEST. p. 274. *al.*). *ibid.* caeruleos (PLIN. nat. 6, 88. *al.*). VARRO rust. 2, 2, 4 ravis (2, 9, 3. 3, 9, 5 FEST. p. 274. *al.*). MANIL. 4, 907 sidereos. COLVM. 7, 12, 4 glaucis (PLIN. nat. 7, 24. *al.*). SEN. Herc. f. 219 igneos ... serpentium (*cf.* CYPR. hab. virg. 17 rutilos adque depictos -os serpentis imitata es). PETRON. 126, 11 clariores stellis (SVET. Aug. 79, 2 ac nitidos. DARES 12). PLIN. nat. 8, 121 corpori concolores *chamaeleontis* (*cf.* 11, 145 unicolor). 10, 126 igneo colore -*os avium* (*abl. qualit. ut* 11, 141 homini ... diverso colore, ceteris *animantibus* in suo cuique genere similes -*i sunt*). *al. cf. adi. c. acc. graec.* -os: AVSON. 328, 10 p. 116 P. -os caerula *Bissula.*
β *c. verbis*: PLAVT. Men. 828 -os virere. VARRO rust. 2, 9, 3 nigrantibus (*al.*). CATVLL. 63, 39 radiantibus -is *Solis* (*animalium*: COLVM. 7, 12, 4. PLIN. nat. 11, 151 in tenebris fulgent radiantque. 37, 69). VERG. Aen. 1, 228 nitentis. HOR. carm. 2, 12, 15 fulgentis (FIRM. math. 4, 19, 17). OV. met. 1, 499 micantes sideribus similes (3, 33. *al.*). PLIN. nat. 8, 106 -is *hyaenarum* mille esse varietates colorumque mutationes (*cf.* 8, 122 mutat ... eum *colorem* ... et -is ... et toto corpore *chamaeleon*). 11, 151 -*i* caprae ... splendent lucemque iaculantur. **γ** *c. subst.*: *pendet gen.* -orum: CIC. Arat. 479 -orum ardentia lumina (LVCR. 4, 824. 836. 1143. *et saepe. cf.* AMM. 27, 6, 15 -orum flagrantior lux). Tim. 49 ignis. CELS. 2, 6, 3 ex albo -orum (2, 8, 25. 7, 7, 6B. 7, 7, 12). 7, 7, 14A nigra pars -i (*cf.* 7, 7, 14D nigrum). PORPH. Hor. epod. 16, 7 ad colorem -orum. CAPITOL. Maximin. 3, 6 cum ... -orum magnitudine et candore ... excelleret. PS. AVR. VICT. epit. 1, 20 fulmen -orum *Augusti.* *per appositionem*: PROP. 2, 3, 14 -i, geminae, sidera nostra, faces.

b *respicitur pulchritudo* (*vel opp.*): **α** *usu vario*: *c. verbis*: PLAVT. Amph. 530 ne corrumpe -os (*lacrimans ut* Merc. 501. *cf.* TIB. 2, 6, 43 lacrimis -os ... foedare). CIC. Cael. 36 vultus -ique *adulescentuli* pepulerunt *te* (*cf.* PROP. 2, 3, 14 non -i *ceperunt me.* OV. am. 3, 11, 48 qui -*i* rapuere meos. epist. 12, 36 abstulerunt -i lumina nostra tui). VERG. Aen. 1, 591 -is adflarat honores *Venus* (*cf.* FIRM. math. 4, 19, 28 -os ... ornat pulchritudinis honestate [8, 26, 13 gratiā]). APVL. met. 8, 12, 6 placuerunt -i. *c. adi.*: CIC. Tusc. 5, 46 venusti (DARES 12. 13). SALL. Catil. 15, 5 foedi (*cf. transl.* QVINT. decl. 299 p. 181, 10 tetri -i *parricidae*). HOR. carm. 1, 32, 11 Lycum nigris -is ... decorum (*pendet ex adi. ut* PS. AVR. VICT. epit. 1, 20 corpore toto pulcher, sed -is magis *Augustus.* SVLP. SEV. chron. 1, 9, 1 Lia -is deformior). PROP. 2, 28, 12 bonos (*i. pulchros*). PORPH. Hor. carm. 4, 13, 6–8 pulchris (FIRM. math. 4, 19, 10. *al.*). PHYSIOGN. 130 p. 142, 13 speciosis. MART. CAP. 9, 903 decoros. *c. subst.* (*de -i cavea* QVINT.): QVINT. inst. 2, 13, 12 amissi -i deformitas. APVL. met. 5, 31, 1 venustatem (AMM. 25, 4, 22. *cf.* 15, 8, 16 -os cum venustate terribiles). **β** *de ornatu artificioso* (*ferme non ipsi -i, sed partes circumiectae afficiuntur; cf. sub 3b*): OV. ars 3, 203 -os ... signare favilla. SEN. contr. exc. 5, 6, 1 -os puellari lenocinio circumdedit *vir.* PLIN. nat. 11, 154 ut tinguantur -i. 30, 136 saliva inlita ... -is palpebras corrigit (*cf.* PLIN. epist. 6, 2, 2 -um ... circumlinebat [VVLG. Ezech. 23, 40 stibio]. COMM. instr. 2, 15 [19], 10 nigrore linitis). IVV. 2, 95 pingit (VVLG. Ier. 4, 30 stibio. *cf.* CYPR. laps. 30 -orum lineamenta depingis [HIER. epist. 38, 3, 2 -os ...

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

depingunt. *al.*]). 6, 365, 21 -os fuligine pascit (*spurium? cf. Knoche, Philol. 93, 1938, 216*). Apvl. met. 8, 27, 1 -is obunctis graphice. Cypr. hab. virg. 14 -os circumducto nigrore fucare. laps. 6 adulterati. *translate*: Tert. cult. fem. 2, 13 l. 39 depictae -os verecundia *feminae*. γ *per comparationem de luminibus orationis*: Qvint. inst. 8, 5, 34 haec lumina orationis velut -os quosdam esse eloquentiae (*postea*: nitor).

c *respicitur forma* (*c. adi., part.*): Varro rust. 2, 5, 7 magnis (Petron. 44, 11 maiorem. Vlp. dig. 21, 1, 12, 1. Dares 12 [*deorum ut*: Rvfin. Greg. Naz. orat. 8, 16, 2. hist. 6, 9, 7 divinae providentiae. CIL VI 34635^{a}, 8; *nisi suppl.* magnu(s) *sc. deus*]). Pomp. Trog. Plin. nat. 11, 276 longi (*cf.* Physiogn. 22 p. 35, 12 perbreves). Germ. 56 ingentes (Lact. Phoen. 137. *al.*). Cels. 7, 7, 14^{B} neque exiguus neque concavus (Svet. Cal. 50, 1). Plin. nat. 8, 121 praegrandes (Svet. Tib. 68, 2). 11, 141 grandiores, modici, parvi (Svet. Dom. 18, 1. Nemes. auc. 25 nimium g.). Ivv. 6, 145 minores (*cf.* Physiogn. 102 p. 125, 13 parvis. *al. v. etiam* Plin. *supra*). Vlp. dig. 21, 1, 12, 2 eminentes. Dares 13 rotundis (Physiogn. 125 p. 140, 7. *al.*).

2 *sc. de motu, tutela* (*selecta; aliter p. 445, 64*): a *c. verbis*: *aperiendi*: Plavt. Merc. 183 hiantibus *-is* (Stat. Theb. 7, 646. *cf.* silv. 2, 5, 23 hians -os). Cic. Mil. 85 -os aperuisti (Tusc. 1, 46 nat. deor. 2, 143. *al.*). Lvcr. 5, 724 patentis (Stat. Theb. 3, 150 Ach. 1, 247. *al. cf.* Itala Is. 35, 5 [Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 503, 10] patefient [Vvlg. aperientur]). Sen. epist. 122, 2 diducant. *claudendi* ('-is opertis' *sim. proverbialiter pro 'temere' sim.; aliter p. 450, 20*): Pompon. Atell. 100 opertis -is (Cels. 7, 7, 8^{G}. 9^{B}. Sen. benef. 4, 37, 2 [*proverbialiter; item al.*]. *et saepius*). Cic. har. resp. 38 coniventes ... -os (Colvm. 10, 259 c. -os violaria solvunt [*in imagine de floribus*]. Vlp. dig. 40, 1, 4, 1 c. -is credendum est. *al. c. abl.*: Cic. nat. deor. 3, 8 coniveam [*e coni.*]). nat. deor. 2, 142 membranis ... saepsit (2, 143). Pavl. Fest. p. 43 quo *cilio* -us tegitur (Cels. 7, 7, 9^{A}. *al. cf.* Pavl. Fest. p. 304 his *superciliis* protegantur. Cels. 7, 7, 10 -um non contegit *palpebra* [*al.*]. *sim. saepius*). Lvcan. 7, 157 clausit (Tert. apol. 3, 1 *proverbialiter ut ex. gr.* resurr. 51 p. 105, 2 [*acced.* quod aiunt. *sim.*: Hier. epist. 82, 5, 1 ut dicitur. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^{A} quod dicitur. *al.*]. *al. cf.* Itala Is. 6, 10 [Tert. adv. Marc. 3, 6 p. 384, 6] concluserunt [Vvlg. claude]. *al.*). Plin. nat. 10, 148 compressi (28, 60. *al. cf.* Qvint. inst. 1, 11, 10 premeretur *supercilio* [*al.*]. Lact. inst. 5, 1, 4 opprimunt [*in imagine*]). *variis*: Cic. leg. 2, 39 cervices -osque ... torqueant *histriones* (ac. 2, 80. *al.*). CE 55, 1 (*tempore fere Catulli*) -o errante ... aspicis (*al.*). Lvcr. 4, 1139 nimium iactare -os. Ov. fast. 2, 845 movit (Plin. nat. 11, 153 insectorum ... -i m. sicut quadrupedum aures. *al.*). Cels. 2, 2, 3 si -i cum dolore vertuntur (4, 27, 1). Plin. nat. 11, 152 chamaeleonis -os ipsos circumagi totos (*al.*). Potam. tract. 1 JThSt. 19, 1918 p. 304 l. 119 -i suis in orbibus currunt *Lazari revivescentis*. b *c. adi.*: Verg. Aen. 8, 310 faciles (Manil. 1, 649. *cf.* Hor. sat. 2, 5, 55 veloci. Plin. nat. 11, 147 mobiles [*iuxta*: lubricos]). Ov. met. 2, 502 inmotos (Sen. Ag. 715. *cf.* Epiced. Drusi 279 lentis. Plin. nat. 7, 22 inmobilibus). Colvm. 6, 21, 1 patentissimis (*cf.* Apvl. met. 2, 22, 2 inconivis [Amm. 29, 2, 20]). Plin. nat. 11, 151 ⟨non⟩ obliquis -is, sed circumacto capite. c -us *pendet e subst.*: Plin. nat. 8, 121 totius -i versatione. Itala I Cor. 15, 52 (Tert. adv. Marc. 5, 10 p. 609, 16. *al.*) in -i momentaneo motu (*gr.* ἐν ῥιπῇ [ῥοπῇ *var. l.*] ὀ., Vvlg. in ictu -i [*al. cf. vol. VII 1, 168, 44*]. *al.*). Physiogn. 23 p. 37, 1 mobilitate. Val. Cem. hom. 16, 4 p. 743^{C} veloces iactus.

3 *sc. de salute*: a *de statu salutis*: α *proprie*: (i) *c. verbis*: Ⓐ *nom.*: Naev. com. 18 cepe edundo -us alter profluit (*cf.* Plavt. Pseud. 818 ut exstillent. Cels. 1, 3, 20 madent [*al.*]. 6, 6, 29 neque tument neque fluunt. Phaedr. app. 8, 11 -i exstillescant mei, si [*eqs. in iure iurando ut* 8, 32]). Plavt. Men. 882 spectando dolent (Cic. Tusc. 2, 44. *al.*). Mil. 1318 si valerent. frg. inc. 10 caecultant (*cf.* Varro Men. 193 caecuttiunt). Ov. met. 12, 252 exsiluere *ictu*. Cels. 6, 6, 26 tument ac distenduntur cum dolore (*al. cf.* Colvm. 6, 17, 7 intumuerunt. Plin. nat. 20, 211 si procidant [24, 118. 36, 145]. Ser. Samm. 217 turgentes). Cels. 2, 4, 4 post vomitum ... rubere (6, 6, 29). *al.* Ⓑ *acc.* (*pass. nom.*): Plavt. Aul. 53 -os ... ecfodiam tibi (189 Capt. 464 Men. 156. *al. cf.* Sen. Oed. 957 fodiantur [Mart. 1, 92, 12]. Tac. ann. 3, 20, 2 transfosso). Men. 841 exuram (842 Prop. 3, 8, 7. *cf.* Lvcr. 4, 305 adurit [Cvrt. 7, 3, 13]). 1011 eripe (Rud. 759 Ter. Ad. 318. *al. cf.* Ov. met. 6, 616 rapiam. Sen. contr. 1, 4, 10 erue [7, 4, 2. 9, 6, 18. *al.*]). Persa 794 -um excutiam (Sen. epist. 9, 4. *al. cf.* Cels. 6, 6, 36 concussus [7, 12, 1^{B}]. 6, 6, 39^{B} percussum [Sen. Herc. f. 814. *al.*]. *sim.*: Plavt. Rud. 659 elidere [*al.*]). Poen. 316 teras (Ter. Eun. 68). 382 exturbo (*cf.* Cic. Tusc. 3, 15 conturbatus [Sen. dial. 12 (11), 5, 3 -os ... sine ullo flendi fine et conturbat ... et exhaurit]. Sen. epist. 85, 5 -os ... suffusio excaecat, ... turbat). Pseud. 510 excludito mihi ... -um, si *eqs. al.* Lvcil. 983 inluvies, scabies -os ... conscendere. Cic. Verr. II 5, 112 verberantur (*cf.* Cvrt. 6, 11, 31 everberarent [Qvint. inst. 2, 4, 18]). 5, 142 tundere (*cf.* Plin. nat. 29, 125 contusis). Mur. 25 qui cornicum -os confixerit (*proverb. ut*: Flacc. 46 'cornici -um' ut dicitur). har. resp. 37 non perdidisti (Sen. contr. 1, 4, 10. 7, 4, 9 Sen. dial. 1, 5, 2. *al. cf.* Cic. div. 1, 48 amitteret [Caes. civ. 3, 53, 3. *al.*]. Sen. contr. 10, 4, 5 deme. *sim. saepius*). Varro Men. 30 aurum ... praestringit -os (Sen. nat. 5, 16, 4. *al. cf.* Cels. 8, 4, 1 occaecati [*al.*]. Sen. epist. 85, 5 excaecat [*al.*]). Lvcr. 3, 147 laeditur (Hor. epist. 1, 2, 38. *al.*). 3, 408 lacerato. 4, 303 feriunt *simulacra solis* (Prop. 4, 8, 66). 6, 1116 temptantur. Verg. Aen. 8, 261 angit. Tib. 1, 6, 70 quin -os appetat (Liv. 7, 26, 5 rostro et unguibus *corvus*. *al. cf.* Ov. met. 10, 350 petentes [Octavia 119 Plin. nat. 8, 33. *al.*]). Ov. met. 12, 269 eruitur ... -os (*acc. relat. item*: Iren. 2, 27 [40 H.], 2 caecutiunt -os. Vopisc. Car. 12, 1 -os dolere). *al.* Ⓒ *variis casibus* (*vel c. praepos.*): Plavt. Asin. 908 in -os invadi (Lvcr. 6, 659 *dolor*. *al. cf.* Plavt. Most. 203 involem ... in -os [Ter. Eun. 648 unguibus]. Sen. epist. 71, 22 in -os ... manus intentat [*item* Petron. 9, 6. 108, 5. *cf.* 95, 8 veru]. Plin. nat. 25, 29 in -os impetum faciat *picus Martius* [*sim.* 27, 85]). Cist. 60 doleo ab -is (*cf.* Gell. 13, 31, 10 valebo ab -is). Mil. 405 ob -os caliginem opstitisse. Cic. fin. 5, 54 -is capto (Tusc. 5, 117 -is et auribus. div. 2, 9. *al.*). 5, 87 -is ... privasse (ac. 2, 33. *al. cf.* Iren. 1, 23 [16 H.], 2 orbatum -is). Prop. 4, 9, 53 parce -is (Ov. am. 1, 7, 65. 3, 3, 48 [*sc. non iurando, cf. sub C 1a*]. Plin. nat. 36, 32). Liv. 7, 26, 5 -is ... simul ac mente turbatum (*item abl. resp.*: Scrib. Larg. 170 -is laborantibus [Vlp. dig. 50, 13, 3. *al.*]. *al.*). Cels. 1, 4, 3 ne quid -is ... noceat (Firm. math. 4, 4, 2. *al. cf.* Plin. nat. 24, 57 obstent. Hyg. astr. 4, 13 officit [*al.*]). 7, 7, 4^{B} si in ... -o vitium est (*cf.* Colvm. 6, 17, 7 album in -o est). *al.* *in locutione* 'ab -is (esse)' *i. absque -is, caecum* (*esse*): Act. Petr. 20 viduam ab -is. 21 viduae ... ab -is. *ibid.* quae ab -is erant.

(ii) *c. adi.*: *iuxtapos.*: Plavt. Bacch. 913 lippi (Persa 11 Vitr. 8, 4, 1. *al.*). Mil. 1108 turgidis. Caecil. com. 268 grammonsis. Cato agr. 157, 10 parum clari. Cic. Tusc. 1, 46 integris (Varro Men. 176. *cf.* Qvint. decl. 297 p. 175, 4 salvos ... et incolumes [Apvl. met. 2, 24, 3]. Calp. decl. 2 sanos. Tert. apol. 46, 11 salvis [*al.*]. Iren. 4, 21 [35 H.], 3 bonos). nat. deor. 1, 79 perversissimis (Firm. math. 8, 26, 13 strabi, quorum p. -os *eqs.*). Pvblil. C 30 caeci (Fest. p. 175. *al. cf.* Tert. pall. 2, 2 Homericis). Cels. 6, 6, 31^{A} scabri. Sen. clem. 2, 6, 4 inbecillos (*cf.* Cypr. testim. 1, 20 infirmioribus [*al.*]. Vopisc. Car. 12, 2 invalidos). benef. 3, 1, 5 vitiosi (*al.*). dial. 4, 25, 1 adfecti. Scrib. Larg. 182 sanguilenti. Plin. nat. 8, 87 hebetes (8, 94. 9, 50. *al.*). 28, 54 lacrimosis (29, 118. *al.*). *al.* *pendet ex adi.*: *abl.*: Hor. sat. 2, 3, 285 sanus auribus atque -is. Liv. 22, 2, 10 aeger (Sen. epist. 94, 19. *al.*). Plin. nat. 11, 94 hebetes (Apvl. apol. 43). Nemes. auc. 25 obtusior. Ivvenc. 3, 643 debile vulgus. *dat.*: Colvm. 10, 178 -is inimica corambe (Plin. nat. 11, 282). Plin. nat. 20, 134 noxiam *rutam*. 22, 91 contrariam *condrillam*. Mart. 10, 56, 4 infestos ... pilos. Tert. anim. 34, 4 Helenam ... exitiosissimam ... Stesichori ... -is. Ser. Samm. 180 gravis ... -is *cepae sucus*.

(iii) *pendet gen.* -orum *ex subst.* (*rarius* -i: Pavl. Fest. p. 118 Cels. 7, 14, 5 Apvl. Socr. 7 p. 135. *al.*): Cic. Verr. II 5, 111 morbum (div. 1, 13. *al.*). fin. 4, 20 integritatem. 5, 94 dolorem (Cels. 4, 2, 1. *et saepe*). fam. 14, 4, 6 valetudine (Liv. 26, 22, 5. *al.* Val. Max. 6, 4, 1 adversae v. *et saepius*). Fest. p. 171 vitium (Cels. 2, 1, 22. *al. cf.* Plin. nat. 24, 118 mala). Sen. contr. 1, 4, 7 caliginem (Cels. 2, 7, 30. 2, 8, 18. *al. cf.* Plin. nat. 20, 3 obscuritates [36, 51]. *opp.*: 18, 114 claritati [*al.*]). Cels. 6, 6, 8^{D} perturbationem (Scrib. Larg. 32 aspritudinem ... siccamque p. *cf.* 19 conturbationes et epiphoras). 6, 6, 27^{A} inflammationem (Plin. nat. 21, 131. *al. cf.* Scrib. Larg. 23 calore). 6, 6, 36 resolutio. 7, 14, 5 uva. Sen. epist. 64, 8 asperitas (*cf.* Plin. nat. 28, 71 scabritias [*al.*]). Colvm. 6, 33, 1 cicatrices (Plin. nat. 20, 40 et albugines et argema. *al.*). Scrib. Larg. 21 epiphoras et conturbationes ... tumoresque et dolores (90. 93. *et saepe*). *al.*

β *metaphorice vel in imagine*: Plavt. Asin. 831 pietas ... -is dolorem prohibet. Mil. 148 dolis glaucumam ob -os obiciemus. Most. 891 -i dolent ... quia fumus (*sc. nugarum*) molestust (Ter. Phorm. 1053 Cael. Cic. fam. 8, 14, 1). Cic. Verr. II 2, 150 -os animosque ... offendunt *statuae* (5, 143 leg. agr. 2, 56. *al.*). 4, 101 ne -is quidem captus in ... fraudem ... decidisti. Vatin. 25 dignitas et splendor praestringebat ... -os (Cato 42 Sen. benef. 7, 9, 1. *al. cf.* Petron. 141, 5 excaecabat [Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 496, 15 sq. *al.*]). 32 nisi violasses ... -os civium (Ov. epist. 16, 1). Phil. 12, 19 parcite -is (Sen. Thy. 525 rem. fort. 5, 4 Qvint. decl. 297 p. 175, 20. *al.*). 12, 20 non ferent ... -i Saxam *eqs.* (fam. 9, 2, 3. Pvblil. I 35 iniuriam aures facilius quam -i f. *al. cf.* Cic. Att. 10, 8, 3 pati [Ov. trist. 2, 504]. Liv. 10, 7, 11 non sustinebunt. Sen. Phaedr. 837 vix ... sufferunt. Apvl. met. 8, 29, 5 nec ... tolerantibus). Ov. rem. 615 laeduntur (Sen. epist. 119, 15). Sen. contr. 10, 5, 3 torquet. Val. Max. 4, 5 ext. 1 sollicitaret (Sen. epist. 88, 7). 7, 6, 2 verberavit (Sen. epist. 92, 31). *al.*

b *de curatione* (*cf. sub 1bβ; exempla selecta*): Plavt. Poen. 694 curari (Cels. 6, 6, 1^{E} medicamento *eqs. al. cf.* Cic. de orat. 3, 132 mederentur [*al.; c. dat. item*: Sen. dial. 5, 9, 2 prosunt. *al.* Plin. nat. 23, 73 convenit (*al.*). 28, 54 conducunt. 29, 118 confert]. Sen.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nat. 3, 1, 2 iuvant. *sim. saepius*). CATO agr. 157, 6 de -is omnia *mala* deducet *brassica* (*cf.* PLIN. nat. 25, 155 plumbum ... ex -o extollitur). VARRO ling. 6, 82 inunguimus (HOR. sat. 1, 3, 25. *al. cf.* CELS. 6, 6, 1[I] superinungui [7, 7, 1[B]]). HOR. sat. 1, 5, 30 -is ... inlinere (PLIN. nat. 20, 112. *al. cf.* COLVM. 6, 17, 9 circumliniendus erit -us. IREN. 5, 15, 3 linivit lutum super -os [*de Ioh. 9, 7*]). CELS. 6, 6, 1[K] lana ... super ... -os inponi (COLVM. 6, 17, 7 *-is* [*al.*]. *cf.* PLIN. nat. 21, 171 adalligata -o). 6, 6, 8[C] calida aqua fovere (6, 6, 8[E]. 9[A] ex. 26. 27[B]. *al. cf.* PLIN. nat. 8, 99 refovet). SEN. epist. 99, 19 relaxantur. PLIN. nat. 8, 201 -os suffusos ... sanguine exonerat. 11, 38 -is ... aptissimum *mel* (*item pendet dat. -is ex adi.*: 22, 109 inutile *mel* [24, 45]. 23, 54 saluberrimum *vinum* [31, 7]. 24, 133 salutarem. 28, 76 salivam ... potentem ... cruentatis -is. 29, 36 utilissimum [29, 128. *al.*]). *gen.* -orum *pendet ex subst.*: VITR. 5, 9, 5 ambulationes habent ... salubritatem, et primum -orum. PLIN. nat. 1, 25, 91—103 remedia -orum (24, 44. 29, 129. *al. cf.* 22, 27 medicinas [37, 169. *al.*]. 22, 98 medicamenta [23, 65. 77. *al.*]). 24, 106 utilitatibus. 32, 136 curatione (34, 120. *cf.* PELAGON. ind. capit. 30 curae). 34, 113 collyriis (34, 131). 37, 63 refectio.

B *agitur de munere sim.* (*saepe transit in notionem q. e. conspectus, obtutus sim.*): **1** *sc. de visu*: **a** *ut actu magis corporeo*: **α** *iungitur c. verbis*: (I) *-is agitur*: PLAVT. Amph. 1059 caput dolet ... nec -is prospicio satis (VAL. FL. 1, 795. *cf.* PLAVT. Cas. 940 [938] ut uxorem aspiciam contra -is [Men. 1001 CIC. dom. 110 har. resp. 8. *saepius*]. Men. 597 inspexi [*al. v. etiam* VITA Hil. Arel. 16 l. 8 vulnera ... ante -os inspicienda]. TER. Hec. 363 perspexi [*al.*]. VERG. Aen. 2, 68 circumspexit [*al.*]. TAC. hist. 2, 20, 1 introspicere). 1110 -is ... circumvisere (*cf.* CATVLL. 63, 48 visens [*al.*]. LVCR. 2, 357 convisens). Epid. 576 vidi (Merc. 183. 299 Mil. 290. *et saepe* [QVINT. inst. 8, 3, 53 *ut pleonasmi exemplum*]. *cf.* LVCR. 3, 185 ante -os ... natura videtur [VERG. Aen. 2, 773. 12, 638 *et ad l.* QVINT. inst. 9, 3, 46 πλεονασμός. *al.*]. OV. Ib. 267 per quos *-os* ... viderat. ITALA II Macc. 12, 42 [rec. L = VVLG.] sub -is v. [*al.*]. VVLG. Zach. 9, 8 vidi in -is meis). Poen. 277 concipio (*cf.* CIC. Verr. II 3, 46 accepi -is animoque. Tusc. 3, 41 percipiuntur [*al.*]. VERG. georg. 2, 230 capies [*al.*]. LIV. 37, 24, 6 capessite). 1299 cerno (CIC. S. Rosc. 98. 107. *et saepe. cf.* LVCR. 2, 732 ante -os ... c.). Pseud. 857 ut huius -os in -is habeas tuis (*al. cf.* OV. rem. 564 pater ante -os ... habendus [*al.*]. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 112, 10 prae -is h. [*al.*]. RVSTIC. Conc.[S] 1, 4 p. 200, 7 habemus ... pro -is ... vocem ... Christi. VITAE patr. 5, 3, 5 horam ob -os habuisti). Rud. 441 intueor (CIC. leg. agr. 2, 77 Sest. 144 Pis. 11. *et saepe. cf.* ACC. trag. 285 optui. CIC. nat. deor. 3, 8 contuear [*al.*]. AETNA 224 tueri [*al.*]). CIC. Verr. II 3, 3 observari (*al. cf.* SIL. 16, 316 servat). Cluent. 20 -is et manibus teneretur (Phil. 3, 18 -is, auribus, conplexu [*antea*: amamus]). Flacc. 26 contemplemini (Deiot. 40 nat. deor. 2, 98. *al.*). rep. 3, 14 collustrare (*al. cf.* nat. deor. 2, 161 lustrare [*al.*]. LIV. 1, 7, 6 perlustrasset [*al.*]). VERG. Aen. 5, 654 spectare (*al. cf.* VAL. MAX. 6, 8, 7 speculatus). 6, 34 pelligerent (*al. cf.* HOR. epist. 1, 19, 34 legi [OV. epist. 17, 4 verba. *al. v. etiam* PETRON. 75, 4 ab -o legit *et ad l. Heraeus, Kl. Schr. 116*]). *sim. saepe.*

(II) -i *agunt*: TER. Phorm. 735 nisi ... parum prospiciunt -i (*al. cf.* CIC. Catil. 1, 6 -i et aures ... speculabuntur. nat. deor. 2, 140 conspicientes [*al.*]. LVCR. 3, 564 dispicere. HOR. epist. 1, 6, 19 spectant [*al.*]. OV. epist. 9, 124 invitis -is adspicienda). TVRPIL. com. 158 -i ... adpetunt ... intui (*al. cf.* LVCR. 4, 113 tueri [*al.*]). CIC. Verr. I 48 in ... consiliis ... interesse. Scaur. 46 quocumque non modo mens, verum etiam -i inciderint (PLIN. epist. 5, 6, 13). Phil. 12, 2 in vultu habitant -i (*cf.* OV. met. 13, 125 tellure moratos). nat. deor. 2, 140 fungantur suo munere (div. 1, 71 non). 2, 145 cernunt (div. 1, 71 vera. *al.*). LVCR. 1, 310 videre (6, 463 VARRO ling. 7, 1. OV. am. 3, 14, 44 -is probra videnda. *al.*). 3, 551 sentire (3, 631 STAT. Ach. 1, 247). *al.*

(III) -i *convertuntur sim.* (*ad aliquid, ab aliquo*): TER. Ad. 170 cave ... -os a meis -is quoquam demoveas tuos (*cf.* CIC. Balb. 11 removeret [*al.*]. CVRT. 3, 6, 9 a vultu ... movit -os. PLIN. paneg. 67, 5 dimoverent). CIC. Arat. 216 torquens ad *Cancrum* (*al. cf.* Catil. 2, 2 retorquet ... ad ... urbem [*al.*]. VAL. FL. 1, 120 detorquet [*al.*]). Quinct. 47 ad te ... -os animumque rettuli (*al. cf.* Verr. II 2, 187 ad ... nomina -os animumque transtulimus [*al.*]. fam. 16, 10, 2 sustulerunt [LVCR. 1, 67 contra. *al.*]. VERG. Aen. 2, 570 per cuncta ferenti [*al.*]. 2, 687 ad sidera ... extulit. OV. met. 6, 109 circumtulit [al.]. STAT. Theb. 6, 669 abstulit [al.]). Verr. II 2, 37 adiectum esse -um hereditati (*al. cf.* 4, 33 de isto ... deicere [SEN. dial. 6, 18, 4 in terram. *al.*]. 5, 35 in me ... coniectos [*al.*]. LVCR. 4, 424 quocumque ... traiecimus. VERG. Aen. 10, 473 reicit arvis). II 4, 101 a quibus ... cohibere (Manil. 66 manus -os animum). Font. 43 inserite ... in (*al.*). Catil 4, 1 in me ... conversos (*al. cf.* OV. met. 2, 770 avertit [*al.*]. LIV. 7, 34, 8 in se vertisset [*al.*]. MANIL. 3, 37 advertere ... aurem -osque [*al.*]. SEN. Ag. 737 versat). Sest. 68 erigere (*al. cf.* BELL. Afr. 26, 4 -os mentemque ad mare depositos directosque [*al.*]. CYPR. ad Donat. 6 in diversa porrectis [*al.*]). Phil. 11, 10 in ... possessiones ... defigere (*al. cf.* VERG. Aen. 1, 482 solo fixos [*al.*]. ARNOB. nat. 5, 25 adfigit). TVBERO hist. 9 intendere in (*al. cf.* SEN. dial. 6, 20, 2 in patriam ... tendentibus [*al.*]. PETRON. 70, 6 intentavimus ... in). VERG. Aen. 4, 363 huc illuc volvens (8, 618 per. *al.*). *al.*

(IV) -is *aliquid offertur vel aufertur*: (A) *obicitur, occurrit sim. aliquid* (*aliquis*): (1) *per dat. solum*: PLAVT. Cist. 699 turba -is ... se obiecit (Pseud. 592 *acced.* obviam. *al. cf.* CIC. orat. 139 rem dicendo subiciet -is [*al.*]). CIC. Sest. 17 si ora ... -is proposueritis (*cf.* CELS. 4, 1, 2 exposita [*al.*]). VARRO ling. 5, 69 lux datur -is (AETNA 136 pignora. OV. epist. 15, 248 [250] pectora ... -is aditum ... dedere. *al. cf.* VERG. Aen. 2, 740 reddita. OV. Pont. 4, 9, 128 subdita). VERG. ecl. 6, 57 si ... ferant -is sese obvia (*al. cf.* OV. Pont. 1, 2, 37 veniat ... obvia). Aen. 9, 109 (110) lux -is offulsit (eff- *P. cf.* 9, 728 [731] effulsit [off- *R*]. OCTAVIA 683 fulget). AETNA 179 occurrent *causae* (*al. cf.* SEN. benef. 1, 5, 2 incurrit. PLIN. nat. 37, 83 occursantia [*al.*]. QVINT. inst. 10, 3, 28 incursant). OV. epist. 2, 91 species ... inhaeret (*al. cf.* SIL. 12, 519 auribus haeret, ... -is [*al.*]). 2, 122 patent (*al.*). rem. 574 substituisse. fast. 1, 96 obtulit (LIV. 6, 20, 16 *acced.* prope. *al.*). 1, 305 admovere. *al.* (2) *per praepos.* (*v. etiam sub* (1)): ante: PLAVT. Men. 730 a. -os attines *pallam* (*cf.* PAVL. FEST. p. 117 lancem ... tenebat). Poen. 966 servire. Rud. 1047 paelices adduxe ([*v. app. crit.*]. TER. Haut. 1041 Eun. 623. 794. *al.*). Truc. 925 amplexarier. TRAG. inc. 146 pestem a. -os positam (RHET. Her. 2, 14, 22 tempus locum rem deliberationem. *et saepe. cf.* 4, 36, 48 studia ... a. -os proponite [CIC. Verr. II 3, 58 a. -os animosque. *al.*]. CIC. S. Rosc. 34 causam ... expositam [*al.*]). RHET. Her. 4, 36, 48 trucidatos (*al. cf.* CIC. Verr. II 5, 140 civem ... concidisse [*al.*]. Phil. 8, 20 a. os -osque ... verberavit. *sim. saepius*). 4, 55, 68 esse (CIC. Verr. II 5, 65 *acced.* palam. *et saepe. cf.* VERG. Aen. 2, 270 adesse [*al.*]). CIC. S. Rosc. 24 multa ... a. -os versabantur, mors *eqs.* (98 Verr. II 4, 110. *et saepe. cf.* dom. 141 obversabatur [Sest. 7 dignitas. *al.*]). Font. 5 gestae *res* (*al.*). leg. agr. 2, 59 volitat (*al. cf.* OV. Ib. 157 a. os -osque volabo). *et saepe.* *alia*: PLAVT. Merc. 924 quia scortum sibi ob -os adduxerit (CIC. Sest. 47 versabatur [Rab. Post. 39 fin. 5, 3]. Tim. 37 posito ... simulacro. LIV. 25, 26, 9 esset [28, 19, 14]). CIC. div. in Caec. 27 in -is conspectuque ... exponere (*item c. abl.*: Verr. II 1, 129 positum [*al.*]. 5, 144 versata. leg. agr. 2, 90 exsistere. Planc. 67 fuit. *al. c. acc.*: Att. 12, 21, 5 incurrentibus [*al.*]. SEN. dial. 6, 9, 2. *al.*). Verr. II 3, 62 praeter -os ... ferebantur (*item* LIV. 38, 59, 3 PLIN. nat. 2, 214. *cf.* OV. met. 14, 359 transcurrere. SEN. contr. 1, 4, 12 transicrunt [contr. exc. 6, 7, 1 SEN. dial. 12 (11), 11, 1]. SEN. dial. 4, 9, 1 eunt). 4, 2 quod ad -os animumque acciderit (*item* PETRON. 105, 2. *cf.* CIC. Verr. II 4, 64 perveniret [PLIN. nat. 37, 199]. Att. 8, 8, 2 fulsisse. *al.*). orat. 9 quae sub -os ... cadunt (*item c. acc.*: SEN. benef. 1, 5, 6 venit [*al.*]. PS. QVINT. decl. 16, 9 ponite [*al.*]. *c. abl.*: CIC. ac. 2, 81 s. -is sunt [LIV. 4, 28, 1. 22, 14, 3. *al.*]. SEN. dial. 6, 25, 3 tamquam s. -is ... posita [*al.*]. *al.*). LIV. 9, 6, 3 per hostium -os. COMM. apol. 305 prae -is (VITAE patr. 7, 35, 1 [3, 196 ante]. MART. BRAC. sent. patr. 24).

(B) *abit, abest aliquid* (*aliquis*): PLAVT. Aul. 660 fugin hinc ab -is? (*cf.* Capt. 541 fugitare -os [545]. OV. fast. 3, 590 ex -is ... refugit [IVVENC. 4, 688 fugit]. MANIL. 3, 345 effugiunt -os [*v. app. crit.* 3, 378. *al.*]). Cas. 302 abin hinc ab -is ? (Trin. 989 Truc. 477. *al. cf.* LVCR. 1, 856 ex -is ... perire. APVL. met. 9, 19, 1 -os ... exire). Epid. 681 -is concessi (CIC. Catil. 1, 17 ab ... -is aliquo). Men. 849 a meis -is abscedat in *eqs.* (*cf.* SEN. Herc. O. 1977 cessit ex -is, abit. PLIN. epist. 2, 1, 11 ab -is recessit. TERT. praescr. 30 l. 20 ab -is ... secessit). CIC. Rab. perd. 16 carnifex ... absit ... a cogitatione, -is, auribus (*al.* OV. Pont. 2, 8, 17 -is ... desunt. COLVM. 9, 1, 1 non procul esse ab -is). har. resp. 37 curiosos -os excludit. fam. 9, 2, 2 ut vitemus -os (*al. cf.* IVVENC. 1, 574 devitate). VERG. Aen. 4, 278 ex -is evanuit (9, 655 [658]. *al. cf.* FLOR. epit. 4, 7, 8 sub -is ... evanuit). OV. Ib. 110 destituant -os (*cf.* SIL. 2, 568 -is absistit). Pont. 4, 4, 7 carens -is ... meorum. *al.*

B *locutiones variae*: **1** *iuncturae verbales*: **a** *nom.*: -um *occipit, crescit, valet sim.*: PLAVT. Cist. 529 ubi -um occeperit (*cf.* LVCR. 5, 1416 coepit [TAC. ann. 15, 68, 3]). CIC. Mur. 47 ut -a occulta civium, quae tacitis nunc discordiis continentur, ... erumperent (*cf.* TAC. ann. 6, 3, 4 prorupere). har. resp. 46 crescebat (LIV. 40, 5, 5 SEN. contr. 10, 1, 7 VELL. 2, 60, 5 SEN. clem. 1, 12, 4. *al.*). Mil. 35 valuit (off. 2, 23 SEN. Herc. O. 298 TAC. ann. 3, 10, 2. *al.*). 39 in illum -a civium ardebant (IVV. 15, 34. *cf.* SEN. Med. 952 fervet). fin. 1, 44 nascuntur (Tusc. 4, 25 Lael. 89. *cf.* PVBLIL. O 10 fit [SEN. Oed. 703]. VELL. 1, 12, 7 ortum [QVINT. inst. 2, 2, 5 TAC. ann. 3, 75, 2]). OV. rem. 793 -o remanente (*cf.* TAC. Germ. 33, 2 maneat ... duretque gentibus ... -um sui). VELL. 1, 12, 7 durat (2, 79, 6 SEN. Ag. 522 QVINT. decl. 257 p. 51, 6 PS. QVINT. decl. 9, 3 p. 169, 23 TAC. ann. 14, 1, 3). PETRON. 109, 5 detumescunt. VAL. FL. 4, 254 surgunt (CHROMAT. beat. 8, 1). QVINT. decl. 305 p. 195, 15 altissime sedent. *al.* *capit, tenet, movet sim.*: PLAVT. Truc. 467 bene si facere incepit *meretrix*, eius rei nimis cito -um percipit *eam* (TER. Eun. 972 neque agri neque urbis -um me umquam p.; ubi satias coeperit fieri, commuto locum [DON.: fastidium ex abundantia]. LVCR. 3, 80. *cf.* TER. Eun. 404 ceperat [Hec. 219. 580 CIC. Phil. 2, 91]). CIC. Verr. II 1, 23 quos tantum -um nostri ordinis teneat (dom. 92 rep. 2, 52 Att. 1, 11, 3 SEN. epist. 74, 11. *al.*). OV. met. 5, 218 non nos -um ... compulit ad bellum. LIV. 2, 35, 7 cum alterum vetus -um, alterum ira recens stimularet (42, 29, 2). 5, 5, 1 si nos tam iustum -um nihil movet. SEN. dial. 9, 15, 1 occupat. epist. 24, 26 quosdam subit ... vitae non -um, sed fastidium. TAC. hist. 2, 77, 3 hos ira, -um, ultionis cupiditas ad virtutem accendit. *al.* *premit sim.*: CAEL. CIC. fam. 8, 3, 1 eorum -a, quae Hirrum premunt. SEN. Phaedr. 696 quos hausit et peremit et leto dedit -um dolusque. epist. 55, 3 aliquos ... Seiani -um ... merserat. QVINT. inst. 4, 1, 14 et potentes sequitur invidia ... et turpes ac nocentes -um. TAC. ann. 6, 29, 3 hunc ... labefecit ... Macronis -um. *al.* facit *aliquid* (*cf. p. 466, 9 sq.*): NVX 39 non -um f. hoc, sed spes ... rapinae.

b *acc.*: -um *reperire, ferre sim.*: PLAVT. Stich. 746 nimio ... sibi mulier meretrix repperit -um ocius sua inmunditia, quam in perpetuom ut placeat munditia sua. TER. Ad. 871 hoc fructi pro labore ab eis *liberis* fero: -um (QVINT. inst. 5, 14, 30). CIC. inv. 1, 4 tantum -i atque invidiae suscepit eloquentia, ut *eqs.* (2, 108 Scaur. frg. 1 Att. 1, 15, 1. 6, 1, 25 SEN. dial. 5, 42, 3 ARNOB. nat. 1, 54. *aliter l. 77*). off. 2, 54 non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta -a eorum, quibus ademerunt (*cf.* RVT. LVP. 2, 18 consequatur). Att. 11, 17ᵃ, 2 ut eorum -um subeam (PS. QVINT. decl. 9, 14 p. 179, 17). ad Q. fr. 3, 9, 3 -i nihil habet (SEN. epist. 105, 4 PETRON. 84, 1 QVINT. decl. 298 p. 178, 8 IVST. 36, 1, 1. PS. AVG. serm. ed. Mai 6, 2 a mundo. *aliter l. 72*). CAES. Gall. 6, 5, 2 ex eo, quod meruerat, -o (OV. am. 2, 2, 9. 3, 11, 43 VAL. MAX. 9, 4 ext. 1 QVINT. inst. 4, 1, 44. *al.*). SALL. Iug. 3, 3 quaerere (OV. ars 2, 333 ab aegra. trist. 2, 87). TAC. ann. 1, 74, 2 -um apud omnes adeptus. FLOR. epit. 4, 2, 56 quod talis passa videbatur iniuriam, -um ... regis. COMM. instr. 2, 6, 1 tollant (2, 29, 5). *al.* *parere, concitare sim.*: TER. Andr. 68 veritas -um parit (RHET. Her. 4, 31, 42 PROP. 2, 18, 1. *cf.* CIC. Lael. 35 gigni). RHET. Her. 4, 38, 50 eiusmodi res et invidiam contrahunt in vita et -um in oratione (VELL. 2, 79, 6 CAPITOL. Pert. 13, 9. *al.*). CIC. inv. 1, 100 ut in aliquem hominem magnum -um ... concitetur (1, 105 NEP. Ham. 4, 3 QVINT. inst. 6, 1, 14. 6, 2, 16. *al. cf.* CIC. Verr. II 3, 157 excitatum esse [de orat. 2, 189. 2, 208]. part. 56 incitantur [Att. 1, 19, 18. VAL. MAX. 1, 8, 6 -o incitatissimo. SVET. Nero 45, 2 omnium in se -o incitato]). 1, 103 indignatio summum in eum ... -um commovere poterit (CAPITOL. Pert. 6, 11 sibi. *cf.* part. 128 *movere* [VERG. Aen. 2, 96 OV. ars 2, 146. LIV. 36, 8, 5 ad Philippum. APVL. apol. 9]). 2, 22 in eum ... summum -um transferetur (OV. met. 3, 259. *cf.* CIC. Sull. 3 adferre [SEN. dial. 5, 5, 4 CVRT. 10, 7, 5 PLIN. nat. 25, 17 QVINT. inst. 3, 7, 19. 11, 1, 15 non fastidium modo, sed ... etiam -um. *al.*]. part. 28 *conferre.* HOR. epist. 1, 13, 4 ne ... -um ... libellis ... importes). Deiot. 18 omnium in se gentium ... -a ... convertisset (COMM. instr. 2, 29, 3). Phil. 13, 6 fortitudo ... -um incendit (Att. 9, 1, 3 -a ... in nos, quae iam exstincta erant). de orat. 2, 206 haec ... maxume sunt in iudicum animis ... molienda: amor, -um, iracundia, invidia. 2, 208 et in alios -um struere discemus et a nobis ac nostris demovere (AMM. 30, 4, 9). *al.* CAES. civ. 2, 31, 3 quasi non et felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus et res adversae -a concilient (PLIN. nat. 28, 117 QVINT. inst. 5, 13, 38). LIV. 2, 43, 11 inritato (*cf. l. 62*) exacerbatoque in se militum -o. SEN. benef. 2, 11, 6 admonitio taedium facit, exprobatio -um (dial. 3, 6, 3 PLIN. nat. 20, 199 QVINT. inst. 1, 3, 11. 6, 1, 14 iudici [decl. 335 p. 331, 12]. *al. aliter p. 463, 1*). *al.* *augere, mitigare, servare sim.*: CIC. inv. 1, 21 ab iratis si perspicue pax et benivolentia petitur, ... augetur atque inflammatur -um (BELL. Alex. 50, 3). 1, 30 ut ... -um statim defensio mitiget (p. red. ad Quir. 23 mitigari ... leniri [teneri *codd.*] ... sedari. Att. 1, 19, 18). Cluent. 159 illud est hominis magni ..., -um, invidiam, metum cupiditatesque omnes amovere. Flacc. 95 saturaveritis (*cf.* part. 96 satiandum [SEN. benef. 5, 16, 1. FLOR. epit. 4, 2, 7 prius ... quam ... eorum qui victi erant -a victoris caede sese satiarent]). dom. 63 vim improborum, quae ... compresso -o atque tacito iam erumpebat (SIL. 10, 489. *cf.* CIC. Sest. 117 vix ... -um suum a corpore eius ... represserunt. SEN. Phoen. 657 premere [PLIN. paneg. 62, 5]. clem. 1, 8, 6 frequens vindicta paucorum -um opprimit, omnium inritat). p. red. in sen. 25 omnia privata -a deposuit (p. red. ad Quir. 23 Pis. 81 VAL. MAX. 5, 1, 11 SEN. Herc. f. 410 dial. 8, 7, 1. *al. cf.* LIV. 3, 42, 6 posito [SEN. Herc. O. 1324 Phaedr. 238. *al.*]). Rab. Post. 13 cum -um nostri restingueritis. Mil. 63 cum sanguine inimici explesset -um suum (LIV. 4, 32, 12 TAC. ann. 15, 52, 3. *al.*). Marcell. 31 qui non fortuna inflammaret -um suum, sed bonitate leniret (OV. Ib. 134 PLIN. paneg. 28, 3). Phil. 13, 7 vincamus. CAEL. CIC. fam. 8, 3, 1 sublevat. NEP. Hann. 1, 3 -um paternum erga Romanos ... conservavit (*cf.* SEN. Phaedr. 1121 servas). *al.* *concipere sim.*: CIC. Tull. 21 tantum ... -i crudelitatisque habuerunt, ut *eqs.* (Cluent. 151 in equestrem ordinem [Vatin. 6 in bonos. *cf.* QVINT. decl. 314 p. 233, 8 adversus hunc adulescentem. COD. Iust. 5, 9, 10, 5 ad priores liberos]. Phil. 5, 38 servitutis. *al. aliter supra l. 16*). p. red. ad Quir. 1 in rem publicam ... conceptum (TAC. ann. 6, 3, 4. *cf.* CIC. Balb. 62 quibus infinitum sit -um, in quos semel susceptum sit [BELL. Alex. 48, 1 in illam provinciam. NEP. Dat. 9, 1 in Datamen. 10, 3 erga regem. CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 9, 17 adversus ipsum. *al. aliter supra l. 11*]). Pis. 16 omne -um ... in me profudistis (93 -um, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ... profuderunt. *cf.* fam. 1, 9, 20 effudisse [LIV. 31, 44, 2 HEGES. 3, 8, 2 p. 200, 9. 5, 14, 5 p. 318, 23]). OV. epist. 7, 47 exerces pretiosa -a (met. 5, 245. 9, 274 VELL. 1, 1, 2 SEN. clem. 1, 19, 4 dial. 10, 7, 1. *al.*). LIV. 22, 1, 2

[*v. Kamptz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Galli ... verterunt retro in Hannibalem ab Romanis -a (Sen. epist. 90, 41). 28, 22, 2 praecipuum in Romanos gerebant -um (Manil. 2, 469 Sen. Herc. f. 362 Thy. 329 Cvrt. 7, 5, 30. *al.*). Sen. benef. 2, 17, 2 indixisti pecuniae -um (epist. 5, 2. 51, 2. 108, 12. Gell. 19, 5, 10 bellum et -um). *al.*

c *abl. instr.* (*cf.* -o odisse *p. 458, 23*): -o *moveri, ardere, inflammare sim.*: Cic. Verr. II 1, 81 ut vehementius -o libidinis tuae quam legationis metu moverentur (*cf.* Cluent. 24 commoventur [Cvrt. 8, 14, 41]. Catil. 1, 16 permotus [Caes. civ. 2, 13, 3]). 5, 163 ut animi multitudinis in istum dolore et -o ... concitarentur (Qvint. decl. 328 p. 288, 15 adversus alium. *cf.* Cic. Sest. 46 incitarentur [Lig. 11 leg. 2, 56]). Font. 3 induci (fam. 5, 6, 2. *cf.* dom. 61 adducti [Att. 1, 18, 2]. Att. 1, 16, 2 ductus [Manil. 2, 518]). Cluent. 181 incensa (Mil. 63 Sall. Catil. 49, 2. Liv. 2, 6, 1 -o iraque. *cf.* 4, 32, 12 accensus [27, 31, 10. 30, 33, 9. 44, 25, 1 Plin. nat. 17, 3. Tac. ann. 1, 53, 3 -is in maritum]). Manil. 21 studio atque -o inflammata classis (Mil. 78. Stat. Theb. 3, 338 urbes ... inflammare -is). Phil. 4, 4 se recipiebat ardens -o vestri (5, 42. Liv. 9, 10, 6 ira -oque. Val. Max. 4, 2, 2 Octavia 49 Heges. 1, 37, 5 p. 76, 10. 1, 38, 4 p. 79, 13). de orat. 2, 190 flagrantem (Ov. trist. 4, 9, 7 Liv. 2, 23, 1 Octavia 132 Plin. nat. 9, 185. 15, 74 Gell. 7, 10, 3. *aliter l. 34*). *al.* Nep. Att. 10, 4 etsi tanto -o ferebatur in Ciceronem (Qvint. decl. 268 p. 94, 21). Val. Max. 9, 2 ext. 5 quanto sui -o patria teneretur. Min. Fel. 14, 6 ne -o ... sermonum omnium laboremus ita, ut in exsecrationem et -um hominum plerique simpliciores efferantur (*aliter l. 32*). *al.* *premi sim.*: Cic. Sest. 127 dominos contionum omni -o populi notari. har. resp. 7 inretitus -o bonorum. de orat. 1, 228 cum et invidia et -o populi Galba ... premeretur (ad Q. fr. 3, 3, 3. *cf.* Liv. 4, 10, 5 oppressi). ad Q. fr. 3, 1, 24 -o universi populi paene adflictus est. Liv. 6, 2, 4 non -o solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare (Sen. dial. 4, 35, 5 Plin. nat. 7, 100 Qvint. inst. 12, 8, 14. *aliter l. 25*). Gell. 6, 3, 52 cum superbia illa Rodiensium famosissima multorum -o atque invidia flagraret (*aliter l. 20*). *al.* *insequi sim.*: Verg. Aen. 4, 623 genus omne ... exercete -is. Val. Max. 7, 8, 7 auctorem ... benivolentia, propulsatores -o insecutus (Ps. Sen. mon. 96 Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 453, 21. *cf.* Tac. hist. 4, 1, 1 consectabantur. Apvl. met. 9, 15, 1 prosequebatur [Arnob. nat. 1, 35 Ps. Hil. libell. 21]). Val. Fl. 7, 93 hoc ... -isque urgete ... imperiisque caput (Clavd. 20, 213). *al.*

d *dat.*: Cic. Cluent. 158 religioni potius vestrae quam -o pareatis. de orat. 1, 202 scelus fraudemque nocentis ... dicendo subicere -o civium. off. 2, 23 multorum ... -is nullas opes posse obsistere. Caes. Gall. 6, 9, 7 ne communi -o Germanorum ... poenas pendant (*cf.* Verg. Aen. 10, 853 debueram patriae poenas -isque meorum. Vell. 2, 7, 6 visa ultio privato -o magis quam publicae vindictae data). Hor. epist. 1, 2, 61 dum poenas -o per vim festinat inulto. Ov. met. 4, 448 tantum -is iraeque dabat (Qvint. decl. 313 p. 230, 5 legum lator ... noluit accusatorem dare aliquid -o). Svet. Tib. 66 ut voluntaria morte maximo iustissimoque civium -o ... satis faceret.

e *c. praepos.*: α in (ad) -um *ferendum*: Rhet. Her. 1, 5, 8 ab adversariorum persona benivolentia captabitur, si eos in -um, in invidiam, in contemptionem adducemus (4, 49, 62 Cic. inv. 1, 22 Sen. contr. 2, 1, 26 Sen. benef. 2, 4, 1 clem. 2, 2, 3 epist. 56, 1. *al.* *cf.* Cic. inv. 1, 22 ducentur. Sen. benef. 2, 13, 3 perducat [7, 25, 2]). *ibid.* in -um rapiemus *adversarios*, si *eqs.* Cic. Verr. I 35 in -um offensionemque populi Romani inruere. leg. agr. 1, 2 nomen imperii *Romani* in commune -um orbis terrae vocabatur (Cael. 29 off. 1, 86). part. 137 genus eius modi calliditatis ... trahatur in -um iudicis. rep. 1, 62 nomen ... in -um venisse regium (fin. 2, 79 Att. 10, 8, 6 Sen. contr. 7, 3, 2 Sen. epist. 63, 13 Petron. 105, 11 Gaivs inst. 4, 30. *al.* *cf.* Nep. Lys. 1, 3 pervenerint [Phoc. 2, 1]). off. 1, 150 quaestus, qui in -a hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. Manil. 2, 571 *siderum ratio* in ... -um generat partus. Itala Ier. 24, 9 (Ps. Cypr. pasch. 11 p. 259 13) dabo eos ... in -um (*gr.* ἔσονται εἰς μῖσος, *Vulg. aliter*). Vvlg. sap. 14, 11 creaturae dei in -um factae sunt (*gr.* εἰς βδέλυγμα). *al.* β in (ad) -um *exercendum*: Cic. inv. 2, 164 animi temere in -um ... concitati (Arnob. nat. 1, 64. *cf.* Cic. de orat. 1, 53 in hominum mentibus ... ad iram aut ad -um ... incitandis). de orat. 2, 72 saepe benivolentia ad -um, -um autem ad benivolentiam deducendum est (*cf.* Sen. epist. 78, 26 in -um ... sui adducere [Liv. perioch. 1 p. 4, 1]). 2, 199 animos equitum ... ad Q. Caepionis -um ... renovabam. Liv. 33, 29, 1 efferavit ea caedes Thebanos ... ad exsecrabile -um Romanorum (Min. Fel. *supra l. 26*). Sen. contr. 2, 6, 2 *pecunia* humanum genus ... in fraudes et scelera et mutuum -um instigat (Rvfin. hist. 5, 1, 58 ad nefanda -a). Sen. benef. 6, 35, 5 qui *ingratus* ... non usque in -um, sed tantum ad infitiationem beneficii perveniret (*cf.* Pallad. hist. mon. I 49 p. 333^{A} venit ad tantum ... -um nuptiarum). dial. 5, 5, 6 illa *natura* in amorem hortatur, haec *ira* in -um. 5, 41, 3 cum ex ira in -um obcalluit *affectus*. Petron. 108, 2 in -um se ira convertit (Qvint. inst. 11, 1, 81 qui in -um eorum, in quibus erraverat, ipse conversus est. Heges. 1, 2 p. 9, 3 ferus animus ... de amore in -a convertitur. *cf.* Tac. ann. 4, 38, 2 si iudicium posterorum in -um vertit. Plin. epist. 8, 24, 6 *timor* in -um vertitur [Mart. Cap. 9, 897]). Plin. nat. 7, 80 Timonem ... in totius -um generis humani evectum. Qvint. inst. 3, 8, 12 ad metum, cupiditatem, -um ... impellendi animi (Apvl. met. 10, 5, 6 ad extremum subolis ... -um. *cf.* Qvint. decl. 245 p. 4, 7 ad -um compellitur). Tac. hist. 1, 11, 2 in favorem aut -um contactu valentiorum agebantur *provinciae*. *al.*

2 *locutiones causales vel modales*: a *abl.*: Ter. Phorm. 1016 neque neclegentia tua neque -o id fecit tuo (Cic. inv. 2, 106 S. Rosc. 44 har. resp. 5 Bell. Alex. 58, 2 Nep. Dion 4, 2. *al.*). Lvcil. 158 usque adeo studio atque -o illius ecferor ira. Cic. Verr. II 4, 116 quae tum ... commissa non sunt ... -o hostili? Mur. 56 (*v. infra l. 84*). Sull. 74 hunc magis -o quam pudore hominum aspectum ... vitare. Balb. 30 gentem ... dissidentem a populo Romano -o quodam atque discidio (Lael. 2 Val. Max. 4, 2, 3. 9, 3 ext. 3 inter se. Plin. nat. 24, 1 quercus et olea). *al.* Catvll. 63, 17 corpus evirastis veneris nimio -o. Sall. Catil. 37, 3 -o suarum rerum mutari omnia student. Nep. Timol. 2, 3 non -o tyrannidis dissensisse, sed cupiditate. Hor. epist. 1, 11, 6 Lebedum laudas -o maris atque viarum. *al.*
b *praep.*: ab: Varro rust. 1, 2, 19 cum ab eodem -o alter videre nollet, alter ... vellet. Liv. 3, 41, 5 malebant. 6, 4, 8 *exercitum* ab -o ad pervastandos fines ... duxere. 33, 20, 3 se obviam ituros non ab -o ullo. 33, 29, 4 non tantum ab -o ... ea facinora fiebant. 36, 24, 7 oppidum ... diripiunt non tam ab ira nec ab -o, quam ut *eqs.* *al.* ex: Sall. or. Macri 12 cetera ex licentia aut -o ... arsere. in: Ov. met. 14, 71 Scylla ... in Circes -um sociis spoliavit Vlixen (*c. gen. obi. ut*: Tac. hist. 1, 12, 3 hunc vel illum ... destinabant *imperatorem* ... in Titi Vini -um. Marcian. dig. 12, 6, 40 pr. in -um eius, cui debetur, exceptio datur. Tert. apol. 40, 1 in -um bonorum ... conspirant). Min. Fel. 31, 8 in mutua -a saevitis. ad: Val. Max. 3, 7, 7 a quo ... ad multum -um dissidebat.

3 *pendet ex adi.*: a *abl.*: Cic. Verr. II 4, 73 maiore -o dignam ... audaciam (Cluent. 12 Catil. 3, 22 Sull. 88 de orat. 2, 205. 238. *al.*). Verg. Aen. 11, 122 -is et crimine Drances infensus iuveni (Liv. 7, 27, 6 Tac. hist. 5, 1, 2 ann. 12, 18, 1). Liv. 2, 58, 8 invictus ille -o plebeio animus. 26, 39, 15 non publico modo, sed privato etiam -o invisus atque infestus Romanis (Tac. ann. 14, 3, 3 mutuis -is). 45, 26, 5 principes ... insignes ... -o adversus Romanos. Tac. hist. 2, 92, 1 Caecina ac Valens ... olim anxii -is (ann. 1, 33, 1). b *gen.*: Tac. Agr. 43, 3 *Domitianus* securus iam -i. ann. 4, 7, 1 ultor ... non occultus -i[s]. 12, 22, 1 atrox -i Agrippina ac Lolliae infensa. Tert. patient. 5 p. 9, 5 -i aut avaritiae ... impatiens. c *dat.*: Tac. ann. 3, 58, 3 non aemulationi, non -o aut adfectionibus obnoxium. 12, 44, 5 novercae -is impar.

C *determinationes*: 1 *indicatur, in quem vel quid*: a *gen. obi.* (*inde a* Plavto *p. 463, 74; exempla notabiliora selecta*): Cic. dom. 62 bonorum (Sest. 46. Tert. apol. 40, 1 b. et proborum). har. resp. 5 rei publicae (Sen. contr. 7, 7, 11 Qvint. decl. 272 p. 115, 4). Phil. 5, 38 servitutis (fam. 11, 8, 2 Sen. benef. 3, 19, 4). Tusc. 4, 25 mulierum (4, 27). 4, 27 generis humani (Sen. dial. 9, 15, 1 Plin. nat. 7, 80 Tac. ann. 15, 44, 4. *cf.* Cic. off. 1, 29 hominum [fam. 5, 15, 4 Min. Fel. 14, 6]). 4, 50 tyranni (Nep. Dion 5, 3 Verg. Aen. 1, 361. *cf.* Nep. Timol. 2, 3 tyrannidis [Ov. met. 15, 61]). fam. 1, 9, 20 multarum eius in me iniuriarum (Sen. contr. 1, 1, 21). Catvll. 63, 17 veneris. Lvcr. 3, 80 vitae ... lucisque (Sen. epist. 24, 26. 30, 15. 65, 18. 74, 11 Plin. nat. 20, 199). Sen. contr. 5, 2, 2 divitiarum (*cf.* Qvint. decl. 268 p. 94, 21 pecuniae). b *praepos.* (*bona aetate fere iuxta gen. subi.; ceterum passim cum adminiculis verbalibus, v. sub B*): in: Cic. S. Rosc. 52 -um ... patris in filium. Verr. II 2, 165 -um in te aratorum. Flacc. 95 illius ... in nos omnes -um. Mil. 52 -um fuisse illius in hunc acerbissimum, nullum huius in illum. Liv. 3, 54, 3 -um in se aliorum suo in eos metiens -o. erga: Nep. Ham. 4, 3 huius perpetuum -um e. Romanos (Hann. 1, 3 paternum). Tac. hist. 2, 99, 2 Tert. apol. 1, 4. 4, 1. cum: Ov. met. 7, 297 -um c. coniuge falsum Phasias (*i. Medea*) adsimulat. inter: Liv. 2, 23, 1 intestino i. patres plebemque ... -o. Tac. hist. 5, 1, 2 solito i. accolas -o. adversus: Liv. 36, 29, 10 a. se -a. 42, 6, 2 a. Persea -um Romanorum. 45, 26, 5 Val. Max. 6, 3, 1^{c}. *al.* contra: Capitol. Gord. 7, 3 -o c. Maximinum (Max. Balb. 16, 5). Vvlg. III reg. 11, 25.

2 *epitheta notabiliora*: Cic. inv. 2, 108 acre (S. Rosc. 52. Verr. II 3, 157 infestum (Liv. 38, 47, 9 Amm. 30, 4, 9). 4, 116 hostili (Cluent. 12 Lig. 19. *al.*). p. red. in sen. 25 privatum (Liv. 36, 29, 15 Vell. 2, 7, 6. *al.*). Cael. 2 acerbo (Mil. 52 Phil. 13, 6. *al.*). Phil. 12, 8 graviore. Lael. 2 capitali (Amm. 21, 16, 11). ad Brut. 1, 15 (9, 23 Sj.), 9 publici (Liv. 26, 39, 15 Sen. benef. 3, 17, 1. *al.*). Nep. Dat. 9, 1 implacabile (Tac. hist. 4, 1, 1). Verg. Aen. 1, 361 crudele (Ciris 532). 2, 96 aspera (Val. Fl. 4, 254 Sil. 17, 463). Ov. met. 5, 245 inexorabile (Sen. contr. 1, 1, 21 i. et ardentia). Liv. 2, 17, 2 inexpiabili (26, 13, 9. 39, 51, 4). Sen. contr. 1, 1, 6 pertinacia (2, 3, 10 Val. Max. 7, 2, 6. *al.*). 2, 6, 2 mutuum (Val. Max. 4, 2, 4 Tac. ann. 14, 3, 3 Min. Fel. 31, 8). Tac. ann. 1, 6, 2 novercalibus (12, 2, 1). *al.*

3 *c. gen. inhaerentiae*: a *accedunt synonyma per gen.* (*cf. p. 467, 25 sqq.*): Cic. Mur. 56 accusatores, non qui -o inimici-

[*v. Kamptz*]

tiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderint (Mil. 78 -o mearum i. inflammatus. FIRM. math. 5, 3, 4. 6, 22, 11 AVG. civ. 5, 24 p. 237, 14 D.). AVG. c. Parm. 2, 21, 41 p. 96, 25 cum -o persequendi. **b** *gen.* -i, -orum *accedit ad synonyma*: FIRM. math. 6, 9, 16 -orum dissensione. 6, 16, 6 -orum . . . simultate. PHILO vita contempl. 20 fastidio humani -i (*gr.* διά τινα . . . μισανθρωπίαν).

II *metonymice de eo, quod (qui) taedium, invidiam sim. commovet*: **A** *de rebus*: **1** *sing.*: **a** *de modo se gerendi, dicendi sim. fere i. q. molestia, importunitas, pertinacia*: PLAVT. Asin. 446 perii . . ., iam hic me abegerit suo -o. 921 me quidem miseram -o enicavit (Persa 48ᵃ Rud. 944). Bacch. 213 non res, sed actor mihi cor -o sauciat. TER. Hec. 123 tundendo atque -o denique effecit senex: despondit ei gnatam . . . vicini (DON.: hoc est instantia). 134 te di deaeque perduint cum isto -o (DON.: cum instantia et molestia. SCHOL.: cum ista importunitate sive molestia). Phorm. 849 numquam tu -o tuo me vinces ([EVGRAPH.: tua pertinacia]. HOR. sat. 1, 7, 6 durus homo atque -o qui posset vincere Regem). CIC. Cluent. 109 quod erat -um . . ., quae superbia, . . . quam gravis atque intolerabilis arrogantia (Q. CIC. pet. 54 multorum a. . . ., s., . . . -um ac molestia perferenda est). SALL. (?) in Tull. 6 etiam aures nostras -o tuo onerabis? GELL. 1, 15 tit. quam importunum vitium plenumque -i sit . . . loquacitas.

b *de qualibet re odiosa fere i. q. vitium, macula sim.*: **α** *c. gen. inhaerentiae*: QVINT. decl. 300 p. 184, 15 non semper erroris -um penes cognoscentes est. GELL. 5, 11, 11 media forma quaedam est *feminarum*, quae et a nimiae pulchritudinis periculo et a summae deformitatis -o vacat. 5, 12, 13 Vergilium . . . multae antiquitatis hominem sine ostentationis -o peritum. TERT. apol. 6, 3 primi Lacedaemonii -um penulae ludis excogitaverunt (*cod. Fuld.*, paenulam *cett.; cf. Löfstedt, Tert. apol. 78 sq.*). PS. TIT. epist. l. 641 -um operis iniusticiae. **β** *absolute*: CONC.ˢ I 5 p. 278, 30 illius . . . -i optimus imitator magnus iste Theodoritus (*p. 162, 15* dementiae, *gr. I 1, 6 p. 140, 15* βδελυρίας).

2 *plur.*: PLAVT. Mil. 743 hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest, quin ubi triduom continuom fuerit, iam odiosus siet; verum ubi dies decem continuos sit, east -orum Ilias.

B *de hominibus*: **1** *sing.*: PLAVT. Asin. 927 cum dicta in me ingerebas, -um, non uxor eram. Bacch. 820 terrai -um ambulat . . . :: tun terrae me -um esse autumas? Curc. 190 iam huic voluptati hoc adiunctum est -um. :: quid ais . . . ? tun . . . -um me vocas? Mil. 923 nempe tu novisti militem, meum erum? :: . . . populi -um quidni noverim? (CIC. Vatin. 39 si es -um publicum p. IVST. 11, 3, 10 -um eos omnium populorum esse). Poen. 352 ecce -um meum (392 opsecro . . . te, voluptas huius atque -um m. Truc. 210. 320). Rud. 319 deorum -um atque hominum (CIC. Phil. 14, 8 L. Antonius, insigne -um omnium h. vel, si etiam di oderunt quos oportet, d. SEN. Oed. 876). TER. Andr. 941 dignus es (*sc. malis*) cum tua religione, -um (-o *codd. recc.*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 108 o te misera . . . nemini -um ne(c) mol(e)sta. **2** *plur.*: VAL. MAX. 3, 7, 5 *fiducia Furii* duobus acerrimis -is latera sua cingere ausa est (*i. duos inimicos consul legatos secum ire coegit*). TAC. hist. 2, 95, 2 libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et vetera -orum nomina aequabat. *pro sing.* (*cf. Löfstedt, Synt. I² 35, 1*): PS. QVINT. decl. 1, 10 p. 11, 20 *qui patrem occidit,, novercae pepercit*, violare non ausus est pectus -orum?

deriv.: odiosus. *cf.* ex-, perodiatus; inodio.

2. odium, -ī *n.* *pro* odor. *i. q. odor malus*: CYPR. GALL. exod. 281 *ranae mortuae* congestae . . . simul -o solvuntur acerbo (*cf. Vulg. exod. 8, 14* conputruit terra).

3. ōdīum *v.* odeum. *v. Kamptz.*

ōdō, -ōnis *v. sub* udo, -onis.

odocos (-decus, -dicus), (-ī) *f.* *herbae nomen gallicum* (*v. infra* MARCELL.; *cf. etiam germ.* attich). *in* GLOSS. *leguntur formae*: -dec-: III 590, 30. 593, 42. 611, 54. 615, 27. -dic-: *ibid.* 548, 31. 562, 67. 571, 46. 585, 11. 623, 29. 627, 29. 632, 40. *cf. etiam* 548, 33 *sub* odernon. *cohaerere vid. etiam c.* ducone *et* ebucone, *ubi videas, nec non c.* educu GLOSS. III 536, 1. [*immixto verbo q. e.* olere: *francoprov.* ǫrgo, ẅiargo, huguo *etc.; prov. vet.* olegue, ooulgue, *prov. alp.* oulége, ougue, ǫgə, *prov.* alegue, oughes, *langued.* augué, êgou. (> *germ. vet.* atah, attuh, *germ.* attich). *cf. M.-L. 6039. Wartburg VII 324 sq. G.*] *i. q. sambucus; explicatur per* ebulum (*semper in* GLOSS.), acte, chamaeacte: MARCELL. med. 7, 13 herba, quae graece a., latine e., gallice -os dicitur. GLOSS. III 548, 31 e. vel camoacris (*i. ch. ut* 585, 11 e. vel camoactus).

ōdoe (ᾠδοί): cantores graece GLOSS. V 125, 22.

odontagōgum, -ī *n.*, ὀδονταγωγόν. *i. q. dentiducum*: CAEL. AVR. chron. 2, 4, 84 plumbeum . . . -um, quod nos dentiducum dicere poterimus.

odontatyrannus *v.* odontotyrannus.

odontītis, -idis *f.*, ὀδοντῖτις. *nomen herbae parum notae* (*conferunt c. euphrasia odontites L., odontites rubra Gilib.*): PLIN. nat. 1, 27, 84. 27, 108 -is inter feni genera est (*seq. descriptio*) . . .: dentium dolori medetur, ita ut contineatur ore.

odontolycīus, (-a, -um), *ὀδοντολύκειος. *de lapide quodam*: DAMIG. lapid. 18 lapis -us: -i (*sic utrobique Abel*, odonte- *trad.*) id est lupi dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus *eqs.*

odontotyrannus, -ī *m.*, ὀδοντοτύραννος (*ad originem cf. Goossens, Byzantion 4, 1929, 29 sqq.*). *nomen bestiae* (*genus rhinocerotis ut vid., cf. Kroll, RE XVII 2, 1899 sq.*): IVL. VAL. 3, 20 regnum . . . tenere in . . . bestias dicitur; nomine autem -um vocant; haec bestia facie elephantus quidem est, sed magnitudine etiam huius animantis longe provecta. *ibid.* saucius -us (*gr. non nisi versione Armeniaca*). EPIST. Alex. l. 177 H. novi generis bestia maior elephanto . . . tribus in fronte armata cornibus, quam Indi appellare -um (*var. ll.* odontyr-, odontat- *vel* hodontat- *vel* edontat-, odantemt-, dentem tyrannum *vel* tyranni, *praeterea* odonta *vel* dentem; dentit- *coni. Boer*) soliti sunt equo simile caput gerentem atri coloris.

[odopetam (odepotam, otopetam) *pro* oclopetam *in var. l.* PETRON. 35, 4.] *Teßmer.*

***odor** (-ōs), -ōris *m.* [*od-es- od-os- *subest vocibus graecis* εὐ-ώδης, δυσ-ώδης *sim. a radice formatis, quae exstat in gr.* ὄζω ὄδωδα, *lituan.* úodžiu; *cf.* olēre. *Sch.*] *de orig.*: PRISC. gramm. II 36, 20 (d *pro* ζ) -r . . . ἀπὸ τοῦ ὄζειν. *cf. l. 38.* *de script. et formis*: hod-: INSCR. christ. Diehl 2393 *et saepius in codicibus.* ol-: VARRO ling. 6, 83 littera commutata dicitur -r olor, hinc olet et odorari *eqs. forma fortasse ficta, vix probanda* PLAVT. Pseud. 841 (*Postgate, IF 26, 1909, 115 sq.*). FIRM. err. 22, 4 (quod olore *vel* odore *Bursian pro* quo dolore). GLOSS.ᴸ II Philox. OL 9 olor: κύκνος. πνοή, ὀσμή (*excidit lemma alterum*). *cf. l. 41.* *nom. sg.* -os: PRISC. gramm. II 31, 19 '-s' pro '-r'. GLOSS. V 89, 8 -s: -r ut colos et arbos et labos (125, 25). *exstat* PLAVT. Capt. 815 (*testatur* PRISC. *l. c.*). Curc. 105 Pseud. 841. 842 (*A*, -r *P*). *item* PRVD. cath. 12, 70 *cod. A s. VI* (-r *cett. ut saepe ap. eundem*). *abl. sg.* odere (*cf.* 1. odoratus, odoror): INSCR. RevA. VI 12 (1938) p. 314 n. 8 *et varia lectione* PLIN. nat. 15, 85 MART. 9, 62, 4. *al.* *de genere*: EXC. Bob. gramm. I 552, 15 85 (*inter nomina apud Romanos masculina, apud Graecos feminina*) -r ὀδμή. DVB. NOM. gramm. V 585, 4. *exstat fem.* GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 326, 3 -r suavitatis, quam . . . hauseram (*attractione quadam ad* suav. *facta*). VEN. FORT. vita Radeg. 36, 83 coniunctam religioni . . . -em saeculi. *de notione*: PLIN. nat. 9, 18 -em . . . non aliud quam infectum aëra intellegi possit (*cf.* ISID. orig. 4, 12, 1 -r vocatus ab aere. 17, 8, 1 quid est -r nisi aer contactus?). GLOSS. βρόμος, ὀδμή (*vel* ὀσ-). ὀσμὴ καλή. ὄσφρησις. εὐωδία. -es: ἀρώματα. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*confund. c.* olor '*cycnus*': SER. SAMM. 757 (*em. recc.*). *dub.*: RVRIC. epist. 1, 17 p. 370, 7 ('caldor*?' anon. in schedis*).]

I *i. q.* ὀσμή (*in utramque partem, v.* SERV. Aen. 11, 458 '-r' et bonus et malus vocatur): **A** *exempla notionem illustrantia*: **1** *vi originaria respicitur qualitas olendi*: **a** *proprie*: **α** *usu vario*: PLAVT. Capt. 808 *pistores* alunt furfuribus sues, quarum -e praeterire nemo pistrinum potest. 815 pisces foetidos . . ., quorum -s subbasilicanos omnes abigit in forum. Curc. 81 de -e adesse me scit (*cf.* Men. 163 de -e possis, si quid forte olfeceris, facere coniecturam. Mil. 1256 -e nasum sentiat, si intus sit [SEN. Thy. 500 suem. *al. cf.* VEG. mil. 4, 26 praesentiant]). Pseud. 841 omnes *patinas* aperio: is -s dimissis manibus in caelum volat . . . dimissis pedibus volui dicere; eum -em cenat Iuppiter (pedibus . . . manibus *P in ioco vix perspicuo, cf. l. 23*). *al.* CATO agr. 110. 113. TITIN. com. 183 Tarentinorum hortorum -es qui geris. LVCIL. 798. CIC. Verr. II 4, 53 eius modi hominum furta -e aut . . . vestigio persequebantur (*inde in imagine* SYMM. epist. 7, 18, 3 -e atque vestigiis scripta nostra venaris. *cf.* PLIN. nat. 8, 66 -e vestigans). Cael. 42 qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non -e ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem (*cf.* ac. 2, 19 in vocibus, in -e, in sapore. Tusc. 1, 46 colorem, saporem, calorem, -em, sonum. LVCR. 2, 681 et color et sapor una . . . cum -e. *sim. saepe*). Cato 59 suavitatem -um, qui adflarentur ex floribus (*cf. p. 469, 10. 20. 48. 55 et* PROP. 2, 29, 17 adflabunt tibi . . . -es. STAT. Theb. 2, 86 si . . . adflavit . . . -r). *al.* CATVLL. 64, 87 suaves expirans . . . -es lectulus (*v. vol. V 2, 1903, 66 sqq. cf.* VERG. Aen. 1, 403 spiravere [COLVM. 1, 6, 11. *al. intrans. p. 470, 53. 57 et* AVSON. 346, 5 p. 165 P. florum spirat -r]. CARM. de resurr. 230 adspirat). 64, 284 permulsa domus . . . -e. 68, 144 fragrantem . . . -e domum (ZENO 1, 5, 2 [2, 7, 3 L.]. QVEROL. p. 48, 15. *al. cf. p. 470, 54 et* VAL. FL. 4, 493 fragrat . . . -r [HIL. trin. 2, 35. PRVD. cath. 3, 22 aromate. *al.*]. AMBR. virginit. 11, 62 -em fragrat [*al.*]). 71, 6 illam affligit -e *alarum*. LVCR. 1, 298 sentimus -es (CELS. 2, 12, 2ᴮ. *al. cf.* LVCR. 4, 682 praesentit). 2, 417 ara . . . exhalat . . . -es. *al.* VARRO AT. carm. frg. 22, 6 bos . . . naribus aerium . . . decerpsit -em. VARIVS carm. frg. 4, 4 *canis* aethera per nitidum tenues sectatur -es (SIL. 10, 81). VARRO rust. 1, 4, 4 -e, quem . . . eructat *fundus*. *al.* CAES. civ. 3, 49, 2 BELL. Afr. 72, 4 SALL. Catil. 55, 4 Iug. 44, 4. VERG. georg. 3, 251 si . . . notas -r *equarum* attulit auras (SERV.: hypallage est pro 'si aurae -em adportaverint notum'. *cf.* CLAVD. 10, 296 sonipes, quem primus amoris sollicitavit -r). *et passim.* **β** *facete dicta*: HOR. epist. 1, 2, 69 quo semel est inbuta recens servabit -em testa diu. IVV. 14, 204 lucri bonus est -r ex re qualibet (*spectat ad urinam vectigalem, v.* SVET. Vesp. 23, 3). ITALA

[Paschoud-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exod. 5, 21 (Lugd. *al.*, *cf.* VVLG.) inodiastis -em nostrum in conspectu Pharaonis.

b *tropice* (*cf. 468, 53. 83*): *α usu profano*: CIC. Verr. II 5, 160 quasi luce libertatis et -e aliquo legum recreatus (*inde* MART. CAP. 5, 512. *cf. infra l. 40*). Cluent. 73 qui quodam -e suspicionis Staienum corruptum esse sensisset. de orat. 3, 161 '-r' urbanitatis. Att. 4, 18, 3 est non nullus -r dictaturae. QVEROL. p. 24, 1 R. aula quaedam hic iacet, cuius -em mihi ... ventus detulit. SIDON. epist. 4, 22, 5 se ... dictioni (*sc. historiae*) color -rque satiricus admiscet. PHOC. gramm. V 411, 4 *adulescentes* -e voluptatum ... adflatos.

β in script. sacr. et ap. eccl.: ① *spiritualiter*: ITALA II Cor. 2, 14 (cod. d *al.* = VVLG.) *deus* -em notitiae suae manifestat per nos ..., (15) quia Christi bonus -r sumus deo in his, qui salvi fiunt, et in his, qui pereunt, (16) aliis quidem -r mortis in mortem, aliis autem -r vitae in vitam (*gr.* ὀσμήν ... εὐωδία ... ὀσμή *bis*). *in sermone fere inde pendente necnon ad locutionem* '-r suavitatis' (*p. 470, 74*) *vel alios locos script. sacr. alludente* (*exempla selecta*): TERT. mart. 2, 4 vos -r estis suavitatis. adv. Val. 14 p. 193, 6 -r incorruptibilitatis (*Iren. 1, 4, 1* [*1, 1, 7 H.*] odorationem). LACT. inst. 2, 3, 17 -r quidam sapientiae (7, 11 unde eos -r ille s. ... adflaverit. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 166, 17 [*ad Ioh. 12, 3*] -r doctrinae, qui procedit de Christo. 3 p. 177, 22 -is scientiae Christi plenos. Orig. in lev. 9, 9 p. 437, 14 suavem -em intelligentiae). 6, 12, 26 quasi -e quodam veritatis retenti. 6, 22, 1 virtutis (VEN. FORT. vita Albin. 7, 20. GREG. M. in Ezech. 1, 11, 7 *opp.* fetores vitiorum. *subest psalm. 37, 6, quo respiciunt* HIER. hom. Orig. in cant. 1, 2 p. 30, 17 [*ad* 4, 10 -r unguentorum tuorum] peccatum -is est putridi, virtus spirat 'unguenta'. RVFIN. Orig. in gen. 11, 2 p. 102, 15 -r peccati ... -r iustitiae). GAVDENT. serm. 9, 31 G. -em notitiae eius *dei* ... trahimus ([*affertur* cant. 4, 10]. PAVL. NOL. epist. 26, 1 appropinquare tibi ... per -em bonum n. tuae. PS. AVG. serm. ed. Mai 54, 1 FERRAND. epist. 12). AMBR. obit. Valent. 56 non ... floribus tumulum eius aspergam, sed spiritum eius Christi -e perfundam (*cf.* HIER. epist. 54, 17, 1 spiritus sancti -e perfusa *Debbora*. PAVL. NOL. epist. 33, 1 *deus* -em gratiae in te suae ... manifestavit mihi). in psalm. 118 serm. 5, 35, 2 in sacrificiis -r suavis ecclesiae est, in quibus est boni -is hostia remissio peccatorum. spir. 2, 5, 38 bonum -em fidei. PELAG. epist. ad Demetr. 14 famae tuae -e suspensi (*cf.* SERM. corp. Vind. 21 p. 333, 27 -e amoenissimae suavitatis ... fulgebat *fama*). RVFIN. hist. 1, 2, 23 lex cum ... -is sui fraglantia mare ac terras ... conplesset (*gr.* πνοῆς δίκην εὐώδους). PRVD. psych. 787 *Christus* puro oblectatur -e *pacis tamquam hostiae*. AVG. c. Pelag. 4, 8, 24 p. 549, 3 antequam terras nostras vel tenuissimus -r Manicheae pestilentiae tetigisset. CHROMAT. in Matth. 4, 2, 2 -em malae conversationis (HIL. AREL. vita Honorat. 10 l. 17 bonae). CASSIAN. inst. 4, 25 oboedientiae ... suavis -r. ENNOD. epist. 9, 25, 1 p. 247, 7 bonus opinionis vestrae ad nos -r emanavit (opusc. 3, 33 p. 339, 4 ipsum ... ne -r quidem huius o. afflaverat. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 4 bonae). GREG. TVR. Iul. 1 p. 564, 1 martyrii -e flagrabat. *al.*
② *hyperbolice* -r ignis (*pro levi tactu*): VVLG. iud. 15, 14 solent ad -em i. lina (*var. l.* ligna) consumi (*Itala Aug. loc. hept. 7, 54* stuppa cum olefecerit ignem, *gr. rec. A* ὀσφρανθῇ πυρός). 16, 9 *filum* cum -em i. acceperit (*Itala Lugd.* odoraverit, *gr. ut supra*). Dan. 3, 94 quoniam ... -r i. transisset per eos (*huc spectat* CASSIAN. conl. 12, 11, 5 ut nec capillos eorum ... -r i. adflaret).

2 *metonymice restricte materia odorata* (*cf.* odoramentum): **a** *de herbis* (*plur. vel sing. collect. praeter l. 64. p. 470, 10; tus potius distingui quam adnumerari solet*): *α fumi causa incensis*: PLAVT. Men. 353 incendite -es (CIC. Verr. II 4, 77 coronis et floribus, ture, -bus incensis. Tusc. 3, 43. 5, 62. VERG. georg. 4, 264 galbaneos. *al. cf.* TIB. 2, 2, 3 urantur [PLIN. nat. 13, 100 *seq.* odoramenta]. OV. met. 8, 740 adoleret [*var. l.* honores]. TAC. ann. 3, 2, 2 cremabant. SER. SAMM. 856 accensis [PANEG. 10, 6, 4]. ARNOB. nat. 7, 12 thus pauper exiguum et -is alicuius unam concremet glebulam). Mil. 412 ut Arabico fumificem -e (*cf.* HOR. carm. 3, 18, 8 ara multo fumat -e). Poen. 1179 Arabus (aras tus *Leo*), murrinus, omnis -r complebat. CIC. Verr. II 5, 146 proferebant ... tus alii atque -es. nat. deor. 1, 112 quos -es adhibebis ad deos ...? LVCR. 4, 1175 miseram taetris se suffit -bus *puella*. TIB. 1, 3, 7 soror, Assyrios cineri quae dedat -es. VAL. MAX. 5, 1, 10 caput ... -bus cremandum. SEN. Herc. f. 910 Arabes ... -is quicquid arboribus legunt, conferte in aras (*cf.* IVVENC. 1, 10 *cum* aris ... inferret -es Zacharias [*Luc. 1, 10* incensi, *gr.* θυμιάματος]). CVRT. 5, 1, 20 *altaria* non ture modo, sed omnibus -bus cumulaverat (TAC. Germ. 27, 1 struem rogi). MELA 3, 83 *Phoenix* super exaggeratam variis -bus struem ... incubat. *al.* *β in univ.*: LVCR. 2, 852 mixtos ... -es concoctosque (*cf.* SEN. epist. 90, 19 *officinae* -es coquentium. POMPON. dig. 41, 1, 27, 1 coctis -bus unguenta facimus). SALL. hist. frg. 4, 72 amomum et alii leves -es gignuntur (PLIN. nat. 21, 2 flores ... -esque ... gignit *natura rerum*. *cf.* MELA 3, 80 silva, quae hebenum -esque generat). VERG. georg. 1, 56 croceos ... Tmolus -es ... mittit (*cf.* COLVM. 3, 8, 4 Tmolon ... flore croceo, Iudaeam ... pretiosis -bus illustrem haberi). HOR. epist. 2, 1, 269 vicum vendentem tus et -es (*cf.* SEN. epist. 73, 5 -es ... portabat *mercator*). PROP. 3, 13, 8 multi pastor -is Arabs (*cf.* MANIL. 4, 655 *Arabiam* ferentem delicias variaeque radicis -es. CVRT. 5, 1, 11 Arabia, -um fertilitate nobilis regio. *sim. al.*). CELS. 4, 27, 1E potiones ... ex -bus ..., id est spica nardi, croco *eqs.* (5, 17, 2A [floribus *J*]. 6, 6, 22. SCRIB. LARG. 93 pastillus). COLVM. 12, 19, 4 -es adiciat *musto* (*cf.* 12, 20, 2 -es ... vino ... apti sunt ...: iris *eqs.* 12, 20, 5. PLIN. nat. 31, 87 *sal* conditur ... -bus additis). PLIN. nat. 1, 21, 18 (*cf. 21, 35* odoramentorum). 13, 19 siccis -bus constant, quae diapasmata vocantur. 21, 116 florum -umque generi est magnus usus in medicina. *al.* *de herbis singulis*: ITALA cant. 7, 12 (Epiphan. in cant. p. 84) floruit -r suavis (*gr. 13* κυπρισμός, *Vulg.* flores). SYMPH. 156 dulcis -r nemoris *tus*.

b *de medicaminibus, quae ex herbis odoratis conficiuntur*: PLAVT. Pseud. 1265 *inter amantes* unguenta atque -es, lemniscos, corollas dari dapsiles. VERG. georg. 4, 415 liquidum ambrosiae defundit -em (HOR. carm. 1, 5, 2 puer ... perfusus l. ... -bus. PRVD. cath. 10, 172 saxa l. spargemus -e). HOR. epod. 17, 23 tuis capillus albus est -bus. OV. met. 2, 626 ingratos in pectora *Coronidis mortuae* fudit -es *Phoebus*. 4, 253 corpus *Leucothoes* ... terram ... suo madefecit -e (*250* nectare odorato). 14, 605 lustratum genetrix divino corpus *Aeneae* -e unxit et ambrosia cum dulci nectare mixta contigit os. SEN. Phaedr. 393 -e crinis sparsus Assyrio vacet. CVRT. 8, 9, 27 -bus inlinuntur pedes. 10, 10, 13 repletum ... est -bus ... solium. TAC. ann. 16, 6, 2 corpus *Poppaeae* ... -bus conditur. *al.*

B *iuncturae*: **1** *epitheta*: CATO agr. 110 -r deterior ... -em malum (*v. vol. VIII 215, 68 sqq.*). CIC. Verr. II 3, 23 -r Aproni taeterrimus oris et corporis (LVCR. 3, 581. *al.* CAES. civ. 3, 49, 2 VERG. Aen. 3, 228 VAL. MAX. 1, 6, 5. *et passim*). *ibid.* suavis (CATVLL. 64, 87 VERG. ecl. 2, 55 PLIN. nat. 21, 35. *al. cf.* insuavis *vol. VII 1, 2026, 4*). *ibid.* iucundus (*v. vol. VII 2, 593, 57 sqq.*). LVCR. 4, 123 acrem (*v. vol. I 360, 35 sqq.*). SALL. hist. frg. 4, 72 leves. VARIVS carm. frg. 4, 4 tenues. VERG. georg. 4, 49 gravis (*v. vol. VI 2, 2297, 3 sqq.*). Aen. 12, 591 volvitur ater -r tectis (SERV.: -r atrae rei, fumi scilicet). PROP. 2, 33, 30 amarus. LIV. 25, 26, 11 pestifero (PORPH. Hor. carm. 3, 18 praef. OROS. hist. 5, 11, 3. *cf.* COLVM. 8, 5, 18 pestilens). 38, 7, 13 foedo (*v. vol. VI 1, 999, 4 sqq. cf.* foetidus NON. p. 460, 26 VEG. mulom. 1, 17, 3). GRATT. 80 dirus (*v. vol. V 1, 1272, 61 sqq.*). VITR. 8, 3, 2 non bono (*seq.* corrupto. *v. vol. II 2089, 46 sqq., ubi addas etiam* CELS. 2, 31 SCRIB. LARG. 270 PLIN. nat. 14, 84. *al.*). CELS. 5, 28, 3B intolerabilis. SEN. Thy. 500 lento. SCRIB. LARG. 163 virosi. PLIN. nat. 12, 34 praecipui (21, 69. *al. cf.* 12, 105 praestanti [15, 37. *al.*]). 12, 50 parvi. 12, 78 peregrinos (SOL. 46, 1 SIDON. epist. 2, 13, 7). 12, 97 longissimi (*M*, moll- *cett.*). 15, 18 argutior ... brevis. 19, 101 lacrimosus *cepae*. 20, 182 excitatissimi. 21, 14 angusti. 25, 97 medicatus (*v. vol. VIII 546, 49. cf.* SER. SAMM. 920 medicos). *ibid.* gratior (31, 68 CLAVD. 10, 240. *cf.* PLIN. nat. 31, 90 ingrato). 27, 64 asperi (32, 86 *opp.* lenius -e). *al.* VAL. FL. 4, 493 acerbus. STAT. Theb. 2, 86 Iacchi saevus -r. MART. 12, 32, 16 impudicus. AMBR. Tob. 5, 17 sagaci (DRAC. laud. dei 1, 723 dux -r atque s.). *al.*
olens *sim.*: PLIN. nat. 12, 76 ferus et quodammodo solitudinem redolens (*cf.* ITALA Ezech. 16, 19 [Aug. bapt. 3, 19, 27] bene olentem [*gr.* ὀσμὴν εὐωδίας, cod. 176 suavem fraglantem, VVLG. suavitatis]. CLAVD. DON. Aen. 6, 200 p. 536, 21 ['grave olentis Averni'] grave olentem). SIL. 7, 469 spirantem (PRVD. ham. 857). ITALA Ezech. 20, 28 (Weing. *al.*, *v. sub 4 et cf. supra*) fragrantem (PRVD. apoth. 395 cath. 12, 70). *nom. propr.*: PLAVT. gil. 412 Arabico (*v. vol. II 391, 18 sq.*). CATVLL. 68, 144 Assyrio (TIB. 1, 3, 7 SEN. Phaedr. 393). LVCR. 2, 417 Panchaeos (APVL. mund. 35 civitatem ... spirantem P. -bus, *ubi gr.* θυμιαμάτων *tantum*). COLVM. 10, 262 Sabaeum. LVCAN. 8, 731 Eoos. SIL. 15, 23 Achaemenium. SPART. Ael. 5, 7 Persicis.
2 *forma* '-e suavis': LVCIL. 798 aspectu ... spurca et -e. VARRO ling. 5, 25 *locus Puteolorum* putidus -bus. SALL. Catil. 55, 4 -e foeda atque terribilis ... facies *carceris* (SEN. rem. fort. 5, 4 corpora et visu f. et -e). PLIN. nat. 9, 92 diri. 12, 108 praestantes (*al.*). 13, 54 iucundus (27, 29. PS. APVL. herb. 81 l. 16 [*Diosc. 3, 52, 1* εὐώδης]). 14, 123 gravior (21, 58. *al.* PS. APVL. herb. 95 l. 16 [*Diosc. 3, 78, 2* βαρύοσμος]). 16, 60 gratiorem (24, 59. *cf.* 25, 157 non ingratas). *al.* **3** *forma* '-is suavitas': CIC. Cato 59 suavitatem -um (PLIN. nat. 12, 43. *al. cf.* GLOSS. II 247, 6 ἄρωμα: odoramentum, s. -is [*desideratur* -r suavitatis]). nat. deor. 2, 127 foeditate (*v. vol. VI 1, 996, 72 sqq.*). SCRIB. LARG. 40 gravitatem (*v. vol. VI 2, 2309, 35 sq.*). PLIN. nat. 2, 197 taedio (*al.*). 12, 119 ignavia. 13, 59 vehementia. 28, 31 virus (28, 79 -is *del. Gelen.*). 31, 60 vastitate. RVFIN. hist. 1, 2, 23 fraglantia (SERM. RevBén. 72, 1962 p. 261, 59). **4** *forma* '-r suavitatis' *i. suavis* (*per hebraismum pro gr.* ὀσμὴ εὐωδίας *in significando sacrificio; aliter* -r mirae s. *sim.* PLIN. nat. 6, 198. 37, 185): ITALA gen. 8, 21 (Lucius Cypr. epist. 78, 3. *al.* = VVLG.) suavitatis ([Hier. in Ezech. 6, 13. *al.* bonae fragrantiae]. 29, 25 [Lugd.; VVLG. suavissimum]. *saepius in script. sacr. et inde ap. ecclesiasticos. iuxta gen. rei olentis*: FIRM. math. 5, 5, 6 aromatum -r s. [suavis *Skutsch*]. ITIN. Anton. Plac. rec. A 36 quorum *radicum* -r s. [suavissimus rec. B]). lev. 1, 9 (Lugd.) suaviolentiae (VVLG. suavem). Ezech. 20, 28 (Hier. *in l.*, *cf. supra*) fragrantiae (Weing. *al.* fragrantem, VVLG. suavitatis). **5** -r nocendi *i. nocens*: GREG. TVR. Franc. 10, 16 p. 506, 5.

[Paschoud-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *i. q.* ὄσφρησις, *olfactus* (*cf.* odoratio, 2. odoratus): A *de actione*: CELS. 8, 1, 6 per quae *foramina narium* sensus -is nobis datur (*seq.* facultas audiendi). PLIN. nat. 8, 9 *elephans traditur* vestigio hominis animadverso ... subsistere ab olfactu, ... erutum proximo tradere, illum sequenti, simili nuntio ad extremum ...; adeo omnium -i durare virus illud ... pedum. VINDIC. med. 18 cum ... in viis ... odorantibus *virtus sensificans constituitur*, -r *perficitur*. DIOSC. 1, 59 p. 33, 14 M. *crocinum* facit ... utile fumento adhibitum vel naribus -e aplicito (*i.* -i applicitum, *gr. 1, 54, 2* ἀποσφρανθέν. 2, 17 p. 191, 5 si -i applica(n)tur *cimices* [*gr. 2, 34* ὀσφραινόμενοι]. *al. cf.* 3, 93 p. 418, 21 -i adibitus *galbanus* [*gr. 3, 83, 2* ὀσφραινομένη]). B *de facultate*: QVINT. inst. 6, 5, 1 nec magis arte traditur *iudicium* quam gustus aut -r. LACT. inst. 6, 22, 1 saporis et -is, qui duo sensus *eqs.* AMBR. Abr. 2, 8, 57 sensibile eius *animae* in auditum et visum *dividitur* ...; nam -r et gustus *eqs.* (*seq.* quintus ... sensus, hoc est tactus). 2, 11, 82 in Luc. 7, 140 PROSP. epigr. 102, 11. EVSTATH. Basil. hex. 9, 4, 8 *ovium* -r idem, quanto nos videlicet nostro possumus -e colligere (*gr.* ὀσμῇ ... ὀσφρήσει. *minus certe ibid.* 12 donec omnibus -e repetitis ... viis cubile reperiat *canis*). ORIBAS. eup. 4, 122, 1 La p. 625 *si* sine voce fiat ... et -em perdat (*gr. 117, 1* δυσώδεις δοκήσεις).

deriv.: odorarius, 1. odoratus, odoro(r), odorus; *cf.* 2. odium.
compos.: odorifer(us), odorifico, odorisequus. *cf.* odefacio (*v.* ol-).

odōrābilis, -e. *ab* odorari. ISID. diff. 1, 411 -e ..., quod aliunde accipit odorem (*v.* 1. odoratus *p. 472, 15*). 1 *i. q. odorandus*: AMBR. Noe 15, 52 p. 449, 28 odoratus -e odoratur (*ibid.* visibile, audibile, gustabile). 2 *i. q. bene odoratus*: PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 56 radix ... -is est ([*Galen. XII 152 K.* ἀρωματώδης]. DIOSC. 1, 28 p. 19, 11 M. [*gr. 1, 28, 1* εὐώδη]). DIOSC. 1, 44 p. 26, 12 admiscunt et bacalauri *folia*, quo possit -is exire *oleum laurinum* (*gr. 1, 40, 1* ἱκανὸν ... τῇ ὀσμῇ). ISID. orig. 4, 12, 2 thymiama lingua Graeca vocatur, quod sit -e; (3) nam thymum dicitur flos, qui odorem refert.

odōrāmen, -inis *n.* *ab* odorari. *i. q. materia odorando apta*: ITALA lev. 4, 7 (Lugd.) inponit sacerdus de sanguine vituli super cornua altaris -is compositionis (*gr.* θυμιάματος, *Vulg.* thymiamatis). IV reg. 20, 13 (cod. 93) ostendit ... -a et oleum bonum (*gr.* ἀρώματα, *Vulg.* pigmenta). Esth. 14, 2 (p. 50 Motzo) pro ambitiosis -bus implevit caput suum cinere (*cod. M* odoramentis, *gr. 4,* 17^k ἡδυσμάτων, *Vulg.* unguentis). CHALC. transl. p. 50^E ut nullius sint odoris proprii quae condientur, susceptura ... humidos sucos -um (*gr.* ὀσμάς. *cf.* MACR. Sat. 1 praef. 8). comm. 220 p. 233, 8 *sentit sensus* hic colores ..., hic vapores -um. PS. AVG. serm. ed. Mai 119, 5 *diabolus* in illicitis -bus captat olfactum.

***odōrāmentum,** -ī *n.* *ab* odorari. GLOSS. ἄρωμα. -a: quasi θυμιάμα⟨τα⟩. [*var. l.*: PLIN. nat. 21, 40 (*v. p. 472, 66*). ITALA *l. 39.* PS. PHILO antiq. 40, 6 (*pro* odoris). *al.*] *i. q. materia odorando apta*: COLVM. 11, 2, 71 -a, quibus condire vina consueverit. 12, 28, 1 -a trita. PLIN. nat. 13, 100 *Homerus* (ε *60*) *thyon* inter odores uri tradidit ... magno errore eorum, qui -a in eo vocabulo accipiunt. 15, 29 non sampsuchum tantum admiscent, sed etiam pretiosiora -a (*seq.* odoribus). 21, 35 -orum atque adeo herbarum differentia est in colore et odore et suco. ITALA gen. 43, 11 (Lugd.) deferte homini ... odo⟨ramentum⟩ (*gr.* θυμίαμα, *Vulg.* styracis). apoc. 5, 8 (Cypr. testim. 2, 15. *al., cf.* VVLG.) pateras aureas plenas -is supplicationum (*gr.* θυμιαμάτων. *inde* HYMN. Ambros. II 18, 23). IV Esdr. 6, 44 (p. 116 Violet) odores -is investigabiles. OPTAT. serm. 13 Migne suppl. 1, 293 -a, quae magi ... Christo portabant (*antea*: odoribus). FVLG. myth. 1, 1 p. 16, 20 -a simulacro succendere. VVLG. Is. 39, 2. apoc. 18, 13 (*gr.* θυμιαμάτων). HESYCH. in lev. 5, 14/16 p. 841^B *occupamus* odoratum ad perceptionem -orum meretriciorum. HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 21 maiora de vestris mentibus deus in ... adfectu vestro -a suscepit. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 28 -a, quae percutere minus valeant caput (*cf.* gyn. 2, 79 -orum non percutientium). *al.*

odōrārius, -a, -um. *ab* odor. *fere i. q. bene odoratus*: PLIN. nat. 12, 70 quam -am vocant *murram*.

odōrātio, -ōnis *f.* *ab* odorari. GLOSS. ὄσφρησις.
1 *de odore percipiendo*: a *significatur actio*: CIC. Tusc. 4, 20 qualis est haec *voluptas* aurium, tales sunt oculorum et tactionum et -um et saporum. CHALC. comm. 7 de sensibus -is et gustatus (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 106, 4 -is sensus [*antea*: odoratum]). HIL. myst. 1, 24, 3 quid unaquaeque res sit, ex -e sentitur. ORIBAS. eup. 4, 111 -es (*an* -e *?*) ... vel suffu[mi]cationem excitant asfaltus, castoreus *eqs.* (*gr. 109, 2* ὀσφραινόμενον). b *significatur facultas* (*plenius l. 71*): IREN. 1, 18 (11 H.), 1 *hominem* aures ... duas habentem et totidem visus, adhuc etiam -es duas et duplicem gustationem, amari et dulcis (*gr.* ὀσφρήσεις). LACT. opif. 10, 10 -o (-tus *P*) in duas nares ... divisa est. CHALC. comm. 207 in tactu, -e, gustatu. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 30 p. 237, 28 visus, auditus, -o, sapor, tactus. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 48, 4 si qui ..., huius circumcisa est -o (circumcisus e. -tus *B*); qui ..., iste incircumcisus odoratu dicendus est. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 38 *odoramenta* vehementius -is movent officium. ORIG. in Matth. ser. 63 p. 146, 15 visio, auditio, -o, gustatio, palpatio. 64 p. 150, 32 de ornamento gustus ... et de -is et palpationis (*gr.* ὀσφρήσεως).
2 *fere i. q. odor, odoramentum*: IREN. 1, 4, 1 (1, 1, 7 H.) *Enthymesis* habens aliquam -em immortalitatis (*gr.* ὀδμήν, *Tert. adv. Val. 14 p. 193, 6* odor). APON. 10 p. 201 Christus ... -um odore totius plebis perfrui pro thuris incenso delectatur (*infra*: sancte viventes deo laetitiae odores conferre).

odōrātīvus, -a, -um. *ab* odorari. *fere i. q. bene odoratus*: PS. APVL. herb. 80 l. 51 semen ... -um (*Diosc. 3, 74, 2* εὐῶδες).

1. *odōrātus, -a, -um. *ab* odor. *scribitur* -der- CATO agr. 105, 2. 107, 2. *al. cf.* odor, odoror. *gr.* ὀδορ- PS. DIOSC. Vind. 2, 147 p. 213, 19. 3, 109 p. 120, 17 (ὠδαρ- *H*). *compar. inde a* COLVM. 12, 25, 4 PLIN. nat., *superl. inde a* PLIN. nat. (admodum -us *ibid.* 21, 174). *de notione*: SERV. Aen. 4, 132 'odorum' quod per se olet, '-um' quod aliunde accipit odorem, 'odorisecum' quod odorem sequitur (GLOSS. V 555, 13. 622, 9. *eodem modo distinguit Isid. diff. 1, 411* odorum, odorabile, odoriferum *pro* -secum). GLOSS. εὔοσμος.
legitur in prosa inde a CATONE, VARRONE rust. (*cf. p. 473, 28*), SEN. contr., CELS., COLVM., SCRIB. LARG., PLIN. nat. (*saepe,* odorarius *pro nomine semel,* odorifer *5ies*), *in poesi inde a* VERG. (odorifer, odorus *'sagax' singulis locis*), HOR., TIB. [*confunditur c.* ador-, adorn-, honor- *sim.* OV. am. 3, 1, 7 trist. 5, 3, 3. *al. falso trad.* ORIBAS. syn. 5, 45, 2 La p. 80 bene -ta *pro* b. moderata (*gr.* εὔρυθμος).]
i. q. olens (*c. abl. instr. infra l. 60. 62. 73 [iuxta acc. gr.]. al.*):
b *speciatim*: **α** *in sermone iuris*: LIV. 34, 3, 5 quod cuique ... -et ius (*item c. dat. pers.*: FRG. de iure fisci 2 nihil ei -it inconsiderata diligentia. PAVL. dig. 2, 2, 2 magistratui. 10, 4, 12, 2. COD. Theod. 4, 22, 1 [= Iust. 8, 5, 1] absenti. *al.*). VLP. dig. 20, 2, 6 libertati ... pignus non -it (*item c. dat. rei*: *ibid.* manumissioni. 49, 15, 21 pr. statui. COD. Theod. 4, 4 pr. [*cf.* Iust. 6, 23, 17] testatoris ... voluntati. *al.*). MOD. dig. 35, 1, 51 pr. ut quaedam ... -ant (*syn.* offutura, nocent. *item sine dat.*: COD. Iust. 7, 38, 2 *a. 387*. 8, 50, 4, 1 *a. 290*). **β** *in re med.*: SVET. Nero 20, 1 cibis ... -entibus. THEOD. PRISC. log. 3 incongrua bono tempore posse minus -ere (suf- *var. l.*) quam *eqs.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 69 ne lignosa fiant et digestioni -ant *cocta*.

2 *quasi impersonaliter* -it *c. enunt. vel inf.*: PLIN. epist. 6, 29, 6 nec ... Isocrati, quominus haberetur summus orator, -ecit, quod *eqs.* (COD. Iust. 5, 51, 1 *a. 212*. HEGES. 2, 15, 6). COD. Iust. 7, 56, 3 (*a. 289*) si quid ... praeiudicii videatur oblatum. AMBR. epist. 51, 12 quod usurpasse multis -it (*item c. inf.*: INST. Iust. 1, 4, 1).

II *transitive i. q. obducere, obstruere sim.* (*testatur* PRISC. gramm. II 401, 8): **A** *c. obi. eius, qui (quod) tegitur, impeditur sim.* (*obi. suppl.* GLOSS.): **1** *proprie*: LVCR. 2, 156 *corpuscula* inter se retrahuntur et extra -untur, uti cogantur tardius ire. 5, 776 quo ... modo possent -cto lumine obire *sol et luna* et neque opinantes tenebris obducere terras. BELL. Afr. 52, 4 nisi ... pulvis ... prospectum (prospectui *var. l.*) -isset (eff- *var. l.*). *pertinet ad artem tinguendi* (*cf.* inficere *et* offector; *v. Blümner, Technol. I^{2} 228*): GLOSS. III 130, 14 βάπτω: officio. V 123, 20 -ctus: infectus vel infusus. GLOSS.^{L} I Ansil. OF 48 -it: inficit. *v. etiam p. 515, 32 sq.* **2** *translate*: LVCR. 4, 763 -cti sensus ... quiescunt. PS. CYPR singul. cler. 29 p. 206, 9 *caritas prava* noxia germanitate -it proximos (proximo *Hartel*). AVG. epist. 2 quod dum (quocum *trad.*) -o, commoneo te *eqs.*

B *c. obi. rei obiectae, iniectae* (*cave addas pron. neutr. pro adv.* quid, nil *sim.*, *cf.* VLP. *sub IA1*, SALL. *sub IA2*, LVCR. *sub IB1a*): LVCR. 5, 889 puerili aevo florenta ... iuventas -it (occipit *Marullus*) et molli vestit lanugine malas. PAVL. FEST. p. 112 offectores, qui proprio colori novum -unt (eff- *trad.*). FVLG. myth. 2 praef. p. 35, 13 *scripta* aut nomen extollunt aut crimen -unt (eff- *var. l.*).

deriv.: offectio, offector, offectura, offectus (-ūs), 1. offex.

officiōnālis NOT. Tir. 33, 67^{b} (*post* officiosus, officialis). *si recte trad., ab* officium *sec.* officialis, *ut* obsidionalis *iuxta* obsidialis (*sed* officinalis *dubitanter Heraeus, ALL 12, 1902, 71*).

officior, -ārī (*et -ficī ?*). [*ab* officium *sicut* auxiliari: auxilium *sim. Sch.*] *i. q. officio fungi, famulari sim.*: ITALA III reg. 1, 4 (cod. 93) puella ... dormiebat ... cum rege et -ebatur ei (*forma suspicionem movet; gr.* ἐλειτούργει, *Vulg.* ministrabat). IV reg. 23, 7 (Lucif. non parc. 7 p. 223, 33) mulieres -abantur ... ad stolas (*gr.* ὕφαινον, *Vulg.* texebant). ROMVL. fab. 59, 17 rec. gall. (*contextu parum sano*) miles potuit -ari mulieri, mulier non erubuit de officio suo (*rec. vet.* miles opportune fecit de officio suo).

officiōsitās, -ātis *f. ab* officiosus. GLOSS.^{L} III Abstr. SE 12 sedulitas: blanda -s. *i. q. habitus vel actus officiosi*: **1** *vario usu*: TRACT. in Luc. 5, 3 Migne suppl. 1, 338 doctrina paterna (*sc. dei*) ... et -s fili. RVFIN. hist. 6, 11, 2 quem *episcopum* loci incolae ... cum omni amore et -e suscipiunt (*gr.* φιλοφρονέστατα ... ὑπολαβόντες). PS. AVG. serm. ed. Mai 176 nulla parienti matri *Christi* ex humanitatis -e solatia. SALV. eccl. 3, 72 non solum diviti largitati, sed etiam pauperculae -i. gub. 8, 12 secundi loci -s honori illius proficit, cui principalia deferuntur. SIDON. carm. 23, 479 seu nos ... tenebat ... -s Marini, cuius sedulitas sodalitasque ... mihi ... sunt colendae. CASSIOD. compl. in Ephes. 5, 22 filios ... admonet et parentes, ut mutua sibi -e socientur. var. 8, 17, 1 illi paruit, illi multa -e servivit. MART. BRAC. form. vit. 4, 15 in reddenda -e neque negligens neque exactor appareas. **2** *in epistulis de salutatione*: EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 63, 17 decebat ... clementiae tuae litterarum munus offerri, quod ... -is meae primitias exhiberet. 601 Schwartz p. 81, 9 -e praemissa. CONC. Carth. a. 525 Mansi 8, 652^{A} -is meae paginam. CASSIOD. var. 11, 2, 2 salutans -e, qua

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dignum est. CONC. Paris. a. 573 p. 150, 17 -is et reverentiae cultu. MART. BRAC. trin. mers. 1 apostolatui vestro litterariae -is obsequium reddens.

ˣofficiōsus, -a, -um. *ab* officium. *de orig.*: PAVL. FEST. p. 192 ab efficiendo (*v. s. v.* officium). GELL. 4, 9, 12 (*sec. Nigidium*) cur 'ingeniosus' et ... '-us' ..., quae pariter ab ingenio et ... officio inclinata sunt ..., numquam in culpam, sed in laudem dicuntur? *scribitur* ofi- CE 1186, 17. INSCR. ÖJh. 6, 1903 Beibl. p. 47 (*s. IV*). *compar. et superl. inde a* CIC., *cf.* summe -us CIC. Verr. II 1, 63. NOT. Tir. 33, 67. *de notione* (*cf.* GELL. *supra et* SCHOL. *ad* CIC. S. Rosc.): PAVL. FEST. p. 143 munem significare ... -um. GLOSS. -us: ὑπηρετικός. καθήκων. *legitur in prosa oratione inde a* CIC., Q. CIC., BELL. Alex., FEST., SEN. *utroque*, PETRON., PLIN. *utroque; in poesi apud* PVBLIL., HOR. (sat., epist.), OV., MART., AVSON. *et in* CE, ANTH. [*falso trad.* CIC. inv. 1, 35.]

i. q. officia praestans, officiis conveniens sim.: **I** *sine determinatione*: **A** *de eis, qui (quae) secundum officium agunt*: **1** *de animantibus*: **a** *ipsis* (*opp.* molestus MART. 12 praef. 1 HIER. epist. 49, 1; *pro subst.* CIC. Att. 13, 45, 3 PVBLIL. B 25. *al.*): *α variis*: CIC. S. Rosc. 2 audacissimus ego ... ? ... an tanto -ior quam ceteri? (*cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 302, 18 -iores proprie dicuntur, qui volunt ad suum officium pertinere, ut rapiant causas defendendas). Q. Rosc. 18 purior, pudentior, humanior, -ior liberaliorque. Mur. 9 quam *causam* nec industrius ⟨quis⟩quam nec misericors nec -us deserere possit. 69 illa -issima ... natio candidatorum (Pis. 55). Att. 13, 45, 3 nec diligentiorem nec -iorem. fam. 11, 22, 2 hominem ... summo ingenio, summa virtute, -issimum ... et gratissimum (13, 21, 2 pudentem et -um. 14, 1, 3. 14, 2, 2 MART. 10, 88, 2. *al. cf.* Q. CIC. pet. 22 genus hominum ... diligentius atque -ius). 13, 1, 2 vir bonus et suavis et -us (13, 29, 8 gratissimum, -issimum, optimum). 13, 56, 1 ab amico -issimo. PVBLIL. B 25 bonorum crimen est -us miser. HOR. sat. 2, 5, 48 adrepe -us, ut ... scribare ... heres. OV. Pont. 1, 1, 20 Musa ... ad invitos -a venit (*cf.* AVSON. 159, 5 p. 29 P. Nenia). 3, 6, 56 non ultra, quam vis, -us ero. SEN. contr. 2, 7, 3 salutatorem. *al.* *pressius de impudicis*: SEN. contr. 4 praef. 10 impudici et obsceni aliquamdiu -i vocitati sunt. *de ave gratulante*: MACR. Sat. 2, 4, 29 miratus Caesar -am avem. *β de servis, ministris*: SEN. epist. 120, 21 ne quis sit -ior servus. PETRON. 74, 12 puer ... -us urceolum ... admovit. 92, 11 ab -o ⟨capsario⟩ (*add. Müller, subst. def. Bendz, Eranos 39, 1941, 30*). PORPH. Hor. carm. 1, 38, 5 'sedulus' ... id est -us (*adloquitur puerum*). LACT. ira 24, 5 *familia*. CE 1186, 17 -us ... ministerio lactatur suo.

b *de part. corp.*: PETRON. 105, 9 ad inguina mea luminibus deflexis movit -am manum et 'salve' inquit (*per lusum iungit, ut vid., sensum obscenum [v.* SEN. contr. *l. 36] c. gestu salutandi [cf.* HIST. Apoll. 13 rec. B; officiose *rec. A]. in sacrificio*: CLAVD. DON. Aen. 11, 480 p. 487, 21). APVL. met. 5, 10, 2 uxoris -am faciem. CLAVD. DON. Aen. 6, 700 p. 599, 18 bracchiis (*in amplexu patris*).

2 *de rebus* (*per prosopopoeiam, fere poet.*): OV. ars 3, 324 saxa ... fecerunt muros -a *cantu Amphionis*. Pont. 4, 2, 6 cessavit epistula numquam, ire per alternas -a vices. NVX 122 cum praestem sedula cunctis officium, saxis -a petor. MART. 1, 70, 2 (*de libro salutatum misso*). AVSON. 163, 1 p. 31 P. pagina. SALV. gub. 1, 41 -a undarum patientia (*sc. maris rubri*).

B *de actione, habitu, affectu sim.* (*sc. eius qui officium suum novit*): CIC. Planc. 46 amicitiam. Mil. 12 propter hos -os labores meos (AVG. doctr. christ. praef. 19. vera relig. 47, 92 ISID. in gen. 25, 26). Tusc. 3, 70 opinio -i doloris (*cf. 68* ad officium pertinere). HOR. epist. 1, 7, 8 sedulitas (ARNOB. nat. 5, 14). OV. Pont. 2, 5, 31 voluntas (3, 2, 17 non ... pietas, non -a v. defuit). SEN. dial. 10, 3, 2 discursatio. epist. 99, 19 pietas (AVG. civ. 1, 3 p. 23, 26 D.). PLIN. nat. 25, 19 munere. APVL. met. 1, 9, 3 ronchis (*in salutatione*). ANTH. 415, 4 spes. PANEG. 5, 8, 5 -am et honestam inopum vanitatem. ARNOB. nat. 2, 2 an ulla est religio verior, -ior, potentior, iustior quam ... ? (5, 44). 7, 15 -ior *honor deis oblatus*. SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 6 -a quadam veneratione. RVFIN. hist. 11, 1 honorificis et -issimis litteris. AVG. epist. 263, 2 morigero, pio, -o ... affectu. *al.* *in malam partem* (*sc. repugnante officio contra bonum; contrarium* GELLIO *l. 7; cf. etiam* SEN. *l. 36*): CIC. Sull. 52 illam ... -am provinciam (*i. negotium sedulitate insigne*). HIER. epist. 112, 11, 2 mendacium ([*opp.* honestam dispensationem]. AVG. epist. 28, 3, 4. 82, 21 -o utilique. *al.*).

II *indicatur, in quem (quid) officia praestentur*: **A** *per dat.*: CE 364 (= CIL I² 1270) iucunda sueis, gratissima amiceis, omnibus -a fuit. TERT. apol. 23, 19 vos tam fructuosos, tam -os sibi (*i. deis*). idol. 16 p. 50, 4 nos homini, non idolo, -os. MAXIMIN. c. Ambr. 123 eis. AVG. in psalm. 60, 1 l. 4 volentibus. SALV. eccl. 4, 3 Christo. gub. 7, 9 deo.

B *per praepos.*: **1** in *c. acc.*: CIC. Verr. II 1, 63 homines ... Lampsaceni ... summe in omnis civis Romanos -i (fam. 13, 6, 2 in omnes suos). fam. 13, 60, 1 in illum. 14, 1, 6 civitas ... in me -a (ad Q. fr. 1, 4, 3). 14, 16 in te. BELL. Alex. 70, 3 in se. ARNOB. nat. 2, 8 -i foederis in maritos. *in rem* (*vi fin. p. 518, 3*): OV. epist. 10, 114 flamina ... in lacrimas -a. 17, 60 luna ... praebebat lumen ... ut comes in nostras -a vias. fast. 5, 112 stella est in cunas -a. trist. 4, 7, 4 cur non tua dextera versus ... in paucos -a fuit? **2** *cetera*: FEST. p. 278 religiosus est ... etiam -us adversus homines. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 18, 2 neque pro his, quibus consecutus est, gratias rettulit neque pro quibus sperabat -us inventus est (*cf. Migne gr. 35, 957ᴰ* διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης).

adv. **ˣofficiōsē.** *inter adv. afferunt* CHAR. gramm. p. 272, 1 B. Ps. ASPER gramm. suppl. p. 55, 16. *compar.* -ius CIC. Att. 6, 1, 22 Ps. AVR. VICT. epit. 42, 16, *superl.* -issime *inde a* PLIN. epist. 10, 21, 1. *legitur inde ab* AFRAN., SCAVR., CIC., PLIN. epist.

i. q. modo officioso (*agunt homines praeter* CLAVD. DON.): AFRAN. com. 286 te istuc facere -e scio (CIC. Lael. 71 -e et amice et cum labore. Att. 6, 1, 22 gratum ... fecit, ... sed illa -ius [*nisi n. pro subst.*]. AVG. doctr. christ. 3, 73 *opp.* libidinose. *cf. l. 26*). SCAVR. or. frg. Char. gramm. p. 272, 4 B. -e atque observanter ... milites triumphavere (*ut vid., de continentia, cf. Ps. Frontin. strat. 4, 3, 13*). CIC. Att. 1, 20, 1 cum ... suaviter, diligenter, -e, humaniter scripseris. PLIN. epist. 10, 21, 1 et reverentissime et -issime ... venit ad me. APVL. apol. 97 in quo *testamento* mei -issime et honestissime meminit. PAVL. dig. 34, 9, 21 heredes ... -e agere circa defuncti vindictam convenit. Ps. AVR. VICT. epit. 42, 16 Iulianus mandatis ... refert se ... multo -ius pariturum. CLAVD. DON. Aen. 7, 25 p. 8, 23 -e discesserant venti. Ps. AMBR. act. Seb. 15, 49 resalutavit eos -issime (*cf.* AVG. epist. 137, 20 saluto). AVG. civ. 10, 1 p. 403, 17 D. *pietas* erga parentes -e haberi dicitur. doctr. christ. 4, 95 si hoc -e fiat (*sc. adhibitio medicamentorum. cf. per ironiam*: SIDON. epist. 2, 12, 3 *medici* parum docti et satis seduli languidos multos -issime occidunt). epist. 28, 5 -e ... mentiri. *al.*

deriv.: officiositas. *compos.*: inofficiosus.

officiperdus, -ī *m.* *ab* officium *et* perdere, *cf. locutionem q. e.* operam perdere. GLOSS. V 606, 28 -i qui sui laboris non habeat remunerationem; Catoni quoque dicuntur -i. 622, 1 -us est ingratus. *i. in quo officium praestitum perditur*: Ps. CATO dist. 4, 42 gratior officiis ... esto, ne nomen subeas, quod dicunt, -i.

ˣofficium, -ī *n.* [*per syncopen pro* opificium (*q. v.*), *quamvis alia exempla* i *vocalis inter mutam et sonum* f *evanescentis desint; ad notionem operis faciendi cf.* opificina *iocose dictum Plaut. Mil. 880. Sch.*]

de orig. (*cf. s. v.* officiosus *et* SEN. benef. 3, 18, 1 *l. 68*): DON. Ter. Andr. 236, 7 -um dicitur ab efficiendo (off- *A*) ab eo, quod quaeritur in eo, quid efficere unum quemque conveniat pro condicione personae (*sim.* Ad. 69, 2 quasi efficium ab e.; *inde* AMBR. off. 1, 8, 26 *add.* ut ea agas, quae nulli officiant. *item* ISID. orig. 6, 19, 1. *cf. lusum verb. c.* officere CIC. S. Rosc. 112 LVCR. 1, 336). *scribitur* ofi- (*cf. graeca infra et* GRAMM. suppl. 294, 17. 297, 24 per duas f) CIL I² 1296, 6 VIII 1875, 3 X 7589, 2 XII 2169, 3 CE 2086, 2, -fec- CE 1735 (?). *litt. gr.*: ὀφφίκιον PAP. Lips. 57, 22 CONC.ˢ II 1, 2 p. 69, 12 LYD. mag. 2, 23 tit. *al.*, ὀφι- INSCR. graec. Rom. Cagnat III 130 IV 731, ὀφη- CIL III 7549, ? ὀπτι- PAP. Wessely, Stud. X 251 verso 3. *notatur* o CIL XV 7192, 2, off CIL III 1099, 5. 4311, 8 PAP. Tjäder 4—5, B 4, 3. *al.*, offic ACT. Arv. Alex. A 8 CIL XIII 5661, 2. *de formis*: -ci *gen. sing.* (-cii CAPER gramm. VII 106, 15) *saepius in codd.*; *in titulis*: ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 114 CIL III 894, 5. 3543, 2. *al.*; -cis *abl. plur.* LEX met. Vipasc. frg. 1, 23 (*per* i *longam ut* CIL IX 2565, 10). CIL V 668, 3; -ciis CE 861, 3. 973, 6; -ceis CIL I² 1296, 6.

adi. masc. apponitur MAXIMIN. c. Ambr. 77 sacerdotalem -um. VICT. VIT. 2, 32 naturalem (*pars codd.*); *corruptum vid.* ORIBAS. syn. 8, 40, 8 La ventris -um ... solutus est (*correctius* Aa). NOT. Tir. 33, 66. *de notione et differentiis*: CIC. inv. 1, 6 quod in -o, quid fieri, in fine, quid confici conveniat, consideratur. *ibid.* id, quod facere debet (*sc. orator*), -um esse dicimus (AVG. c. adv. leg. 2, 7, 26. *cf.* c. Iulian. 4, 3, 21 quod faciendum est). fin. 3, 58 est ... -um, quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit (*sequitur divisio -orum ut*: off. 1, 8). off. 1, 125 -a reperientur, cum quaeretur, quid deceat et quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus (*cf.* DON. Ter. Andr. 236, 7 *v. l. 40* Ad. 69, 2 quod unicuique personae congruit. *sim.* MAR. VICTORIN. rhet. p. 173, 2 SCHOL. Cic. Gron. C p. 351, 4). SEN. benef. 3, 18, 1 (*disting.* -um, beneficium, ministerium) -um esse ... personarum, quas necessitudo ... ferre opem iubet. MAR. VICTORIN. rhet. p. 197, 14 -um, quod ex legibus vel ex natura necesse est nos implere. SERV. auct. Aen. 1, 548 -um ... est, quod Graeci τὸ καθῆκον appellant. SYNON. Cic. p. 426, 25 gradu. ordine. -o. p. 433, 24 munia. curae. -a. servitia. p. 436, 28 -a. obsequia. merita. p. 437, 23 -um. actus. procuratio. administratio. GLOSS. -um: τάξις. ὑπηρεσία. καθῆκον. φρόντισμα. obsequium, ministerium. -o: munere. beneficio. -a: munia. servitia. vacantia (?). *al.* *legitur in poesi apud* PLAVT., TER. *aliosque scaen. et inde a* LVCIL., CATVLL., PVBLIL., LVCR., VERG. (*semel*), HOR. (sat., epist.), PROP., OV. (*saepius*), MANIL. *non ita frequenter; in prosa oratione inde a* CATONE, RHET. Her., CIC. [*variat in codd. c.* opus PLAVT. Pseud. 140, beneficium CIC. off. 1, 48, obsequium HIL. trin. 2, 31 CLAVD. 28, 100 ARATOR act. 1, 816. *dub. vel falso trad.*: CIC. inv. 1, 6 (effici *Pluygers; cf.* SEN. nat. 2, 32, 8 -is *restitutum pro* efficis, *v. Axelson, Senecastud. 35 sq.*). VAL. MAX. 1, 8 ext. 7 (*pro* exitio *vel sim.*).]

[*Oomes*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. actio eius, qui opus suum facit (sive perfecta sive perficienda; per metonymiam de agentibus p. 520, 3. 522, 26. 70, de instrumentis p. 524, 76, de loco p. 522, 39. 84). saepissime notatur relatio, quae intercedit inter opus et agentem, adiectis gen. vel pron. (adi.); quod fit in prisca latinitate semper exceptis Plavt. Trin. 639 Afran. com. 85. 110. *eiusdem aevi usu longe praefertur sing.; plur. adhibent* Plavt. Rud. 921 (*disting. sing.* 922, *si recte trad.*). Ter. Andr. 114 (*post enumerationem operum ut*: Ad. 966). Haut. 66 illorum *sc. complurium.* Cato (*non nisi plur., de operibus rusticis*). Afran. com. 85. *iuxta ponuntur vel respondent in contextu*: beneficium: Cic. Verr. II 1, 34. 2, 172 Sest. 10. *al.; disting.* Sen. benef. 3, 18, 1; *opp.* maleficium Rhet. Her. 2, 17, 25 *p. 520, 48.* 2, 20, 32; *cf. lusum verb. c.* malefactum Pacvv. trag. 129. facinus: Plavt. Aul. 593. factum: Ter. Andr. 236 Cic. inv. 1, 10. munus: *v. vol. VIII 1663, 35; in explicanda voce q. e.* m. Varro ling. 5, 179 Pavl. Fest. p. 140; *cf.* munia *vol. VIII 1643, 66.* negotium: Plavt. Bacch. 760 (*755* ita n. est). Cas. 105 Curc. 280. opera: Plavt. Asin. 173 Merc. 522 Rud. 921 Cic. Sull. 26. *al.; cf.* Pavl. dig. 38, 1, 1 operae sunt diurnum -um. opus: Plavt. Pseud. 140 Colvm. 1, 9, 9 Rvt. Lvp. 2, 6. *al.; cf.* Plavt. Stich. 58 (*61* quod opus sit facto).

Capvt prius: *de munere animantium* (*animalium l. 40. 4, 66. 83 p. 520, 76. dei vel angelorum p. 521, 78. 522, 28*).

I *usu communi* (*sc. respicitur varia ratio agendi*): **A** *in rebus privatis*: 1 *-um oritur ex condicionibus familiaritatis, necessitudinis sim.*: **a** *de quibuslibet operibus, muneribus*: **α** *cognatorum, amicorum sim.*: ① *sine determinatione speciali* (*pauca selecta*): Plavt. Amph. 675 me meum -um facere, si huic *marito* eam advorsum. Merc. 522 facere -um tuom (*de lanificio; ad rem v.* Pavl. Fest. p. 114. *cf.* CE 63, 4 -o et lanificio). Persa 618 si parentes facient -um suom. Ter. Phorm. 722 nos nostro -o non digressos esse. Rhet. Her. 3, 7, 14 qua fide, benivolentia, -o gesserit amicitias (*cf.* Cic. inv. 2, 168 amicitiarum ... ratio ... ex -is ... habebitur. S. Rosc. 111 amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis -is gubernetur. Lael. 58 definit amicitiam paribus -is ac voluntatibus. *sim. al.*). Cic. inv. 2, 66 pietatem, quae erga patriam aut parentes aut alios sanguine coniunctos -um conservare moneat. *ibid.* (*de gratia*) remuneratione -orum. *et passim.* *cf. -a parentum animalium*: Qvint. decl. 388 p. 435, 25 morsus huic uni -o mitigant (*sc. transferendis ore catulis*). ② *c. additamentis, quae condicionem indicant*: Plavt. Cas. 585 non matronarum -umst, sed meretricium (Colvm. 12 praef. 10). Truc. 436 non amantis mulieris, sed sociae unanimantis. Cato agr. capit. 2 patris familias (Cic. Quinct. 11. *al. cf.* Ter. Andr. 236 patris [Sen. contr. 2, 3, 12. *al.*]). Cic. div. in Caec. 14 necessitudinis (Mur. 73 Planc. 25 fam. 3, 4, 2. *al. cf.* Mur. 73 -a necessariorum. Fest. p. 162 necessaria -a). Verr. I 3 amicorum (Mur. 86 Lael. 24. *et saepe. cf.* fam. 5, 17, 3 amicitiae [6, 9, 1. Qvint. inst. 4, 1, 7 vel cognationis vel a. Plin. epist. 8, 9, 2. *al.*]). II 1, 94 tutelae, sodalitatis familiaritatisque (Plin. paneg. 85, 5). 5, 109 hospitiorum iura atque -a (fam. 14, 4, 2. *cf.* Catvll. 68, 12 hospitis. Liv. 9, 6, 7 hospitalibus [*v. vol. VI 3034, 4*]. Hier. epist. 22, 24, 5 hospitalitatis [*v. vol. VI 3036, 3*]). Lvcr. 2, 605 parentum (Sen. clem. 1, 14, 1 Avien. ora 26. *al.*). Varro Men. 83 tit. mariti (*v. vol. VIII 405, 60. cf.* maritalia *ibid. 399, 13*). *et saepius.*

β *patronorum, clientium sim.*: Ter. Ad. 980 (Don.: hoc est patroni, ut libertum non deseras). Rhet. Her. 1, 17, 27 pro tuo in nos -o (*item in libro dedicando*: Ov. fast. 1, 5 Sedvl. epist. 2 p. 171, 3. *fortasse huc spectat etiam* CE 1294, 2 poeta olim Caesareis floridus -is). Cic. Quinct. 72 patronum ..., hominem antiqui -i. Sest. 10 -o aliquo ... vicinitatis aut clientelae. Hor. epist. 1, 17, 21 ut me ... alat rex, -um facio. Ov. am. 1, 10, 57 -um pauper numerat studiumque fidemque *dominae*. *al.* *cf. curam, qua animalia coluntur*: Sen. benef. 1, 2, 5 -a ... ferae sentiunt. Petron. 64, 7 *de puero catellam saginante.* Firm. math. 4, 11, 5 qui ... animalia assiduis -is prosequantur. *transfertur ad ministeria animalium* (*v. etiam l. 40. 83. p. 520, 76*): Ov. epist. 18, 145 nec ... -um pecoris navisque requiro. Gratt. 188 malignum -um (*vix ad p. 520, 76; item canum*: 231. 277. Phaedr. 3, 7, 8 praestare domino ... par -um. Colvm. 7, 12, 7). Plin. nat. 8, 1 -orum, quae didicere *elephanti.* 11, 22 sunt ... -a divisa *apium* (*antea*: opera). Porph. Hor. serm. 1, 1, 88 sq. ut equi fungatur -o *asinus.*

b *de operibus specialibus*: **α** *de salutatione sim.*: ① *de ipso actu*: Q. Cic. pet. 35 ut hoc ipsum ... -um eorum *salutatorum* tibi gratissimum esse videatur (36 deductorum -um quo maius est quam s.). Hor. epist. 1, 18, 35 honestum. Liv. 42, 49, 3 -i ... cura. Manil. 3, 149 seu ferat -um nutus blanditus in omnes (*'ut togati salutatores' Scaliger*). Val. Max. 1, 7 ext. 6 ad -um et spectaculum. 5, 5, 3 illius -o (*seq.* ut imperator salutaretur. *sim.*: Tac. ann. 1, 24, 3 quasi per -um). 6, 3 ext. 2 salutationis (Svet. Aug. 27, 4 Porph. Hor. epod. 2, 8. *al.*). 8, 11, 2 cum ... mane ... ad-um convenissent (Plin. epist. 1, 5, 11 Amm. 26, 1, 1). Sen. dial. 10, 14, 3 qui per -a discursat. *al.* *salutant animalia*: Phaedr. 1, 29, 6 *aper* repudiat -um *salutantis aselli.* Plin. nat. 10, 121 *corvus* adsiduo -o mirus (*sc. matutina in rostris salutatione*). Svlp. Sev. dial. 1, 14, 1 (*de lupa*) quasi impleto -o et praestita consalutatione (*sim.* 1, 14, 6. 7). ② *metonymice de salutantibus, prosequentibus*: Ov. met. 15, 692 agmen ... turbaeque sequentis -um (*cf.* Tert. scorp. 8 p. 161, 9 turbam ... -i). Pont. 4, 4, 42 toto comitante senatu, -um populi vix capiente domo. Ivv. 10, 45 praecedentia longi agminis -a. Plin. paneg. 76, 9. Svet. Iul. 71 inter -a prosequentium. Claud. 2, 2 sine sollemni -o. Nero 28, 1 celeberrimo -o deductum. Apvl. met. 4, 26, 5 -o frequenti cognatorum ... stipatus. Tert. adv. Val. 16 p. 195, 20 cum -o atque comitatu ... angelorum. *al.*

β *de epistulis*: Cic. fam. 6, 6, 1 ne litterarum a me -um requiras (Hier. epist. 48, 1 Hil. Arel. vita Honorat. 22 l. 2. *al. cf.* Hier. epist. 8, 2 litterario. Sigism. Alc. Avit. epist. 29 p. 59, 14 litterarii sermonis). Cic. fil. Cic. fam. 16, 25 ut excusatione potius expleas -um scribendi quam assiduitate epistularum. Svet. vita Hor. p. 45, 8 Augustus epistularum ... ei -um optulit (*cf.* Hier. epist. 29, 1, 1 epistulare -um [*al.*]). Symm. epist. 1, 83 diu -o scriptionis abstinui (Ennod. epist. 1, 26, 2 p. 37, 4. 2, 2, 3 p. 41, 19). *al.*

γ *de exsequiis*: Cvlex 414 funeris -um vitae pro munere reddit (Epiced. Drusi 70 Ivvenc. 4, 421 Vvlg. gen. 23, 3). Ov. Pont. 1, 9, 50 praestitit -um ... omne tibi, ... exsequias et magni funus honoris fecit. Val. Max. 2, 6, 8 supremum opprimendorum oculorum -um (5, 1 ext. 6 Sen. Tro. 760. *al. cf.* CE 1029, 3 extremum). Sen. Herc. O. 1486 triste (Svlp. Sev. Mart. 7, 2. *cf.* Avson. 184, 12 p. 45 P. maestum). dial. 6, 3, 1 lugubre. Lvcan. 8, 763. Sil. 10, 536 infelix. 15, 398 supremi muneris (Heges. 5, 21, 3). Mart. 8, 57, 6. Tac. ann. 16, 7, 1 exsequiarum (Capitol. Aur. 7, 10 Ivst. 23, 2, 8). Apvl. met. 1, 6, 3 feralibus. 8, 6, 2 lugentium (*cf.* Dict. 4, 1 lugendi). *al.*

δ *de munere concumbendi, generandi sim.* (*sunt qui huc iocose spectare censeant* Plavt. Cist. 657 Merc. 522): Prop. 2, 22, 24 saepe est experta puella -um (hospitium *var. l.*) tota nocte valere meum (*item c. pron. poss.*: Ov. am. 1, 10, 46. 3, 3, 38. 3, 7, 24). 2, 25, 39 -a in multos revocatis amores. Ov. ars 2, 687 quae datur -o, non est mihi grata voluptas; -um faciat nulla puella mihi (*cf.* Avg. serm. 51, 25 non libidine ..., sed -o). fast. 5, 232 Iovem Iuno ... -o doluit non eguisse suo (*sc. in ortu Minervae*). Sen. contr. exc. 4 praef. 10 'inpudicitia ... in liberto -um'; res in iocos abiit: 'non facis mihi -um' et 'multum ille huic in -is versatur'. Petron. 25, 7 -um nuptiale. 140, 1 aetatis. Gell. 16, 10, 13 munere -oque prolis edendae (Avg. civ. 14, 16 p. 38, 25 D. serendae. 14, 19 p. 42, 23 propagandae. 16, 38 p. 187, 30 gignendae). Tert. anim. 27, 5 sexuum (uxor. 2, 3 l. 27). Lact. inst. 2, 11, 6 parentum. *al.*

2 *-um oritur ex variis condicionibus* (*paucissima selecta*): **a** *usu sollemni*: Plavt. Amph. 721 si hic suom -um facit. Cas. 259 (*cf. 261* curatio). Trin. 818 eo ego ... ad -um meum; tu istuc age. Caecil. com. 265 homo homini deus est, si suum -um sciat. Ter. Ad. 514 facturus ... -um suom. Rhet. Her. 2, 17, 25 plura aut maiora -a quam maleficia (*Cic. inv. 2, 106 resp.* beneficia, *cf. Quint. inst. 7, 4, 18* bene meritus). 3, 3, 5 nullo dolore cogi, ut ab -o recedatur. Cic. inv. 1, 1 si quis omissis ... studiis rationis et -i consumit omnem operam in exercitatione dicendi. 1, 10 de nostris factis et -is. *et saepissime.* *accedunt determinationes condicionis, muneris sim.*: Plavt. Cist. 657 faciundum est puerile -um: conquiniscam ad cistulam (*cf.* Colvm. 4, 27, 6 pueri). Stich. 297 neque id viri -um arbitror (*item sine addit.*: Ter. Phorm. 139 Pacvv. trag. 269. *al.; accedit epith.*: Ter. Ad. 464 neque boni neque liberalis. Cic. parad. 12 fortis et magni. *al.*). Ter. Andr. 330 liberi ... hominis (Haut. 580 frugi et temperantis. *al.; sine addit.*: Sen. dial. 9, 4, 4 epist. 103, 3. *al.*). Lvcil. 686 cupidi -um. Pacvv. trag. 129 vulgi. Cic. Q. Rosc. 15 domestica (*v. vol. V 1, 1868, 48*). Sull. 10 privati (prov. 47 Pis. 18. *al. cf.* off. 1, 124 *v. p. 521, 15*). fin. 3, 59 commune -um sapientis et insipientis (3, 60. 61 Tusc. 5, 82. *al. cf.* fin. 3, 61 stultorum). 4, 68 ordo gerendorum negotiorum, -a vitae (Tusc. 1, 109 Tac. ann. 16, 18, 1. *al.*). off. 1, 30 cuiusque temporis (Caes. civ. 3, 90, 1 Ov. Pont. 4, 11, 17). 1, 40 bellicis (*v. vol. II 1811, 47*). Sall. Catil. 4, 1 servilibus (Prop. 4, 9, 48 Sen. contr. 10, 5, 16. *al.*). *et saepe.* **b** *de operibus vel artibus improborum* (*cf. p. 524, 45; fort. per ironiam huc spectant* Ter. Ad. 966 Tert. apol. 35, 2): Plavt. Cas. 585 meretricium (*v. p. 519, 43*). Pseud. 140 rape, clepe ...: hoc est eorum *flagritribarum* -um (*A*, opus *P*). Stich. 14 improbi viri (*cf.* Titin. com. 48 hominis ignavi [*si recte trad.*]). Rhet. Her. 2, 10, 14 calumniatoris esse -um verba ... sequi, neglegere voluntatem. Lact. inst. 6, 18, 4 dummodo semper boni fungatur -o, mali numquam *iustus.* Firm. math. 3, 11, 18 scelerata ac facinorosa (4, 14, 19). 6, 11, 9 circumscriptionum. Bachiar. repar. laps. 22 peccatoris. luporum (*sc. in fig. rhet. q. e. 'similitudo'*): Rhet. Her. 4, 34, 46 cum canes fungentur -is l.

B *in rebus publicis*: 1 *inter civitates, populos*: Rhet. Her. 4, 9, 13 maximam partem sociorum in -o manere (*cf.* Liv. 45, 23, 6 bonorum sociorum). Cic. Verr. II 2, 163 *civitas* tantis -is cum populo Romano coniuncta (3, 170 nullam c. ... -is fideliorem). 5, 125 illa ... multis -is illorum *Segestanorum* usurpata et comprobata cognatio. Flacc. 57 iura ... -i humanitatisque. Sest. 10 decretum -o aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospitii publici.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLANC. Cic. fam. 10, 8, 6 provinciam ... ad -a certantem. CAES. Gall. 1, 40, 2 ab -o discessurum *Ariovistum*. 1, 43, 4 magnis. BELL. Alex. 42, 3 *Iadertinorum* in rem publicam singulare ... -um. SALL. Iug. 75, 8 Numidae ... -a intenderant. *et saepius.* 2 *singulorum erga civitatem* (*afferimus quaedam additamentis notabiliora*): RHET. Her. 4, 35, 47 accusatoris (CIC. S. Rosc. 53). *ibid.* defensoris (CIC. Mur. 86. *cf.* Cluent. 10 defensionis [Mur. 6]). *ibid.* testis (*cf.* PAPIN. dig. 22, 5, 14 testimonii [COD. Iust. 6, 23, 9 *a. 290*]). CIC. Quinct. 61 procuratoris diligentis (68 PAPIN. dig. 17, 1, 56, 2). Verr. II 1, 94 tutelae (PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6. *al. cf.* PAPIN. dig. 26, 7, 36 tutoris [CALL. dig. 26, 7, 33, 1. *al.*]. *adde* SAB. Gell. 5, 13, 5 in -is ... observatum est: primum tutelae, deinde hospiti *eqs.*). Marcell. 14 privato -o, non publico (div. 2, 7 LIV. 9, 6, 7 PAVL. FEST. p. 184. *al.*). fin. 3, 64 legibus parens et civilis -i non ignarus (*v. vol. III 1215, 2 sqq.*). CIC. off. 1, 124 de magistratuum, de privatorum, de civium, de peregrinorum -is (Att. 7, 12, 2 fam. 1, 9, 4. *al. cf.* off. 1, 125 peregrini ... atque incolae). fam. 16, 4, 3 domestica, forensia (SYMM. epist. 5, 74 SCHOL. Cic. Clun. p. 271, 10. *cf.* Ov. fast. 1, 302 fori). *et saepe.*

C *in rebus sacris, divinis* (*sc. erga deos; non semper plane distingui possunt munera quasi publica sacerdotum sim., v. p. 522, 56. 523, 47*): CIC. ac. 1, 9 divinarum humanarumque rerum nomina, genera, -a, causas (*cf.* ALC. AVIT. epist. 34 p. 64, 3 divinis humanisque ... -is [ORIG. in I reg. 1, 9 p. 15, 17 BENED. reg. 8 tit. 43, 1. *al.*]). Ov. met. 8, 849 *in inferiis.* fast. 4, 724 prosequor -o ... festa *deae* meo. Pont. 4, 9, 114 *in numina familiae Augustae.* SEN. benef. 5, 25, 4 dis ... adlegat -a et aras religiose cultas. APVL. apol. 55 erga deos. TERT. nat. 2, 17, 2 religionum (apol. 39, 17. *al. cf.* ARNOB. nat. 4, 16 religiosa [*al.*]). castit. 13 l. 8 in quibusdam sollemnibus et -is (auspiciis *var. l.*). *al.* ITALA I Macc. 2, 22 (Lucif. non parc. 12 p. 235, 22, *cf.* rec. L) -um deservitionis nostrae (*gr.* λατρείαν, *rec. B et Vulg.* mandata). Ioh. 16, 2 (Cypr. Fort. 11 p. 334, 23; *gr. item, Vulg.* obsequium, *aliae vers.* sacrificium, hostiam). ARNOB. nat. 4, 27 ex ritu et -o cultionis. HIL. trin. 12, 55 fidei. *al.* *accedunt additamenta, quae ritum sim. determinant*: TAC. ann. 11, 11, 1 caerimoniarum (ARNOB. nat. 7, 31. *cf. ibid.* caerimonialibus). TERT. ieiun. 2 p. 276, 23 sublati ... cibi -a (*cf.* 11 p. 289, 5 recusati ... pabuli). adv. Marc. 4, 1 p. 425, 2 sacrificiorum (VVLG. Hebr. 9, 6). orat. 29 p. 200, 10 orationis (CASSIOD. inst. 3, 3, 2). ARNOB. nat. 7, 21 rituum procurationumque. FIRM. math. 5, 1, 29 sacrorum aut religionum (8, 21, 11). PS. AMBR. serm. 25, 5 matutinum (ISID. orig. 6, 19, 2. *cf.* 6, 19, 1 vespertinum). *al.*

D *contextu philos., sc. in reddenda voce gr. q. e.* καθῆκον (*latius l. 59; rem tractat Pohlenz, Stoa I 129 sqq., cf. Bernert, De vi atque usu voc. officii 74 sqq.; de ratione vertendi cf.* CIC. fin. 3, 20 -um, id ... appello καθῆκον. Att. 16, 11, 4. 16, 14, 3 mihi non est dubium, quin, quod Graeci κ., nos -um; ... nonne dicimus 'consulis -um ...'? praeclare convenit, aut da melius. GELL. 1, 13, 1 quae κ. philosophi appellant): CIC. Mur. 65 videntur ... virtutis magistri (*i. Stoici*) fines -orum ... longius ... protulisse. p. red. in sen. 14 qui *magistri* ... de -o ac de virtute disserunt. Pis. 71 siquidem philosophia ... virtutis continet et -i et bene vivendi disciplinam. de orat. 3, 76 (*inter argumenta philosophiae; sim.* 3, 107. 122 orat. 118 fin. 2, 76). orat. 72 philosophi solent in -is tractare *decorum*. CIC. fin. 3, 22 cum ... illa, quae -a esse dixi, proficiscantur ab initiis naturae. 3, 58 cum id -um nec in bonis ponamus nec in malis (*cf. ibid.* -um medium quiddam esse. 4, 15 -a media [off. 1, 8. 3, 14. 15. 16 AMBR. off. 1, 11, 36]. ac. 1, 37 inter recte factum atque peccatum). 3, 59 perfectum (4, 15 [*gr.* κατόρθωμα *ut*: off. 1, 8]. off. 1, 7. 3, 14 p. atque absolutum. SEN. benef. 2, 33, 1 AMBR. off. 1, 11, 36. 37). *et saepe.* *afferuntur tituli librorum* (*cf.* CIC. off. 1, 4 quae de -is tradita ab illis ... sunt. GELL. 2, 7, 2 qui de -is scripserunt): CIC. off. 3, 63 quos *libros* de -o (-is *var. l.*) scripsit *Hecaton* (*eiusdem*: 3, 89). PLIN. nat. praef. 22 Panaetium de -is *secutus est Cicero* (*sim.* GELL. 13, 28, 1. *solius Ciceronis*: SVET. Iul. 30, 5 LAMPR. Alex. 30, 2. *al.*). DIOM. gramm. I 366, 14 Seneca de -is. AVG. epist. 82, 21 Ambrosius ..., qui suos ... libros ... de -is voluit appellare (*eiusdem*: GREG. M. epist. 1, 41[a]). PRISC. gramm. II 199, 8 Marcus Brutus de -is (*tit. graec.: Sen. epist. 95, 45*).

II *respicitur certa professio, administratio sim.*: A *vario usu*: 1 *de ipso opere*: a *exempla potiora selecta*: PLAVT. Asin. 173 si facio -um meum (*sc. lena; cf. lenonis*: Pseud. 377). Aul. 404 coqui ... faciunt -um suom. Poen. 12 *praeconis*. TER. Haut. 66 illorum *servorum*. CIC. fin. 2, 69 (*comparantur virtutes ancillulis*). fam. 14, 4, 6 (*liberti ut*: CAEL. Cic. fam. 8, 3, 2). CAES. Gall. 1, 40, 14 (*militum ut*: COLVM. 1, 1, 18 cuncta cessant -a. *al.*). NEP. Eum. 1, 5 *scribae*. HOR. ars 306 munus et -um (*poetae ut*: Ov. trist. 5, 12, 19). *et saepe.* *cf. de munere dei, angelorum sim.*: PROP. 2, 18, 4 invitum ... terris praestitit -um *Aurora*. Ov. met. 2, 286 *Telluris* (*cf.* fast. 1, 673 *Cereris et Terrae*). 2, 385 *Solis*. SEN. benef. 4, 8, 2 utrumque (*i. deus et natura*) distat -o. TERT. praescr. 28 l. 5 (*spiritus sancti ut*: HIL. syn. 55. trin. 2, 34 virtutem atque -um. PS. AVG. quaest. test. I 93, 1. *al.*). adv. Val. 11 p. 189, 22 (*item Christi*: HIL. in Matth. 23, 6 MAXIMIN. c. Ambr. 108. *al.*). HIL. trin. 5, 11 nuntii et ministri -um (*sc. angelorum ut*: ZENO 2, 13, 4 [1, 37, 13 L.]. HIER. epist. 124, 9, 7 RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 3. *al.*).

b *accedunt determinationes professionum*: α *variarum*: CATO agr. 5, 1 vilici (142 COLVM. 11, 1, 1. 11, 3, 65. *cf.* vilicae: CATO agr. 143, 1 COLVM. 11, 2, 62. 64. 12 praef. 1. 12, 2, 1. 12, 4, 1). 66, 1 custodis et capulatoris (67, 1). CAES. Gall. 5, 33, 2 militis (SALL. Catil. 60, 3 Ov. am. 1, 9, 9. *al. cf.* VELL. 2, 105, 2 militarium -orum [VLP. frg. Vat. 145 = 222. TERT. fug. 14, 1. *al.*]). Ov. met. 13, 367 remigis. VAL. MAX. 3, 2, 15 tonsoris. SEN. benef. 3, 29, 7 nutricis (VVLG. Ruth 4, 16 n. ac gerulae). COLVM. 5, 1, 3 agricolae (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 186). 8, 7, 1 fartoris, non rustici (*cf.* SCAEV. dig. 23, 7, 27, 1 rusticis). 11 argum. p. 68, 20 pastorum (SCHOL. Hor. epist. 1, 18, 42 RVFIN. hom. Orig. in cant. 2 p. 138, 21 VITA Hil. Arel. 9 l. 20. 21. *cf.* AVG. in psalm. 77, 44 l. 4 -o pastorali pecorum). *al.* β *quae pertinent ad artes liberales, scientias sim.*: RHET. Her. 1, 2, 2 oratoris (1, 2, 3. 1, 3, 4 CIC. inv. 1, 6 orat. 69 QVINT. inst. 1, 10, 47. *et saepius. cf.* CIC. inv. 1, 7 rhetoris [QVINT. inst. 1 praef. 21. 1, 7, 32. 1, 12, 19. 2, 1, 6]. PRISC. rhet. 7, 21 p. 556, 29 rhetoricum. RHET. min. p. 585, 7 oratorii). CIC. inv. 1, 6 medici (CELS. 3, 4, 1). Ov. Pont. 4, 8, 43 vatum (IVV. 11, 114. IVVENC. 1, 132 *i. prophetae*. CLAVD. carm. min. 25 praef. 8. *cf.* LACT. inst. 1, 11, 2 poetae [ISID. orig. 8, 7, 10]). VITR. 1, 1, 16 architectorum (1, 1, 18). FEST. p. 171 iurisconsulti (*tit. libr. Cincii*). QVINT. inst. 1, 11, 4 doctoris (RVFIN. hist. 5, 10, 1. *cf.* QVINT. 1, 11, 4 docentium). PAPIN. dig. 39, 5, 27 magistri (HIER. hom. Orig. in Luc. 27 p. 159, 7). *al.*

2 *per metonymiam*: a *de ministris sim.* (*vel eorum coetu, cf. vol. VIII 1012, 53 sqq.*): PS. QVINT. decl. 6, 16 cuius ministeriis -a non desunt. TERT. anim. 37, 1 -a divina angelos credimus (*de isdem*: RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1. LEO M. epist. 28, 4 Conc.[S] II 2, 1 p. 29, 1 angelica [*gr. II 1, 1 p. 15, 18* τάξις]. PS. ORIG. in Iob p. 453[D] VEREC. in cant. 7, 24 p. 100b 22). PORPH. Hor. epist. 1, 14, 14 in -o balneatoris (*sing. collect. ut*: CLAVD. DON. Aen. 1, 280 p. 545, 20). FIRM. math. 8, 17, 5 habebunt ... -a, quae ... mercabuntur. VAL. CEM. hom. 18, 3 p. 747[D] circumstantibus ... impietatis -is (*sc. tortoribus*). CASSIOD. var. 5, 17, 1 -a ... nautarum (*gen. explic. ut*: GREG. TVR. glor. conf. 74 -a famulantum). CORIPP. Iust. 3, 265 -a ... erexere viros. 4, 104 dona ..., quorum est ea cura, parabant -a. DESCENS. Christi rec. A 4, 3 omnia -a mea (*sc. inferi ut*: 5, 1. 6, 1). b *de loco operis, officina*: CASSIOD. in psalm. 68, 10 l. 236 aliud esse templum, aliud negotiationis -um. COD. Iust. 11, 12, 1, 2 ornamenta ... regia intra aulam ... fieri ... debent, non ... in privatis domibus vel -is.

B *speciatim in publica vel ecclesiastica administratione* (*rem tractat Boak, RE XVII 2045 sqq.*): 1 *exempla varia usum illustrantia*: a *de munere, actu*: α *pertinet ad res profanas*: CIC. inv. 2, 92 non ... meum fuit -um nec mea potestas, cum ... privatus essem (*item iuxtapos.*: 2, 93. 94 Quinct. 33. *al.*). div. in Caec. 61 provinciae, ... -i, ... publici muneris societatem (*iuxtapos. v. vol. VIII 1663, 35; disting.*: Pis. 23 munere consulatus omni -o tuendo). Verr. II 2, 31 Balbus iudex, homo et iuris et -i peritissimus. 5, 35 *magistratuum*. Font. 22 hoc iudici praescriptum lege aut -o. off. 1, 144 de communi -o *praeturae* (*de eadem re*: VAL. MAX. 4, 3 ext. 1). CAES. civ. 1, 38, 1 legati -a inter se partiuntur. SALL. (?) rep. 2, 21, 1 varia -a *senatorum*. Ov. fast. 4, 382 sub quo *Caesare* meruisse tribunus glorior; -o praefuit ille meo. LIV. 39, 15, 1 ad haec -a dimissis magistratibus. *et saepe.* β *in rebus sacris*: CIC. Lael. 8 ab isto -o (*sc. auguris*). Att. 1, 3, 1 ne Latinae (*sc. feriae, v. comm. ad l.*) in -o non manerent. ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 114 -i nostri esse *eqs.* (*pertinet ad XVviros sacris faciundis*). LIV. 21, 63, 11 *consulem* omnibus ... in deos hominesque fungi -is. MANIL. 1, 48 sacerdotes ... -o vinxere deum. VAL. MAX. 1, 1, 9 huius -i (*i. ferentis arma ancilia*). SEN. dial. 8, 2, 2 annis inter -a divisis (*sc. Vestalium*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 30 quinquennalis ... -is albatus fungatur. TERT. bapt. 17 p. 215, 14 dicatum episcopi⟨s⟩ -um. 18 p. 215, 33 quorum -um est *baptismus*. CYPR. epist. 3, 1 p. 469, 10 *diaconus* -i ac ministerii sui oblitus. HIL. trin. 6, 2 -i necessitatem, qua hoc ecclesiae episcopus ... debeo ministerium. VIGIL. TRID. ad Simplic. 2 p. 551[A] inter lectores -o sociatus. *al.*

b *metonymice* (*sub 2 non distinximus*): α *de officialibus vel eorum collegio*: (I) *sing.*: SVET. Vesp. 14 quidam ex -o admissionis (*cf.* ITALA II Macc. 13, 21 [rec. P] Rhodocus ex -o Iudaico [*gr.* τάξεως, *Vulg.* exercitu, *aliae rec.* ordine]). VLP. dig. 2, 8, 7, 2 apud -um deponi (10, 4, 11, 1 PAVL. dig. 2, 4, 17). LAMPR. Comm. 11, 3 praesente -o suo (VOPISC. Aur. 13, 1). EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 4 scriptis ad -um tuum datis (*sim.* 48, 7). SYMM. rel. 21, 3 -i mei ... responsa. 21, 6 -o ... suggerente. RVFIN. hist. 5, 1, 17 vulgus, iudex, -um, milites. *al.* (II) *plur.*: VLP. dig. 1, 18, 6, 5 adventus -orum vel militum. TERT. anim. 40, 4 praesidem, ... -a (LACT. mort. pers. 7, 4 multi p. et plura -a). spect. 7 p. 8, 28 collegia, ... sacerdotia, ... -a. HIL. coll. antiar. p. 101, 11 officiales magistri volitant, ... -orum omnium festinatione turbatur. SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 21 per has personas et -a. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 42, 1 iudices ... stipati -is. *al.* β *de loco* (*sc. sede*

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

officialium; non nisi per praep. in): MOD. dig. 47, 2, 73 inventi in -o *libelli*. PS. ASCON. Verr. p. 210, 2 haberi in -o praetoris ... nomina iudicum (COD. Theod. gest. in sen. 5). COD. Theod. gest. in sen. 7 in -o praetoriani apicis. 9, 34, 2 serventur in -o tuo *libelli*. COD. Iust. 9, 9, 16 pr. (*a. 256*) in cuius *praesidis* -o accusatio fuerit.

2 *accedunt determinationes munerum*: a *profanorum*: α *magistratuum sim.*: RHET. Her. 4, 35, 47 senatus est -um *eqs.* (CIC. Att. 16, 14, 3. *cf.* prov. 36 senatoris [PANEG. 3, 3, 3. 3, 29, 4]. HOR. ars 314 quod sit conscripti, quod iudicis -um. SVET. Galba 15, 1 senatoria [GELL. 4, 10, 7 *tit. libri Capitonis*] et equestria). *ibid.* magistratus (CIC. off. 1, 124 fam. 3, 10, 11. PROC. dig. 1, 18, 12 vice et o. *al. v. vol. VIII 94, 29*). *ibid.* quaesitoris (SVET. Nero 15, 2. VLP. dig. 1, 13, 1 *tit. libri. al. cf.* CIC. Planc. 24 quaesturae. Lig. 35 quaestorio [*al.*]). CIC. inv. 2, 125 iudicis (HOR. ars 314 *v. supra*. OV. trist. 1, 1, 37 IAVOL. dig. 5, 3, 44. *et saepius. cf.* VLP. dig. 3, 1, 1, 10 iurisdictionis [TERT. Scap. 4, 1]. SYMM. epist. 5, 74 iudiciarii. COD. Theod. 12, 1, 49 iudiciali). Rab. perd. 2 consulare (*al. v. vol. IV 570, 73. cf.* Att. 16, 14, 3 consulum [LIV. 4, 40, 6 PLIN. paneg. 79, 5. *al.*]. PLIN. epist. 3, 18, 1 consulatus). prov. 21 censurae (*cf.* COD. Theod. 13, 10, 8 censorum). Planc. 24 tribunatus (*cf.* MACER dig. 49, 16, 12, 2 tribunorum [COD. Theod. 1, 19 rubr.]). Phil. 12, 26 legationis (CAES. civ. 3, 103, 4 VAL. MAX. 3, 3, 2. *et saepius. cf.* CAES. civ. 2, 17, 2 legati [DIG. 1, 16 rubr. COD. Theod. 1, 12 rubr.]). de orat. 2, 75 imperatoris (fam. 3, 10, 1 CAES. Gall. 1, 40, 10 SALL. Catil. 60, 3. *al. cf.* CVRT. 5, 9, 17 imperatorio [NOVELL. Theod. 14 pr.]. AVSON. 419, 4 p. 354, 33 P. imperialis). AFRIC. dig. 4, 6, 43 praetoris (30, 109, 1 IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 2. *al.*). *sim. saepius.* β *variorum negotiorum publicorum*: FRONTIN. aq. 1 aquarum. SVET. Vesp. 14 admissionis (NOT. dign. or. 11, 17. COD. Theod. 6, 35, 3 pr. = Iust. 12, 28, 2 pr. *cf.* FIRM. math. 8, 14, 1 admittendi vel salutandi). SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 annonae (CIL VI 8473, 7. *cf.* annonarium: COD. Theod. 1, 6, 5 [= Iust. 1, 28, 1]. 1, 6, 7, 2 [= Iust. 12, 58, 1]. 13, 5, 38). PAVL. sent. 5, 1, 3 fisci (EDICT. imp. Constanti de debit. [CIL III 12134] 15; *gr.* τάξεσιν. *cf.* PAVL. sent. 5, 12, 5 fiscale). CENS. 15, 4 municipalibus (COD. Theod. 12, 1, 31 = Iust. 10, 71, 1). PANEG. 6, 23, 1 palatii (6, 23, 2 COD. Iust. 12, 28, 2 pr. GREG. M. epist. 9, 106. *cf.* VOPISC. Aur. 13, 1 palatino [LAMPR. Heliog. 6, 2. *al.*)]. SPART. Sept. Sev. 18, 11 litterarum et militiae (AVR. VICT. Caes. 4, 2 COD. Theod. 6, 35, 12. 16, 2, 39. *al. cf.* VITAE patr. 5, 15, 66 militantium). CAPITOL. Gord. 12, 3 censualium scribarumque (*v. vol. III 803, 33 sqq. 45 sq.*). FIRM. math. 6, 23, 6 regiarum litterarum (8, 26, 2. 8, 30, 3. *v.* SPART. *supra*). OPTAT. app. 1 p. 186, 28 -um publicum, id est ... exceptores (AVG. epist. 34, 4. 5). EDICT. imp. inc. de rebus priv. (CIL III 13569) 26 rationalis (AMM. 28, 2, 13. *al. cf.* COD. Theod. 6, 35, 4 rationum [*al.*]). *et saepius.*

b *sacrorum*: FEST. p. 290 -o augu⟨rum⟩ (*contextu manco*). SEN. contr. exc. 4, 2, 2 pontificum (SPART. Hadr. 22, 10 p. maximi. *cf.* SACR. Leon. 976 pontificali). QVINT. decl. 323 p. 270, 9 sacerdotis (APVL. Socr. 14 p. 149 HIER. epist. 53, 3, 4 RVFIN. Orig. in gen. 8, 6 p. 81, 7. *al. cf.* TERT. praescr. 40 l. 12 sacerdotalia [virg. vel. 9, 2 VVLG. num. 18, 8. *al.*]. CYPR. epist. 63, 19 p. 716, 26 sacerdotii). APVL. met. 2, 16, 5 fetiali. TERT. praescr. 23 l. 20 ex -o et iure ... fidei et praedicationis (pudic. 10 p. 239, 13 CONST. Sirmond. 11. *al. cf.* PACAT. c. Porph. frg. 3 [ed. Harnack, SBBerl. 1921] p. 270 praedicatoris [ALC. AVIT. epist. 53 p. 82, 29]). ITALA II Macc. 4, 14 (rec. L, VVLG., *cf.* rec. X) altaris ([*gr.* λειτουργίας]. BENED. reg. 62, 6). CYPR. epist. 38, 2 p. 580, 22 lectionis (VITA Fulg. p. 83 L. VITA Nicet. Lugd. 17. *cf.* SVLP. SEV. Mart. 9, 5 legendi). 55, 8 p. 629, 9 ecclesiastica (*v. vol. V 2, 41, 20 sqq.*). MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 561, 19 episcopatus tui (RVFIN. hist. mon. 23 p. 446A. *cf.* SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 93, 24 episcoporum [OPTAT. 7, 6 p. 180, 1 AVG. epist. 21, 1]. OPTAT. 2, 19 p. 54, 23 episcopali [*v. vol. V 2, 675, 45*]). *et saepius.*

3 *nominantur gradus vel membra -orum*: LAMPR. Alex. 32, 1 magistris ... aut principibus -orum (*v. vol. VIII 81, 69 sqq.*). Heliog. 10, 2 principibus (CAPITOL. Aur. 8, 10 QVEROL. p. 42, 14R. SYMM. rel. 23, 10. 11. *al. cf.* COD. Theod. 6, 30, 2 [= Iust. 12, 23, 3] principatum [8, 1, 15. 8, 15, 5]). SYMM. rel. 23, 7 adiutor (COD. Theod. 6, 30, 17. 8, 1, 16 CIL III 894, 5. *al.*). 34, 6 primiscrinios (COD. Theod. 8, 8, 4 pr. [= Iust. 12, 59, 3]. CIL III 14209, 4). AMM. 28, 1, 5 tabulario (COD. Theod. 12, 6, 7 t. et numerariis similibusve -is eorum -orum). NOT. dign. or. 13, 22 primicerium (COD. Theod. 1, 10, 8, 1. 6, 30, 14. *al.*). COD. Theod. 1, 7, 4 (= Iust. 1, 29, 2) apparitores (NOVELL. Theod. 7, 2, 2). 7, 22, 3 (= Iust. 12, 47, 1) officialibus (8, 7, 3). *al.*

CAPVT ALTERVM: **de munere rerum** (*metonymias v. sub II*).

I *de actione, facultate, statu*: A *rerum ad homines pertinentium* (*hic illic explicari videntur ipsorum hominum -a, maxime sub 3 et 4*): 1 *mentis sim.*: PLAVT. Trin. 639 sentio ipse, quid agam, neque mens -o migrat. TER. Andr. 114 omnia humani ingeni mansuetique animi -a (PRISCILL. tract. 10, 129). Eun. 729 neque pes neque mens satis suom -um facit (*sim.* OV. ars 1, 590). CIC. ac. 2, 25 si, quid -i sui sit, non occurrit animo. CATVLL. 75, 2 *mens* se -o perdidit ipsa suo. MANIL. 5, 62 agilem -o mentem. SEN. benef. 4, 21, 3 si in -o est *animus*. 5, 25, 6 (*de voluntate bona*). QVINT. inst. 1 praef. 13 *vis ingenii et copia dicendi* -o ... copulata. 10, 7, 9 *rationis*. 11, 2, 44 *memoriae*. TERT. adv. Hermog. 1, 2 conscientiae (paenit. 12, 9 HIL. ad Const. 2, 1). SOL. 32, 36 obsessis ... -is mentis et corporis (AVG. civ. 9, 4 p. 373, 10 D. m. et rationis. 10, 19 p. 432, 14 purae m. et bonae voluntatis). *al.* 2 *corporis, membrorum sim.*: TER. Eun. 729 (*v. sub 1*). LVCR. 4, 857 utilitatis ob -um ... creari *membra*. CIC. Tusc. 3, 15 deest -o suo et muneri *corpus*. div. 1, 71 (= 2, 107; *refert Cratippi sententiam*) -um et munus oculorum (PS. QVINT. decl. 1, 4 PELAG. in Eph. 4, 16 p. 366, 18. *cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 22 visus). OV. epist. 21, 246 manus -um ... aegra negat. met. 1, 744 pedum (2, 480 PS. AVG. serm. ed. Mai 28, 4. *al.*). benef. 4, 6, 6 quod ... sua corpori -a respondeant. epist. 47, 2 distentum ventrem ac desuetum iam ventris -o (HIPPOCR. num. sept. 40, 9. 44, 2. *al. eodem spectant*: PS. AVR. VICT. epit. 21, 6 naturalia [CAEL. AVR. acut. 2, 5, 24 VICT. VIT. 2, 32]). COLVM. 3, 10, 9 membri (PAVL. dig. 1, 5, 14 TERT. resurr. 60 p. 120, 20. 23 LACT. opif. 1, 16. *al.*). APVL. met. 1, 16, 5 spiritus. *et saepius.* 3 *artis, scientiae sim.*: RHET. Her. 2, 1, 1 artis (CIC. inv. 1, 5. 9. 2, 11 VITR. 2, 1, 8 COLVM. 1, 9, 1 *al.*). CIC. inv. 1, 6 facultatis *oratoriae*. Tusc. 3, 34 philosophiae (QVINT. inst. 2, 21, 12). div. 1, 71 -um et munus divinationis (2, 107 [*in eadem Cratippi sententia*]. APVL. Socr. 17 p. 158). off. 1, 155 studiis -isque scientiae praeponenda esse -a iustitiae (*cf.* 1, 158 illi -o, quod cognitione et scientia continetur). VARRO frg. Diom. gramm. I 426, 21 grammaticae (*in partitione gramm. ut*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 5 DOSITH. gramm. VII 376, 6. *al. ceterum* CASSIOD. inst. 2, 1, 1). VITR. 2 praef. 5 architecturae. SEN. benef. 7, 14, 3 eloquentiae. QVINT. inst. 2, 1, 8 operis *rhetoris*. TERT. pudic. 21 p. 269, 19 disciplinae (FIRM. math. 6, 3, 12 AVG. soliloq. 1, 13, 2. EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 17; *gr.* τάξιν, *Ambr. hex. 6, 6, 38* necessitatem). *al.* 4 *virtutum vel vitiorum*: CIC. Mil. 100 nullum ... amoris, nullum studi, nullum pietatis -um (PLIN. epist. 7, 31, 7 SYMM. epist. 1, 26). de orat. 2, 345 singularum virtutum sunt certa quaedam -a ac munera (rep. 1, 33 FIRM. math. 1, 2, 5. *al.*). fin. 4, 36 omne -um munusque sapientiae (SEN. epist. 20, 2 APVL. Socr. 17 p. 157. 158. 18 p. 162). fam. 6, 1, 3 pium (OV. epist. 13, 27 Pont. 4, 1, 8 LIV. 34, 50, 4. *al. cf.* SCRIB. LARG. praef. p. 5, 22 pietatis [QVINT. decl. 388 p. 436, 2 SVET. Claud. 11, 2 APVL. met. 8, 7, 3. *al. v. etiam* CIC. Mil. *supra*]). SEN. epist. 120, 11 suum cuique (*sc. variarum virtutum*) dedimus -um (*cf.* QVINT. inst. 2, 21, 3 propriis). QVINT. inst. 12, 11, 5 humanitatis (CENS. 15, 5 FIRM. math. 5, 4, 22. *al.*). *vitiorum sim.* (*cf. p. 520, 67*): TERT. paenit. 2, 14 malitiae. HIL. in psalm. 13, 3 fraudulentiae. trin. 1, 2 ventris ... et inertiae. AVG. civ. 2, 26 p. 92, 27 D. obscenitatis. 5 *orationis eiusque partium*: CIC. de orat. 3, 224 nostri sermonis. OV. epist. 17, 144 fungitur -o littera nostra novo (*sc. epistula pro nuntio amoris*). SEN. epist. 102, 15 laudationem, cuius -um oratione constat. QVINT. inst. 1, 4, 10 si non aliquae *vocales* -o consonantium fungantur (*cf.* OPT. PORF. schol. carm. 16 litterarum [23]. MAR. VICTORIN. gramm. VI 33, 30 harum *sc. k et g*). 3, 4, 6 orationis. 4 praef. 6 prooemii. 6, 1, 9 *perorationis*. 8 praef. 30 erunt in -o *verba* (*sim.* 10, 3, 9). *al.*

B *rerum, quae quasi suo iure agunt* (*maxime corporearum; nota lusum verborum c.* officere *apud* LVCR.): LVCR. 1, 336 -um, quod corporis exstat, officere atque obstare (*cf.* 1, 362 corporis -umst ... premere omnia deorsum). OV. epist 18, 145 pecoris navisve. Ib. 624 luminis (ORIENT. comm. 2, 204). NVX 122 (*loq. arbor*) cum praestem ... cunctis -um, saxis officiosa petor (*cf.* PLIN. nat. 16, 78 fructu ... umbraerumque -o *iuvant arbores*). SEN. benef. 4, 8, 2 idem est utrumque (*sc. deus et natura*), distat -o. 4, 12, 5 mundi -um est circumagere rerum ordinem (epist. 74, 20 PANEG. 11, 13, 2). dial. 6, 18, 1 caelestium (*item siderum sim.*: nat. 2, 32, 8. APVL. mund. praef. naturas ... et -a. FIRM. math. 1, 4, 12. *al.*). nat. 6, 18, 7 *spiritus fluentis*. LVCAN. 10, 230 -is caret unda *Nili* suis *hieme*. QVINT. inst. 2, 4, 29 (*per comparationem de locis tritis*) infelix supellex, quae ... diversis -is conteratur. APVL. met. 2, 4, 9 racemos *pictos* ... nec agitationis -o carere. TERT. anim. 25, 5 ἐμβρυοσφάκτην appellant *spiculum* de infanticidii -o. *al.* *transfertur ad proprietates communes*: MART. CAP. 7, 736 naturalia -a, sine quibus esse nihil potest, sunt sex: magnitudo, color, figura, intervallum, status, motus (*cum hac serie cf.* ἑπτὰ ... τὰ ὁρώμενα *Philonis, v. W. Jaeger, Nemesios v. Emesa 48*).

2 *seritur, colitur, crescit sim.*: **a** *proprie*: COLVM. 5, 9, 16 in foramen *olivae* viridem taleam -i . . . immitti. CALP. ecl. 2, 44 -a putare (*cf.* PLIN. nat. 16, 244 -o . . . deputato). TERT. praescr. 36 l. 27 de olivae nucleo . . . asper -er exoritur. PALLAD. 5, 2, 1 incenso *oliveto* renascitur -er infelix (*cf. p. 541, 45*). *ibid.* positis . . . -i bracchiis in scrobe, in qua disponemus inserere. 5, 2, 2 cum comprehenderit -er *eqs.* AVG. epist. 184A, 1, 3 non solum de -i, sed etiam de olivae semine non nascitur nisi -er *eqs.* (nupt. et concup. 1, 19, 20 serm. 294, 16, 16. *eandem rem profert* nupt. et concup. 1, 19, 20 pecc. orig. 40, 45). **b** *in imagine ap. christianos de gentili in dei populum inserendo*: ITALA Rom. 11, 17 (cod. d *al., cf.* VVLG.) si aliqui ex ramis *olivae* fracti sunt, tu autem cum -er esses, insertus es in illo⟨s⟩ (illis VVLG.) *eqs.* 11, 24 (*ibid.*) si tu ex naturali excisus es -o *eqs. ad interpretationes sim. vol. VII 1, 1877, 80 sqq. allatas adde ex. gr.*: HIL. in psalm. 51, 22 fideles gentes ex ignobili -o esse insitas. PACIAN. epist. 3, 13 p. 71 ut in bonam olivam ex -o gentium convenirent (AVG. c. Faust. 9, 2 p. 309, 12). AVG. in euang. Ioh. 42, 5 ramos naturales superbos amputavit, humilem -um inseruit (in psalm. 51, 16 l. 10. *cf.* serm. 203, 3, 3 inseri meruit *humilitate.* virg. 1, 1 ne superbiat insertus -er). in psalm. 72, 2 l. 11 -um . . . id est ecclesiam ex gentibus venientem. EVCHER. form. 3 p. 19, 6 -er homo sine fructu vel gentilis.

II *i. q. buxus* (*neutr., fortasse adi.*): PLIN. nat. 16, 70 tria eius *buxi* genera: Gallicum . . .; -um, in omni usu damnatum, gravem praefert odorem; *eqs.*

deriv.: oleastrinus, oleastrion. *cf.* oleastellus.

v. etiam Onom.

oleastrīnus, -a, -um. *ab* oleaster. *i. q. confectus ex oleastro*: DIOSC. 1, 29 p. 21, 1 M. cum non fuerit oleum roseum, uteris -o (*cf. vocem sequentem*).

? **oleastrion** (*nisi legendum* oleastrino, *cf. supra*). *ab* oleaster. *i. q. confectus ex oleastro*: DIOSC. 1, 29 p. 20, 23 M. oleu -on, id est de agria elea (*gr. 1, 30, 3* τὸ . . . ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον).

oleāticus, -a, -um. [*ab* oleum. *Sch.*] *i. q. confectus cum oleo*: CHIRON 57 quodcumque iumentum . . . ossum . . . fregerit . . ., sollicite curabis cataplasmati[ci]s -is.

oleātus, -a, -um. *ab* oleum. *i. q. confectus, mixtus sim. cum oleo*: VVLG. num. 11, 8 faciens ex eo (*sc. man*) tortulas saporis quasi panis -i (-is, -ii, oleacei *codd. sing.; Itala Lugd.* ex oleo). CAEL. AVR. acut. 2, 37, 208 pultes non -ae.

olēfacio *v.* olfacio. **oleitas** *v.* oletas.

olentia, -ae *f.* [*ab* olens, olere; *cf.* fragrantia. *Sch.*] [*referas ad vol. VI 2, 2268, 41* gravem olentiam PLIN. VAL. 1, 25; *praeterea* PLIN. VAL. 1, 30 = PLIN. med. 1, 28, 8. 3, 12 = PLIN. med. 3, 22, 2.] *i. q. odor*: TERT. adv. Marc. 2, 22 p. 365, 20 animus . . . offerentium ea, quae a deo habebant et pabuli et suavis -ae, gratiae apud deum deputabatur (*l. 16/17* holocausta . . . odoratus est libenter *deus. cf.* suaveolentia).

olenticētum, -ī *n.* [*fort. sec.* senticetum *sim. ad illustrandam notionem vocis* olentica (*n. pl.*) *formatum. Sch.*] *i. q. locus male olens* (*nonnisi plur.; pro convicio de ore*): APVL. apol. 8 lingua mendaciorum . . . praeministra in fetutinis et -is suis iacet. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 1 situ fetidinarum turpium ex -is (ex olenti cenis *et* exolentem cetis *var. ll.*) suis . . . cloacam ventris et oris inhalare sentinam.

olenticus, -a, -um. [*ab* olere (olens). *Sch.*] *nonnisi n. plur.* PAVL. FEST. p. 192 -a mali odoris loca.

olentus: bene redolens GLOSS. II 588, 28. [*fort. ortum ex* rosulentus, florulentus *sim. suffixo per veriloquium ad* olere *revocato. Sch.*]

1. ***oleo,** -uī (-ēvī), -ēre. [*iuxta* odor (*q. v.*) *sicut ex. gr.* caleo niteo *iuxta* calor nitor; *ad sonum* d *in* l *abeuntem cf.* lacruma, lingua *al. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 6, 83 littera commutata dicitur odor, olor, hinc -et et odorari (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 26, 3). *littera* l *in* d *mutata* GLOSS. II 379, 37 ὄζει: odet. *formae perf.* (*testantur* -ui DIOM. gramm. I 319, 20, -ui *et* -evi PRISC. gramm. II 488, 19 sqq.): -ui *sim. inde ab* HOR., PROP., SEN., MART., -evit *non nisi* AVG. in psalm. 90 serm. 2, 13 (*sequitur* implevit). *formas tertiae coniug. testantur* NON. p. 147, 1 DIOM. gramm. I 383, 15 PRISC. gramm. II 447, 14. 479, 4 EVTYCH. gramm. V 486, 24, *adhibent* PLAVT. Most. 42 -ĕre, Most. 268 -ant (-eant *falso codd., cf.* 278

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-eas *codd.; ceterum* Poen. 268 Cornic. frg. 7 POMPON. Atell. 6), AFRAN. com. 177 -at (-it *var. l.; ceterum* GLOSS. V 645, 4), ? PETRON. 50, 7 non -unt (*Bücheler*, nolunt *trad.*, non -ent *Jahn*), ORIBAS. syn. 2, 56, 19 Aa p. 122, 19 Mø. -it (La -et; *ceterum* 4, 1, 2 Aa. 9, 15, 3 Aa). NOT. Tir. 90, 61 -o. 103, 18 -et (130, 58). GLOSS. -o: ὄζω καλόν. πνέω ἐπὶ ὀσμῆς καλῆς. -et: ὄζει. renidet. bene -ens: εὔπνους. εὐώδης. εὔοσμον. *v. etiam s. v.* olesco. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE, LVCIL., AFRAN., POMPON., CIC.; *deest ex. gr. apud* RHET. Her., CAES., SALL., LIV.; *apud* CATVLLVM (61, 7) *et* VERG. *nonnisi part. praes., quod postea in poesi praevalet* (*praeter* MART.). [*it. vet.* olére, *langob. vet.* olér, -ir, *abrut.* holé, olire; *raet. or.* huéli, nulí, nuéli; *francog. vet.* oleir, -oir; *prov. vet.* oler, *prov.* ole, *langued.* norre, nolre *etc., vasc.* oulá; *cat. vet.* oldre; *hisp.* oler, *astur.* (a)goler. *cf. M.-L. 6053. Battisti-Alessio IV 2638. Wartburg VII 341. Corominas III 557 sq. G.*] [*variat in codd. c.* solere *ex. gr.* PLAVT. Truc. 131 QVINT. inst. 8, 1, 3.]

i. q. ὄζειν. SERV. Aen. 7, 705 *verbis mediis adnumerat* (*cf.* SERV. auct. Aen. 1, 436 quidam -ere res vel malas vel bonas, redolere tantum bonas tradunt. *sim.* ISID. diff. 1, 406). *de usu participii praes.* (*cf. l. 9*) *pro adi. v. imprimis iuncturas q. s.* bene (*v. vol. II 2106, 13 sqq.*), grave (*v. vol. VI 2, 2268, 19 sqq.*), suave (*v.* suaveolens) -ens *sim.*

I *accedunt additamenta odorem determinantia*: A *adv.*: 1 bene *sim.*: PLAVT. Most. 273 mulier recte -et, ubi nil -et (*de eodem proverbio*: CIC. Att. 2, 1, 1 bene -ere, quia nihil -bant. MART. 6, 55, 5 malo quam bene -ere, nil -ere. *cf.* PETRON. frg. 24 [= MART. 2, 12, 4] non bene -et, qui bene semper -et. AVSON. 125,2 p. 343 P. nec male -ere mihi nec bene -ere placet). CATO or. inc. frg. 16 (249 M.) culignam in feno graeco ponit, ut bene -at (*v. supra et vol. II 2106, 13 sqq. nota* odorem b. -entem: ITALA Ezech. 16, 19 [Aug. bapt. 3, 19, 27; *gr.* ὀσμὴν εὐωδίας, *Vulg.* odorem suavitatis]). PLIN. nat. 20, 177 iucunde -et *Heraclium* (31, 37 aquae. AVG. c. acad. 3, 11, 26). PS. APVL. herb. 93 l. 21 -ent suaviter *codae herbae pulei.* 2 male *sim.*: PLAVT. Most. 278 male -ere *mulieres* (*v. l. 28. infra p. 544. 32. 35 et vol. VIII 237, 40 sqq.*). HOR. epist. 1, 10, 19 deterius Libycis -et ... herba lapillis? SCRIB. LARG. 42 nares ... graviter -entes (MART. 3, 28, 1. *v. etiam p. 544, 37*). 3 *varia* (*accedit enuntiatum* PLAVT. Most.): PLAVT. Epid. 579 aliter catuli longe -ent, aliter sues. Most. 277 itidem -ent *mulieres*, quasi cum una multa iura confudit cocus. Cornic. frg. 7 face -ant aedes Arabice (PAVL. FEST. p. 28 *ad l.*: id est ex odoribus Arabicis).

B *acc.* (*testatur* CHAR. gramm. p. 386, 23 B. -et unguentum et unguento [DIOM. gramm. I 319, 14 *refellit abl.*]. *accedit dat. l. 57. 83*): 1 *perceptio fit adhibito olfactu* (*partim in imagine; v. etiam* nihil *vel* nil -ere *l. 25 sqq. p. 544, 51*): PLAVT. Asin. 929 anima foetetne ...? :: murram -et (MART. 2, 12, 1 basia. *cf.* VARRO Men. 63 cum alium ac cepe ... verba -rent). Men. 166 odorare hanc ... pallam. quid -et? (170 q. -et? responde! :: furtum, scortum, prandium. Most. 278. SEN. epist. 86, 12 q. ... illos -isse? militiam, laborem, vinum). Most. 42 unguenta exotica (TER. Ad. 117 -et u. de meo. VARRO rust. 3, 16, 6 AMBR. in Luc. 6, 27, 33. *v. etiam l. 43. cf.* EPIST. Sapph. 76 Arabum ... dona. PETRON. 105, 3 patrimonii mei reliquias, *i. vinum et unguenta inde empta*). 268 ne -ant argentum manus (*cf.* PLIN. nat. 32, 14 ferrum. MART. 9, 59, 11 consuluit nares, an -rent aera Corinthon). Poen. 268 servolicolas sordidas, quae tibi -ant stabulum *eqs.* CIC. de orat. 3, 99 magis laudari quod terram quam quod crocum -ere videatur ([*reddit Plin. nat. 13, 21* sapiant, *cf. 17, 38*]. PROP. 4, 1, 16). VERG. georg. 4, 270 grave -entia (*v. vol. VI 2, 2268, 19 sqq. adde*: APVL. mund. 35 pariter ... Panchaeis odoribus et g. -entibus caenis. HEGES. 1, 35, 3. PS. APVL. herb. 110 l. 19 radicem [*gr. 3, 8, 1* βαρύοσμον]. *cf.* CYPR. GALL. gen. 1364 leve [bene *Acidalius*] -entia tura). VERG. (?) catal. 13, 23 -entis nauticum. HOR. sat. 1, 2, 27 (= 1, 4, 92) pastillos Rufillus -et, Gargonius hircum (DOM. MARS. carm. frg. 5[4] h. et alumen. *cf.* MART. 3, 93, 11 cum ... illud -as quod viri capellarum). epist. 1, 19, 5 vina (PLIN. nat. 26, 111. *cf.* 14, 90 [*sec. Catonem*] temetum. IVV. 6, 431 Falernum). PLIN. nat. 16, 153 flore ... -ente lilium (*cf.* SIDON. epist. 4, 16, 1 -et flores *epistula. v. etiam l. 71*). 26, 57 radice ... terram -ente (*v. l. 58 et cf.* AMBR. Iob 4, 1, 3 in odore agri, quem -bat ... Iacob [*sec. gen. 27, 27*]). 29, 36 virus. 32, 9 piscem (AMBR. hex. 5, 2, 6 aut p. ... aut florem). *al.* *acc. personae*: MART. 6, 93, 12 Thaida Thais -et. 2 *perceptio fit sola mente*: PLAVT. Cist. 314 Venerem ... aedes -ent. Truc. 131 -es (soles *P*), unde es, disciplinam. CIC. Q. Rosc. 20 supercilia ... abrasa -ere malitiam. de orat. 3, 44 nihil sonare aut -ere peregrinum (*cf.* QVINT. inst. 8, 1, 3 verba ... alumnum urbis -ant [-at, solet, esse debent *var. ll.*]). nat. deor. 1, 72 nihil ... -et (floret *var. l.*) ex Academia (*sc. Epicurus, nisi* nihil *pro subi., sed v. supra l. 46*). VARRO ling. 5, 74 arae Sabinum linguam -ent. IREN. 2, 14, 2 (2, 18, 2 H.) dogmatibus ignorantiam et irreligiositatem -entibus. AMBR. Ioseph 13, 75 qui ... terrenum nihil -ret in terris. PS. PHOEBAD. fid. prol. p. 33D obstinatio culpam -et. SIDON. epist. 5, 17, 1 tibi ... Musas -emus. *pro obi. est enuntiatum*: CIC. orat. 154 illud non -et, unde sit, quod dicitur ...?

C *abl.* (*? accedit ex p. 543, 41. 77*): PROP. 4, 7, 32 cur nardo flammae non -uere meae? (*cf.* MART. 3, 65, 6 ture quod ignis -et). OV. met. 5, 405 -entia sulphure ... stagna ([DIOM. gramm. I 319, 14 *ad l.*: vitiose 'hac re -o']. VAL. FL. 8, 348). MART. 9, 61, 15 -uere lares comissatore Lyaeo (*i. vino*). TERT. apol. 40, 7 -et adhuc incendio terra *Sodomorum*. CHAR. gramm. *v. p. 543, 43 sq.*

II *sine additamentis*: A *praedicatur mera emissio odoris*: 1 *boni*: PLAVT. Cas. 236 unde hic ... unguenta -ent? (*cf.* MART. 13, 101, 2 istud *unguentum*). Truc. 354 ut -et *puella*. CATO agr. 156, 3 indito *in sucum brassicae* ... cumini ... tantum, quod -at. AFRAN. com. 177 quin illa stacta longeque et multis -at. VERG. ecl. 2, 11 herbas ... -entes (CIRIS 370). georg. 1, 188 ramos ... -entes. 4, 31 -entia late serpulla. Aen. 11, 138 (137) cedrum. PRIAP. 51, 21 mentam ... -entem (OV. met. 10, 729). ELEG. in Maecen. 133 casias ... -entes. OV. ars 1, 95 pascua. 3, 690 ros maris et lauri nigraque myrtus -ent. PLIN. nat. 13, 13 donec desinat -ere (colere, calere, colore *var. ll.*) *megalium*. 21, 28 folia eius *calthae* -ent, non flores (*cf.* STAT. silv. 1, 2, 21 -enti ... nimbo *florum*. DRAC. Romul. 2, 138 quidquid floris -et). 21, 36 rosa. STAT. Theb. 12, 622 -entis ... Hymetti (*cf.* silv. 4, 9, 40 cereos -entes). MART. 2, 16, 3 Sidone (*i. purpura Sidonia*). 2, 29, 5 pinguis coma (*cf.* TERT. resurr. 42 p. 87, 26 capillos). 14, 146, 1 cervical. *al.* *in imagine de odore virtutis sim.*: AVG. in psalm. 90 serm. 2, 13 l. 40 (*ad Itala cant. 1, 3* odorem unguentorum) -vit *Christus* (*cf.* 140, 5 l. 18 nihil est delectabilius odore domini; sic -ant omnes, qui credunt). GREG. M. in cant. p. 175, 30 -ent ... in humanis naribus *virtutes falsae*. moral. 33, 59 -ent ... per simulationem iustitiae *heretici* (*sub taedae imagine, cf. antea*: taeda ... odorem ... suavem habet). 2 *mali*: PLAVT. Men. 864 leonem vetulum, -entem, edentulum. Poen. 244 nisi multa aqua ... macerantur, -ent *muriatica*. CATO agr. 157, 3 *cancer*. VERG. georg. 2, 134 ora ([SERV.: putentia, id est δυσωδίαν oris. SERV. auct.: subaudiendum male -entia]. CELS. 2, 7, 21 MART. 12, 85, 1. *al. cf.* CHIRON 384 -bit ei spiritus [*inde* VEG. mulom. 2, 117 os ei graviter -bit]). 3, 564 membra. HOR. epod. 10, 2 -entem Mevium (PORPH.: pro putido). sat. 1, 2, 30 -enti in fornice. carm. 1, 17, 7 -entis ... mariti (PORPH.: male -ent, id est faetent; -entis ergo non simpliciter accipiendum, sed pro graviter -entis. *item de hirco*: MART. 14, 140 [141], 1. *cf.* CALP. ecl. 5, 68 hircorum ... -entes ... barbas. AVIAN. fab. 13, 12 hircus -ens). OV. Pont. 2, 10, 25 -entis (-entia *var. l.*) stagna Palici. COLVM. 10, 112 -entia late ulpica (*cf. l. 13*). LVCAN. 6, 537 favillas (*cf.* PLIN. nat. 20, 203 ut extinctum ... -at *opium*. TAC. Germ. 45, 5 flammam). 7, 821 -entes (dolentes *Z m. sec.*) ... agros. PETRON. 50, 7 non -unt (*Bücheler*, nolunt *cod.*, non olent *Jahn*) vitrea. *in imagine*: TAC. dial. 22, 5 quaedam *in oratione* ... arceantur ut iam oblitterata et -entia, nullum sit verbum velut rubigine infectum *eqs.* PRVD. perist. 2, 288 cicatrix criminum -et ... ut antrum tartari. 3 *incertae qualitatis*: LVCR. 4, 701 quod -et non tam facile esse ... investigare, in qua sit regione locatum. AVG. conf. 10, 10, 17 si -erunt (soluerunt, voluerunt *var. ll.*) *res*, per nos (*sc. nares nostras*) transierunt. CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 43, 17 olfactum ... olfactu non capimus, quia nihil -et olfactus).

B *praedicatur praesentia odore prodita, cognoscenda*: PLAVT. Amph. 321 -et homo quidam malo suo (*i. cum suo damno*). Aul. 216 aurum huic -et (QVEROL. p. 24, 4 R. 25, 27. 48, 11). Mil. 1258 nescio ubi hic prope adest ...; -et profecto. :: naso ... plus videt quam oculis.

deriv.: olax, olentia, olenticus, 2. oletum, olidus, ? olitio. *cf.* olentus.

compos.: adoleo (*vol. I 794, 31*), beneolens, exoleo, graveolens, ? inoleo, oboleo, olfacio, peroleo, praeoleo, redoleo, suaveolens, suboleo.

2. oleo, (olēre). [*simplex fictum ab* abolere *videtur. Sch.*] -eri: deleri GLOSS. IV 544, 23. V 316, 5. 377, 2 (oliri).

? **oleomeli** *et* **oleomela** (ISID.). [*gr.* ἐλαιόμελι *in parte priore sermoni Latino adaptatum. Sch.*] [PLIN. nat. 15, 32 *var. l. vol. V 2, 321, 73.*] *i. q. elaeomeli*: DIOSC. 1, 33 p. 22, 13 M. de oleo meli. oleu (*M*, oleum *B*) meli de Palmiria ... nascitur ex arvore, que oleum facit in saporem similem melli. p. 22, 17 quod oleo meli conficitur et de pinguedine oleorum. ISID. orig. 17, 7, 11 oleomela (*DK*, olomella *T*, elaeomeli *ed. Areval.*) nascitur in Palmyra ...; ex eo ita appellata quod ex trunco oleum defluat in crassitudinem mellis.

oleoselīnon *v.* heleoselinum. *adde*: ISID. orig. 17, 11, 1 (eoleosilenon *T*). 17, 11, 3 (oleumsilenon *T*).

? **oleospānum,** -ī *n. coaluit ex* oleum (Hi)spanum (*cf. p. 551, 22*). PS. DIOSC. herb. fem. 59 (58) l. 11 -i optimi dragm. XI.

oleōsus, -a, -um. *ab* oleum. 1 *i. q. continens oleum*: PLIN. nat. 27, 106 semen -um *herbae q. d. myagros* (*cf. Diosc. 4, 116* λιπαρόν). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 174 pultes ... non -ae, ac potius siccae vel ex oleo viridi confectae. 2 *i. q. olei qualitatem, aspectum sim. habens*: PLIN. nat. 28, 134 -um naturā *butyrum* (*cf. 11, 239* in eo olei vim esse. *Diosc. 2, 72, 1* δυνάμεως ... ἐλαιώδους). CAEL. AVR. chron. 5, 3, 56 -am (*Drabkin*, -um *Sichard*, -a *Rovilly*) veluti adipis qualitatem simulans *urina*. CASSIOD. var. 12, 14, 5 exormiston *piscis* ... -o ac suavi liquore coagulatum.

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oler- *v.* holer-.

olesātrum *i. holus atrum, v. vol. VI 3, 2864, 59 sqq. adde* ORIBAS. syn. 9 add. p. 400, 18.

olēsco, -ēvī, -ere. [*simplex fictum ab* adolescere, exolescere *sim. videtur. Sch.*] PAVL. FEST. p. 5 exoletus qui excessit -endi id est crescendi modum. FEST. p. 309 suboles ab -endo id est crescendo. GLOSS. -o: αὐξάνομαι. αὔξομαι. cresco. GLOSS. V 508, 31 -vit: crevit, grandevit vel turbat (*cf. Gloss.*[L] *V Aa o 363* oblivit: obturat), putet (*cf.* 1. oleo). GLOSS.[L] V Aa o 44 ⟨-vit⟩: crevit (*suppl. André, RevPhil. 33, 1959, 242*). NOT. Tir. 103, 21 (= 130, 61) -it (*inter* olidum *et* olefacit). [*coni. dub.*: ALC. AVIT. epist. 50 p. 79, 6 *v. vol. VI 2, 2047, 14.*]

olētās, -ātis *f.* [*pro* *ole-etās *ab* olea *sicut* olīvitas *ab* olīva; *suffixo* -tāt- *subest sensus priscus, sc. potius collectivus ut in* cīvitās '*summa civium*'. *Sch.*] *vulgo corrigebant* oleit-. *i. q. actio oleae cogendae vel olea coacta* (*cf.* olivitas): CATO agr. 68 ubi vindemia et -as (oleta *a m*) facta erit, prela extollito. 144, 2 omnes iuranto ... sese oleam non subripuisse ... ea -e (oleatate *codd.*). 144, 5 accessiones ... accedent oleae ..., olei ... in tota -e.

olethrios, -on, ὀλέθριος. PS. SORAN. quaest. med. 95 quid est -on nosema? aegritudo, qua omnia pessima inferuntur modico aut multo tempore.

olēto, -āvī, -āre. [*ab* 2. oletum, *cf.* color: colorare, stercus: stercorare. *Sch.*] olit- *var. l.* CONC., -ārit FRONTIN. *i. q. oleto inquinare* (*translate* CONC.): FRONTIN. aq. 97 (*e lege incerta*) ne quis aquam -to ... si quis -arit, ... multa esto; ⌞-to videtur esse olidam facito⌟ (*secl. Bücheler*). CONC. Aquil. a 381 Ambr. epist. 8, 59 p. 934[B] se -vit (collut- *Migne 62, 447*[C], olit- *cod. Paris., v. Kauffmann, Aus d. Schule d. Wulfila 60*) perfidia *Palladius haereticus*.

1. olētum, -ī *n.* [*ab* olea, *cf.* olīvētum. *Sch.*] ISID. diff. app. 65 pometa quasi maleta, ficeta et -a. *invenitur non nisi apud* CATONEM (*et* PLIN. nat. 17, 127, *ubi Catonis locus affertur; alibi Catonis* -um *in vocem q. e.* olivetum *mutatur*). [*var. l.* TAC. ann. 14, 47, 2 *infra p. 546, 27.*] *i. q. olivetum*: CATO agr. 1, 7 quarto *praedii loco est* -um (*inde: Varro rust. 1, 7, 9* quartus *ager*, ubi oliveta *sunt. Plin. nat. 16, 176* Cato adtribuit priorem ... *locum* quam olivetis *salici*). 3, 5 iugera -i CXX. *ibid.* -um bonum beneque frequens cultumque. 6, 2 ager -o conserundo ... bonus (*inde: Varro rust. 1, 24, 1* agrum oliveto conserundo *eqs. Plin. nat. 15, 21* spectare oliveta in favonium [*sim.: 17, 128. 18, 337*]). 10, 1 -um ... instruere (*cf. Varro rust. 1, 18, 1* olivetum. *inde etiam: ibid.* de olivetis. *1, 18, 3* CCXL iugera oliveti. *1, 18, 5* dimidium oliveti. *1, 19, 1* in oliveti CCXL iugeris. *1, 22, 3* oliveti iugera CCXL). 44 -um (*Jordan*, olivetum *trad.*) ... putare (*Plin. nat. 17, 127* olivetum). 61, 1 qui -um ... altissi⟨me miscebit⟩ *eqs.* (*suppl. Iucundus sec.* PLIN. nat. 17, 127, *ubi item* -um [olivetum *d E*]).

2. olētum, -ī *n.* [*ab* olere. *Sch.*] *i. q. res male olens* (*de stercore humano*): VERANIVS Paul. Fest. p. 203 (= GLOSS. V 574, 11) sacerdotula in sacrario ... fecit -um (PAVL. FEST. [= GLOSS.] *ad. l.* -um stercus humanum). PERS. 1, 112 veto quisquam faxit -um.

deriv.: oleto.

[a]**oleum,** -ī *n.* [*vocem* oleum *e gr.* ἔλαιϝον, *vocem* olīva *e gr.* ἐλαίϝα *Romani prisci ita mutuati sunt, ut soni eisdem legibus mutarentur atque in* deus *iuxta* dīva; *postea ad analogiam haud aliter quam* dea *et* dīvus *etiam* olea *et* olīvum *fingebantur. Sch.*] *de orig.*: SERV. georg. 2, 63 olea est arbor ipsa, unde derivatio est -um (= ISID. orig. 17, 62. *sim.* SERV. Aen. 6, 225). *scribitur* hilus ORIBAS. syn. 7, 43 La p. 184, hol- *v. Vulg. ed. comm. pontif. IV 451. XIII 264*, -lei- ORIBAS. syn. 9, 40 (71) add. Aa p. 343, -li- PS. ASPER gramm. suppl. 43, 27 *B.* ORIBAS. syn. 1, 19, 15 Aa p. 68, 16 Mφ. 6, 6, 7 Aa p. 101. 6, 26, 5 Aa p. 112. *al.*, oli *gen.* CIL IV 4610. *generis neutr. semper in scriptis bonae aetatis* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 194, 31 *inter* nomina generis neutri, quae in numero plurali aptota esse reperiuntur); *masc.* -us ITALA Agg. 2, 13 (Ps. Tit. epist. l. 554; *gr.* ἔλαίον, VVLG. -um) *et* ORIBAS. (*v. Mørland, Oribasiusübers. 68, 2; iuxta* dulcis ... stipticus *eqs.*: eup. 2, 1 E 3 Aa La; roseus: syn. 2, 19 Aa p. 103, 9 Mφ. *sim. saepe*); *? accedit pron. vel adi. masc.*: ITIN. Anton. Plac. recc. A (*G*). B 42 qui (ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 Aa La. syn. 5, 26, 2 Ab. *al. cf.* GREG. TVR. Mart. 1, 2 p. 588, 5 eum [p. 588, 8 ORIBAS. syn. 6, 26, 6 Aa. *al.*]). APIC. 1, 27 viridem ([*EVCP*, viride *T*]. 5, 190. 191. 192. *al. cf.* RVF. podagr. 25 veterem. *sim. al. v. etiam l. 65 sq.*); *fem.* DIOSC. 4, 64, 4 cum -o amydalina. *de formis: in nom. et acc.* -o *vel* -u *saepius apud scriptores aetatis cadentis* (*imprimis* DIOSC.). *numerus sing. tantum (testibus compluribus inde a* VARRONE ling. 9, 66; 9, 67 *explicat*: si ... discrimina magna essent -i ..., dicerentur sic -a ut vina. *sed v. l. 62) praeter* -orum: DIOSC. epist. p. 13. 15. *notatur (ut vid.)*: ol CIL IV 1455[a.d]. 6925. 6926. 8156[a]. NOT. Tir. 98, 74. *de notione*: PLIN. nat. 15, 9 olivae sucus -um est (*cf.* PROB. Verg. georg. 2, 425 ex qua *oliva* premitur -um, quod ἔλαιον vocatur). CAPER gramm. VII 99, 8 (*sim.* ISID. orig. 17, 62) olea arbor est, oliva fetus, -um liquor. ORIBAS. eup. 2, 1 E 3 Aa eleon id est -um ex olivis. GLOSS. -um: ἔλαιον. *legitur inde a* PLAVTO (*vix* ENNIO, *v.* SERV. auct. Aen. 3, 384 in annalibus legitur 'confricati -o lentati *eqs.*'), LVCIL., CATONE, CIC., CATVLLO, BELL. Afr., VARRONE, SALL. hist. frg. 4, 61, VERG., HOR.; *de poetarum usu* (*vocum q. s.* -um *et* olivum) *v. etiam sub* 1. olivum. [*tusc. vet.* (*Sena Iulia*) oglio, *tusc. mer.* ǫlo, *apul.* uddźə, *venet.* òio, ògio; *sard. centr.* ódzu, *mer.* óllu. *ceterae ling. rom. nonnisi formas doctas vel inde ortas exhibent: it.* olio, *pedem.* ǫ̈li, *langob.* ǫ̈li; *raet. occ.* ǫ̈li, *or.* wẹ́li; *francog. vet. et med.* oile, *francog.* huile; *francoprov. vet.* oylo, huelo; *delph. vet.* olio, uelio; *prov. vet.* oli (*item in cunctis dial. francog., francoprov., prov.*); *cat.* oli; *hisp.* olio; *port.* oleo. *cf. M.-L. 6054. Battisti-Alessio IV 2639 sq. Wagner II 200. Wartburg VII 341 sq. Corominas I 21. III 558. Machado II 1618 sq. G.*] [*variat in codd. c.* olea *saepius*, olet SEN. nat. 2, 53, 2 PLIN. nat. 31, 91.]

i. q. ἔλαιον, (*resp. gr., quod fere non adnotavimus; cf. Blümner Technol. I*[2] *332 sqq. Pease, RE XVII 2454, 3 sqq.*).

CAPVT PRIVS: ***proprie.***

1 *de* -i *usu*: **A** *pro merce*: **1** *variis modis inter homines transfertur*: PLAVT. Pseud. 213 si mihi non ... -um deportatum erit. CATO agr. 5, 3 -um mutuum dederit nemini (VLP. dig. 14, 6, 7, 3). 58 dato ... uni cuique *eqs.* (67, 1 -i sextarios. 145, 2. 146, 1. LIV. 25, 2, 8 congii -i in vicos d. *et saepe*). 67, 2 nequid -i subripiatur (145, 2 -um ... *non* s. *factores. cf. ibid.* -um ne tangito *factor*). CIC. Verr. II 4, 62 mittit homini munera ...: -i, vini, quod visum est (*cf.* LIV. 21, 55, 1 -o ... misso [PLIN. nat. 15, 3. *al.*]). BELL. Afr. 97, 3 centenis milibus pondo -i ... multat. PERS. 6, 50 popello largior. TAC. ann. 14, 47, 2 praebitum ... -um equiti *eqs.* (SVET. Nero 12, 3. VOPISC. Aurelian. 48, 1 -um et panis et porcina gratuita. *al.*). SVET. Iul. 38, 1 populo praeter ... -i libras ... nummos ... viritim divisit (CIL XI 6520, 12). IVLIAN. dig. 13, 1, 39, 1 stipulatus est (45, 1, 59 VLP. dig. 45, 1, 75, 5). GAIVS dig. 7, 5, 7 si ... -i ... usus fructus legatus erit (VLP. reg. 24, 27. *cf.* PAVL. dig. 33, 6, 4 pondus -i ... legatur. DIG. 33, 6 rubr. de ... -o legato). 13, 3, 4 si merx aliqua ... petita sit veluti ... -um (*cf.* IVLIAN. dig. 18, 1, 39, 1 petere ... quinque pondo -i. VLP. dig. 12, 6, 26, 5 [*ex Marcello*] modium -i esse repetendum. GELL. 17, 8, 8 -um petis? VOPISC. Aurelian. 7, 5 nemo exigat. SPART. Pesc. 3, 6 extorsit). 28, 8, 6 si ... in hereditate sit ... -um. *al.* **2** *aestimatur, emitur, venit sim.*: PLAVT. Pseud. 221 -um hau magni pendis, vino te deungis (*cf.* COLVM. 12, 52, 20 pretio viridis -i. GAIVS dig. 13, 4, 3 quam varia sint pretia ... -i *eqs.* PAVL. dig. 35, 2, 63, 2 nec ... tantidem Romae et in Hispania -um aestimabitur. SERV. auct. georg. 2, 519 -um Sicyonium magno in pretio est). CATO agr. 2, 7 vendat -um, si pretium habeat (CIC. Verr. II 3, 18 -i decumas. PLIN. nat. 15, 19 strigmenta -i. VLP. dig. 14, 3, 5, 15 VVLG. IV reg. 4, 6. *v. etiam l. 49. cf.* VARRO frg. Non. p. 547, 20 venditant. PLIN. nat. 15, 2 -i librae ... veniere [GAIVS dig. 18, 1, 35, 5]. ORIG. in Matth. ser. 64 p. 149, 9 -i venundati). 22, 3 trapetus emptus est ... et -i p(ondo) l(ibra) *eqs.* (VLP. dig. 14, 3, 5, 14 ad vendendum emendumve -um. 19, 1, 32 CHAR. dig. 50, 4, 18, 5. *cf.* PLIN. nat. 18, 273 coemisse [*Cic. div. 1, 111* omnem oleam]). VAL. MAX. 7, 6, 6 uti vi milibus denariis singula vasa -i ... permutarentur. PLIN. nat. 15, 2 -i denas libras singulis assibus praestitit. 18, 17 assibus singulis ... fuisse ... -i pondo X. PLIN. epist. 10, 23, 2 quam *pecuniam* ... erogare in -um. PAVL. dig. 33, 6, 4 -um legatario solvere. *gen. obi.*: ORIG. in Matth. ser. 64 p. 149, 19 -i venditores. CIL VI 1935, 8 mercatori -i Hispani.

B *pro materia* (*adhibenda vel mutanda*): **1** *generatim* (*iuncturis verbalibus adiunximus affines nominales*): **a** *per abl.*: **α** *pendet ex verbis unguendi, implendi sim.* (*adi. l. 68. 73. 76. p. 547, 2, subst. l. 80*): ⓘ *abl. nudo*: CATO agr. 76, 2 panno -o uncto (84 catinum. 90 manum. HOR. sat. 2, 3, 125 caules -o meliore caputque. 2, 5, 86 cadaver u. -o largo. *et saepe. cf.* CATO agr. 162, 3 perunguito *pernam* [*ibid. iterum.* CIC. Tusc. 1, 113 corpora. VARRO rust. 2, 1, 23. *et saepe*]. CELS. 6, 6, 34[A] inungui ... -o vetere. *sim. al.*). 116 lentim -o perfricato (CELS. 3, 27, 3[B] manibus puerilibus potius quam virilibus. 4, 13, 3. *cf.* FRG. inc. Serv. auct. Aen. 3, 384 confricati. SCRIB. LARG. 133 fricantem totum corpus). VARRO Men. 393 iuvenis ... nitidus -o (*cf.* CVRT. 9, 7, 20 nitens). frg. Non. p. 21, 7 pellis bubulas -o perfusas (VERG. Aen. 5, 135 umeros -o perfusa *iuventus*. OV. trist. 3, 12, 21 p. est -o labente *iuventus*. CELS. 1, 3, 10 corpus et caput. *al. cf.* COLVM. 12, 59, 3 superfundito). CELS. 2, 17, 9 replentur *fomenta* (4, 6, 4 utriculos. 7, 26, 5[C] hapsus lanae. *al. cf.* 4, 2, 7 implere caput [SEN. nat. 1, 12, 1 *pelves. al.*]). 8, 3, 10 lana sucida (*cf.* COLVM. 7, 4, 5 insucanda *lana* [7, 5, 18]). 8, 7, 3 linteolum ... madens (8, 10, 1[F] pannus [COLVM. 6, 12, 2]. CVRT. 9, 7, 16 *athletam*. PETRON. 98, 7. *al. cf.* SER. SAMM. 465 madidus. 630 madefit). COLVM. 6, 11 linamentis ... -o imbutis (6, 14, 7 *colla*. 6, 16, 2 linteola. 12, 19, 6 *vasa*). *al.* ⓘⓘ *accedunt praepos.*: ex: CELS. 1, 3, 5 corpus ... perfricare ex -o (6, 6, 8[C]. 8, 10, 7[O]. *al. cf.* 3, 9, 1 frictio ... ex -o [3, 11, 2 contenti ... una frictione, etiam ex quolibet -o, sunt]. PLIN. nat. 31, 103 ex -o ... infricatus *sal*). 3, 11, 2 manibus unctis ex vetere -o (PLAC. med. 2, 15 rec. *a* unguat pedes. *cf.* PLIN. nat. 20, 109 asparago trito ex -o perunctum pungi ab apibus negant [*nisi ad p. 547, 49*. 20, 171 peruncto homine. 25, 118 perunctos. 27, 52.

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.]). 3, 23, 6 corpus ... ex -o vetere ... permulceatur. 5, 26, 23^{H} lanam sucidam (7, 1, 2 PLIN. nat. 29, 126. *al.*). 6, 4, 3 inlinunt adurentia ex -o *areis* (PLIN. nat. 20, 50. 51. 55. 252. *et saepe* [*v. etiam infra l. 74*]. *cf.* PLIN. nat. 22, 103 circumlinitur). SCRIB. LARG. 56 auriscalpium cum lana ex -o ... imponere (PLIN. nat. 20, 214. 21, 140. *al.*). PLIN. nat. 21, 157 inspersum ex -o ambustis *thymum*. 29, 32 vellera ... ex -o madefacta. *al.* cum: CELS. 3, 21, 10 uti frictione ... cum -o et quibusdam calefacientibus (*cf.* PLIN. nat. 20, 15 cum -o si infricetur *colocynthis* [20, 197 *sacopenium* infricatur]). 4, 12, 1 imponendus ... pulvis cum -o (PLIN. nat. 22, 34. 23, 148). 6, 7, 7^{C} infundendum ... in aurem castoreum cum ... laureo -o (COLVM. 6, 6, 3 cum -i hemina faucibus i. 6, 8, 2 per nares. PLIN. nat. 20, 137. 180. *et saepe. cf.* COLVM. 12, 53, 1 musti ... sextarios ... cum -i pondo octoginta in id confundi. 12, 58, 3 oxymeli cum exiguo -o superfunde *siseris radicem*). COLVM. 6, 15, 2 pice ... cum -o ... cornua ... linuntur (*cf.* 6, 17, 6 linire [6, 26, 4]. 6, 17, 9 circumliniendus erit oculus. PLIN. nat. 20, 8 inlitum [21, 116. 23, 69. 78. *et saepe*]). 6, 17, 8 radix ... cum -o lentisci inuncta (PLIN. nat. 26, 61. *cf.* 20, 74 perunctos [23, 124. 24, 23. 155. *al.*]. VEG. mulom. 1, 11, 8 ungendi ... cum ... -o). *al.* in: CELS. 8, 8, 1^{C} linteolum ... in vino et -o tinctum (8, 10, 1^{E} pannis. PLAC. med. 6, 1 rec. *α* lanam ... tinctam ... in -o. *cf.* rec. *β* lana ... intincta in -o). PLIN. nat. 20, 240 semine madefacto. ITALA deut. 33, 24 (Lugd.) intinguet in -o misericordia pedum (*gr.* ἐν ἐλαίῳ, VVLG. tinguat in -o pedem). psalm. 22, 5 cod) 136 Cas.) pinguasti in -o caput (*gr.* ἐν ἐλαίῳ, VVLG. impinguasti in -o. de: ANTHIM. 21 unguat ... de -o *ficatum porcinum*.

β c. verbis coquendi, miscendi sim.: ① *abl. nudo*: CATO agr. 90 -o tangito depsitoque *far*. VITR. 7, 9, 3 ceram ... -o temperatam (PLIN. nat. 29, 50 -i ... mensura pari. MARCELL. med. 22, 4 APIC. 3, 69 [3, 4, 3 M.]. *al.*). SCRIB. LARG. 38 hoc *medicamentum* -o diluitur (82. 112. 206. 207. *al.*). 39 infervefactae *bestiolae*. 82 ad ignem liquefacere (206. 255). 263 solvuntur igne et -o (PELAGON. 269. *cf.* PLIN. nat. 14, 123 resina ... dissolvitur [22, 48]. 24, 34 resolvitur resina). PLIN. nat. 14, 81 adustis *uvis*. 16, 248 viscum ... subactum (32, 34 [*inde* PLIN. med. 2, 25, 6 ex ... -o temperatus]. 32, 126. *al.*). 19, 143 maceratis *caulibus* (21, 15. 121). 20, 167 decoctum *ami* (29, 90. 32, 113. *cf.* 26, 157 cocta [APIC. 8, 395 = 8, 8, 1 M.]. 28, 220 incoctum [35, 175]). *al.* ⓘⓘ *accedunt praepos.*: in: VARRO ling. 5, 107 in -o cocti *globi farinae* (CELS. 6, 7, 1^{D} PLIN. nat. 12, 109. 23, 16. *al. cf.* CELS. 5, 27, 13^{A} decoctis [PLIN. nat. 15, 27. 20, 139 farina. 192 *anesum. et saepe*]. SCRIB. LARG. 118 incoquere rutam. PLIN. nat. 29, 108 discocunt). PLIN. nat. 15, 30 sucis in -o maceratis expressisque (25, 135). 19, 112 tritum *alium* (21, 129. 23, 148. 27, 138. *al. cf.* 20, 257 contrita [24, 73. 25, 134. 136. *al.*]). 20, 52 *miscuit alium. al.* ex (*v. etiam l. 35*): VITR. 7, 1, 7 calx ex -o subacta (8, 6, 8 PLIN. nat. 32, 111. *al.*). PAVL. FEST. p. 98 crustulum ... ex -o coctum (CELS. 5, 17, 2^{B} SCRIB. LARG. 156. 160. *al. cf.* PLIN. nat. 22, 71 decocta [24, 43. 25, 39. 26, 64. *al.*]). CELS. 5, 27, 6 contritum *alium* (*cf.* PLIN. nat. 21, 182 trita *radice* [26, 23 proserpinaca cum muria ex ... -o trita. *al. v. etiam p. 546, 83*]). *al.* cum: CELS. 3, 6, 16 cum -o miscentur *nitrum vel sal* (6, 1. COLVM. 6, 38, 1 cum ... -i turis semuncia marrubii sucus. SCRIB. LARG. 40. *al. cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 42 commiscitur [Ps. APVL. herb. 131 l. 47]). COLVM. 6, 4, 2 marrubium deterunt cum -o (PELAGON. 350. *cf.* COLVM. 6, 17, 4 conteras [PLIN. nat. 23, 156]. PLIN. nat. 17, 266 trito [20, 206. 223. 23, 125. *et saepe*]). 6, 13, 1 cunila ... et sulphur ... incoquuntur (*cf.* arb. 14 coquito [SCRIB. LARG. 81. 157. 217. 219. *et saepe*]. PLIN. nat. 20, 190 decocti [21, 126. 22, 123. 127. *al.*]). SCRIB. LARG. 203 resinae pondo dua cum -i ... pondo dextante liquefacta (204. 216. 267. *al.*). 245 adiciatur. 269 macerantur. PLIN. nat. 20, 91 subfervefactus *cinis*. 20, 170 temperata *cunila*. 23, 156 calfacere (30, 24. 26). 26, 104 limus ... subactus (28, 185 MARCELL. med. 36, 11. *al.*). *al.*

γ varia exempla: ① *abl. nudo*: CELS. 3, 7, 2^{A} in ... accessionibus *febris* -o et aqua refrigerandus est *aegrotus*. COLVM. 6, 7, 4 -o curantur *vulnera*. 6, 17, 5 animal ... -o mersum necatur (PLIN. nat. 11, 90 mersis *scorpionibus*. *cf.* SCRIB. LARG. 80 -o ... necati [PLIN. nat. 11, 279 -i adspersu necantur]. PLIN. nat. 11, 66 -o ... omnia insecta exanimantur). PLIN. nat. 8, 28 -i potu tela ... decidere. 9, 56 gustu -i ... gaudent aluntur que *pisces* (STAT. Theb. 6, 847 -o gavisa cutis). *al.* ⓘⓘ *accedunt praepos.*: ex: CELS. 2, 25, 1 olus ex -o ... estur (PLIN. nat. 20, 82. 24, 52. *al. cf.* CELS. 4, 26, 8 rubi ... cacumina ... ex -o ... adsumpta. PLIN. nat. 19, 108 ex -o ... vescendo *porro*. 23, 30 potum [25, 99 potum inlitumve]). PLIN. nat. 20, 141 ignem sacrum ex ... -o *ruta emendat* (32, 105. 111. *al. cf.* 20, 260 proficit. 26, 164 sanat [28, 222. 30, 80. *al.*]. 28, 41 medetur. 29, 30 sucidae *lanae* plurima praestant remedia ex -o. *sim. al.*). 22, 138 ex ... -o ... mollit collectiones *panis*. 26, 110 e ... -o a somno matutino refrigerat *plantaginis sucus. al.* cum: CELS. 4, 20, 2 ducitur *alvus* ... tisaniae cremore cum -o. COLVM. 6, 10, 2 porri ... sucus cum -o ... remedium est (*cf.* PLIN. nat. 23, 6 cinis vitium ... fistulas ... persanat, ... contusas ... partes ... cum -o, ... canum plagas cum -o. 24, 115 aerugo ... emendat ... ulcera cum -o. 30, 109 medetur. *sim. al.*). SCRIB. LARG. 189 passo cum -o poto (PLIN. nat. 20, 218. 23, 166. *al. cf.* 20, 145 bibuntur [27, 53]. 24, 139 estur ut olus cum -o *clematis*. ANTHIM. 21 manducent cum -o *porcina ficata*. PALLAD. hist. mon. I 44 p. 330^{A} olera cum -o ... sumere). PLIN. nat. 20, 180 aperit ... strumas cum -o *Heraclium*. 22, 35 cum -o sudorem ... ciere *urticam. al.* in: COLVM. 12, 49, 8 olivae ... leguntur et in -o quam optimo servantur (PLIN. nat. 30, 121 fimi candidum. *cf.* 29, 124 fimum ... candidum ... adservant). PLIN. nat. 20, 18 antidoti vim habere in ... -o *semen rapi*. 20, 175 *origani* usus ... in ... -o. 20, 226 in -o et vino sumptis *malvarum foliis* (*cf.* 23, 124 cineris cyathus ⟨in⟩ singulis *cyathis* ... -i *bibitur*. VLP. dig. 33, 9, 3, 1 ea, in quibus esse [*i. edere*] solemus: -um *eqs.* ANTHIM. 54 in ... -o comedantur *asparagi*). 20, 251 emendat ... thoracis ... vitia clystere in -o *farina seminis lini* (*cf.* 30, 110 nervorum nodis ... cinis in -o cyprino *medetur*). 22, 50 radix in -o non fundit ... sucum. 30, 58 membrana gallinarum ... data in -o. *al.*

b *per acc.* (*passive nom.*): *α* -um *adhibetur: bibitur, editur in ore fertur*: CATO agr. 100 metreta -um non bibet ([*inde*: PLIN. nat. 15, 33 ne bibant -um *dolia*]. PLIN. nat. 23, 83 PLIN. med. 2, 8, 3. *cf.* CELS. 5, 27, 11 epoto. COLVM. 12, 52, 17 testa combibit. SCRIB. LARG. 194 *poto* [198. PLIN. nat. 29, 59 cyatho -i p.]). COLVM. 12, 49, 11 ne possint -um sorbere *vasa*. SCRIB. LARG. 200 adsumere. PLIN. nat. 29, 109 in ore habendum (= PLIN. med. 1, 5, 2. *cf.* 32, 68 ore contineant. PLIN. med. 1, 5, 3 in ore ... tenendum [PLAC. med. 27 rec. *β*]). ITALA deut. 12, 17 (Lugd.) non poteris manducare ... decimas ... -i tui ([VVLG. comedere, *cf.* 14, 23 comedes]. Ezech. 16, 13 [cod. 176] similam et -um ... manducasti [VVLG. comedisti, *inde ut vid.* HIER. epist. 54, 11, 2 comede]). EPIST. Alex. l. 102 H. gustando (PEREGR. Aeth. 28, 4). *al.* *miscetur, additur sim.*: CATO agr. 117 addet (119. 156, 5. 7. 157, 9. 158, 2. *et saepe*). CELS. 1, 3, 5 cui *aquae* paulum -i sit adiectum (2, 12, 2^{E} adiecto ... -o. 2, 33, 2. 3, 9, 1. 4, 16, 4. 6, 6, 15^{B}. *et saepe*). 1, 3, 27 si aquā miscetur (3, 6, 14 PLIN. nat. 24, 22. 28, 140. *et saepe*). 5, 24, 2 -i tantundem, resinae ... simul incoquuntur. COLVM. 6, 30, 4 *immixtum* vino (SCRIB. LARG. 243). 6, 32, 1 urticae semine et -o detritis (*non deteritur ipsum -um, sed semen in -o, cf.* SCRIB. LARG. 189 ex ruta tritum [MARCELL. med. 29, 57. *al. v. etiam p. 549, 1*]. 206 cera et -o super ignem liquefactis [270. *cf.* 265]). SCRIB. LARG. 265 *cera* et -i cyprini sextarius ... liquefiunt ceterisque commiscentur (PRISC. perieg. 317 -o commixto gignitur herba [*ex* SOL. 21, 4 inficiatur -um *herba*]. *al.*). *al.* *ingeritur, infunditur*: CELS. 4, 20, 3 in alvum ex parte inferiore tres ... cyathos ... -i dare (4, 24, 4 -um d. SCRIB. LARG. 180). 4, 22, 3 ex inferioribus partibus ... infundere (6, 7, 7^{A} COLVM. 6, 18, 1. 6, 30, 3 in fauces. 6, 30, 4 supra ilia *eqs.* 6, 33, 1. *al.*). 8, 10, 7^{E} ingerendum *in fascias* (CVRT. 7, 5, 7 oribus). COLVM. 6, 14, 7 -o ... instillato (MARCELL. med. 9, 118 auriculae). PELAGON. 82 per nares deicis (= VEG. mulom. 2, 129, 12 defunde). APIC. 4, 125 (4, 2, 5 M.) mittes in caccabum -i uncias III (4, 128 [4, 2, 8 M.] in patinam. 4, 151 [4, 2, 31 M.]. *al.*). 8, 369 (4, 6, 11 M.) in caccabum ... adicies. *al.*

β -um *conficitur, tractatur, mutatur* (deterere, terere, liquefacere *miscendo v. supra l. 34 sqq.*): CATO agr. 65, 1 -um viride sic facito (*ibid.* quam acerbissima olea -um facies. 65, 2. 145, 2. 3 COLVM. 12, 52, 1. 12, 54, 1 ad unguenta. PLIN. nat. 1, 15, 6. *et saepe*). HOR. sat. 2, 8, 45 -o, quod prima Venafri pressit cella (COLVM. 12, 52, 22 PLIN. nat. 12, 192 PROB. Verg. georg. 2, 425). VITR. 6, 6, 3 non ... debet -um congelari, sed tepore caloris extenuari (COLVM. 12, 52, 12). CELS. 3, 12, 5 calefacto (COLVM. 6, 30, 3 PLIN. nat. 21, 163 23, 86. 30, 26. *al.*). COLVM. 11, 2, 83 viride -um efficere. 12, 50, 1 conficiendi (12, 52, 1. 2. 6. 7. 13. *al.*). 12, 52, 11 eliquare (12, 53, 2. *al.*). *ibid.* ventilatur et quasi exercetur, ... amurca liberatur. 12, 52, 12 resolvit -um et separat ab omni vitio (*sc. sal coctus*). 12, 54, 2 expressum (PLIN. nat. 6, 161. 12, 129. 161. 13, 8. *al.*). SCRIB. LARG. 215 *coquitur* (PLIN. nat. 28, 167. APIC. 3, 64 in se. 8, 398). 15, 18 sale vindicatur a pinguedinis vitio. 15, 128 gigni. 37, 143 suffervefactum. *al.*

c *per nom.* (*v. etiam supra l. 37*): CELS. 1, 3, 27 *refrigerat* (2, 33, 3 *iuxta* reprimunt). 2, 21 mali ... suci sunt ... omnia acria ..., -um. 2, 33, 5 valentior ... farina est ..., -um, magisque si vetus est (*c. adi.* [*et* esse] *item*: 3, 27, 1^{D} aptissimum. 4, 11, 8 inimica. PLIN. nat. 23, 77 efficacius. 13, 19 utilius [15, 31. 23, 86. 157. 32, 110]. *al.*). 3, 15, 5 medicamenta sunt -um, frictio (6, 7, 1^{D}. *cf.* CVRT. 9, 10, 2 remedio fuit. 28, 50 -o medicinam *faciente*. HIER. tract. in psalm. I p. 238, 25 sunt remedia vitae ... vinum et -um). 3, 19, 2 id praestat (*i. sudorem prohibet*) acerbum -um (MARCELL. med. 12, 39. CASSIOD. in psalm. 140, 6 nitorem pariter et salutem). 5, 3 concoquunt et movent pus ... adeps, -um. 5, 4 aperiunt tamquam ora in corporibus ... propolis, -um vetus *eqs.* 5, 5, 2 *purgat ulcera* (PLIN. nat. 23, 85. *cf.* COLVM. 6, 32, 3 expurgant *pix et -um* [PLIN. med. 1, 3, 3]). 5, 15 *mollit*. COLVM. 12, 53, 2 quotidianam unctionem praebere. SCRIB. LARG. 180 prodest ... -i cyathus. *al.*

d *per dat.*: CELS. 1, 3, 5 cui -o vinum ... sit adiectum (3, 16, 2 a. calfacientia [3, 22, 5]. 4, 19, 3 nitrum). 3, 27, 1^{D} nitrum ... -o mixtum (5, 28, 15^{D}. COLVM. 6, 14, 1 pari -i mensurae. SCRIB. LARG. 175. *al. cf.* PLIN. nat. 30, 35 fimum ... vino et -o permixtum [*aliter*

[*Kuhlmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. med. 1, 16, 7 fimus . . ., vinum, -um in unum trita]). 12, 52, 22 aptari -o *fisci*. 12, 56, 16 -o novo praeparantur *vasa*.

2 *speciatim*: **a** *proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. 253*): *α de opera perdita* (*in mera imagine praeter l. 7. 10. 12 sqq.; locutiones affines*: SEN. nat. 4, 13, 9 unguentarios Lacedaemonii urbe expulerunt . . ., quia -um disperderent. MART. 3, 58, 25 nec perdit -um . . . palaestrita): PLAVT. Poen. 332 -um et operam perdidi (*sc. ancilla frustra unguentis usa*). CIC. Att. 2, 17, 1 haec . . . non deflebimus, ne et opera et -um philologiae nostrae perierit. fam. 7, 1, 3 in quibus *athletis* ipse Pompeius confitetur se et operam et -um perdidisse. HIER. epist. 57, 12, 3 completur in me tritum vulgi sermone proverbium: -um perdit et impensas, qui bovem mittit ad ceroma. *ludunt cum proverbio de lucubratione loquentes* (*cf. infra l. 36*): CIC. Att. 13, 38, 1 ante lucem cum scriberem . . ., de eodem -o et opera exaravi nescio quid ad te. IVV. 7, 99 perit . . . plus temporis atque -i plus. AVSON. 34, 6 p. 310 P. nolo otia perdere Musae, iacturam somni quae parit atque -i (34, 8 perdere s. a. -um). *β de augendo effectu* (*per comparationem infra l. 32. 34. 50*): HOR. sat. 2, 3, 321 adde poemata . . . hoc est -um adde camino (PORPH.: ⟨est⟩ usus vulgari proverbio: -um in incendium). LACT. inst. 6, 18, 19 tamquam perfusa -o tantum excitabit incendium *inprobitas*, ut *eqs.* QVEROL. p. 21, 19 R. si aliquis meis aedibus facem subiciet, iuberesne me -um infundere? HIER. in Eph. 5, 18 p. 528A non mittendum super flammam -um nec naturalem carnis ardorem fomentis voluptatis augendum. epist. 22, 8, 2 quid -um flammae adicimus? (125, 1 igni). RVRIC. epist. 2, 25 ut . . . -um incendio superfundam. OROS. hist. 4, 12, 8 stilicidium istud -i . . . extinxit fomitem tanti ignis an aluit?

b *ad usum luminis, ignis sim.* (*v. etiam sub a et c*): CIC. Cato 36 nisi tamquam lumini -um instilles (*cf.* PETRON. 22, 6 infuderat [CLAVD. DON. Aen. 6, 225 p. 539, 15]. PLIN. nat. 37, 48 -o addito [LAMPR. Alex. 24, 6]. HIER. epist. 77, 7, 1 quasi -um flammae adiciens [AVG. in epist. Ioh. 8, 11 tanquam]). phil. frg. V 74 gliscit illa *libido* ut ignis -o (*cf.* PLIN. nat. 2, 29 luminibus accensis liquore -i. 37, 81 ignis -o accensi. CLAVD. DON. Aen. 11, 785 p. 530, 21 naturali suco tamquam -o . . . inceditur *ignis*). VARRO Men. 573 -um in lucubrationem servabimus (*cf.* SEN. epist. 95, 21 non minus pervigilant *viris feminae*, non minus potant, et -o et mero viros provocant). VERG. georg. 1, 392 scintillare -um (*inde* DRAC. laud. dei 1, 530. *item de -i in lucerna motu sim.*: SEN. nat. 4, 2, 29 -um illo fluit, ubi exuritur [*sim.*: VINDIC. med. 25 *ut* flamma -um ducit ad se]. APVL. met. 5, 23, 4 evomit . . . stillam ferventis -i *lucerna* [*cf.* 5, 26, 5 lucerna fervens -um rebullivit]). VITR. 8, 1, 5 lucerna . . . -i . . . plena (*cf.* APVL. met. 2, 11, 3 ut . . . -o lucerna . . . abundet. 5, 20, 2 lucernam . . . completam -o. CLAVD. DON. Aen. 7, 10 p. 7, 6 ['odoratam'] fomento tamquam -o madida *cedri materia*. PRVD. cath. 5, 13 -i rore madentibus lychnis). PLIN. nat. 31, 46 lucerna sine defectu -i restincta (*cf.* HEGES. 3, 12, 3 restinguere incendium -i). APVL. met. 2, 24, 5 -um . . . luci sufficiens (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 30, 4 *in lucernis mechanicis* -i pinguedo non deficit). 9, 36, 3 quod -um flammae . . ., hoc . . . iste sermo truculentiae . . . nutrimento fuit (*cf.* HIL. in psalm. 140, 9 -um . . . luminis pabulum est. AVG. civ. 21, 4 p. 493, 24 D. -um quod . . . fomes est ignis). EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 4 exemplo luminis . . ., quod . . . -um . . . peredit (*gr.* τροφήν).

c *in usu sacro*: *α in sacrificiis*: VERG. Aen. 6, 254 super -um fundens ardentibus extis ([CLAVD. DON.: infusum ut aris inposita facilius exurerentur]. DECRET. decur. Pis. de L. Caesare [CIL XI 1420] 22 super *hostias* . . . urnae . . . -i fundantur. VVLG. lev. 2, 1 super *similam* [2, 6]. 2, 15 supra *primitias*. num. 5, 15 supra *farinam*). FEST. p. 253 pollucere merces ⟨quas cuivis deo⟩ liceat, sunt far, polenta . . . et -um *eqs.* p. 309 (*ex Stilone et Cloatio*) subuculam . . . vocari, quod dis detur ex alica et -o et melle. VLP. dig. 24, 1, 5, 12 si -um . . . in aede sacra posuerit. VVLG. exod. 29, 2 crustula . . . conspersa . . . -o (29, 23. 40. lev. 2, 4 panes. 2, 5 similae. *al.*). 29, 2 lagana . . . -o lita (lev. 2, 4). 35, 8 -um ad luminaria concinnanda *offerat* (35, 28. lev. 14, 12 o. eum *agnum* pro delicto -ique sextarium. *cf.* num. 18, 12 medullam -i . . . tibi *deo* dedi. *sim. al.*). lev. 5, 11 non mittet in eam *similam* -um . . . quia pro peccato est. 7, 12 lagana . . . uncta -o (num. 6, 15). *β in unctione, aspersione sim. sacra* (*ap. Iudaeos et Christianos praeter p. 550, 21; cf.* -um divinae unctionis TERT. resurr. 26 p. 63, 13, sanctae unctionis VVLG. lev. 10, 7 [21, 12], unctionis *et sim. saepe; fere* [*praecipue ap. Christianos*] -um *antea benedicitur*): ① *in universum*: TERT. bapt. 7 p. 206, 29 egressi de lavacro *baptismi* perungimur benedicta unctione de pristina disciplina, qua ungi -o . . . solebant *sacerdotes* (ITALA psalm. 44, 8 [Iren. 4, 33, 11 = 4, 45, 1 H. *al.* = VVLG.] -o laetitiae [*v. p. 552, 52*]. Sirach 48, 18 -o sancto [HIER. psalt. sec. Hebr. 89, 21 VVLG. num. 35, 25 PSALT. Rom. 88, 21. *al.*]. VVLG. exod. 40, 9 tabernaculum. RVFIN. Orig. in lev. 12, 4 p. 462, 20 -o dei [p. 462, 25]. *cf.* ITALA psalm. 44, 8 [Firm. err. 23, 2] -um. 88, 21 [Aug. civ. 17, 9 p. 226, 27 D.] in -o sancto [VVLG. -o]. RVFIN. hist. 1, 3, 2 compositione quadam mystica consecrati -i . . . perungebatur. *sim. al.*). ITALA gen. 28, 18 (Aug. civ. 16, 38 p. 187, 2 D.) superfudit

-um in cacumen eius *lapidis* (VVLG. fundens -um desuper). lev. 21, 10 (Rufin. Orig. in lev. 12, 3 p. 458, 12) cui infusum est -um chrismatis super caput (VVLG. -um unctionis. *cf.* Ps. AVG. neoph. 4 p. 1211 [= MAX. TAVR. bapt. 3 p. 777D] impleto . . . baptismate caput vestrum chrismate, id est -o sanctificationis, infundimus). psalm. 140, 5 (Optat. 4, 7 p. 112, 11) -um peccatoris non ungat (transferat *cod. 136 Cas.*) caput meum (PSALT. Rom. non impinguet. *inde*: OPTAT. 1, 7 p. 9, 15 cuius *peccatoris* -um fugiendum sit. 4, 1 p. 102, 11. 4, 3 p. 104, 15 -um timeri [4, 5 p. 107, 9. 4, 7 p. 112, 8. 17]. 4, 7 p. 112, 7. 15). *al.* ② *de sanando aegroto sim.* (*de mortuo resuscitando l. 17[?].20*): TERT. Scap. 4, 6 per -um . . . curaverat *Proculus Severum*. ITIN. Anton. Plac. rec. A 42 pro grande benedictione tollitur *-um petrinum*. HIER. vita Hilar. 32 benedicto . . . -o . . . tangentes vulnera (VITA Melaniae [BHL 5885] 60 p. 34, 18 t. de -o labia *mutae*. *cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 394A benedicens -um . . ., ex quo . . . contingens oculos . . . visum recepit). 44 filiam de morte liberaverat unctione -i (*cf.* CASSIOD. compl. in Iac. 5, 12 -i sancti perunctione concessa salvet eum). RVFIN. hist. mon. 1 p. 393D benedicens -um dabat, ex quo peruncti sani fierent (AVG. civ. 22, 8 p. 573, 31 D. p. 577, 2 revixit *mortuus*. CAES. AREL. serm. 50, 1 VITA Caes. Arel. 1, 43. 49. 2, 21). *al.* ③ *de arcendo incantamento* (*ut vid.; cf. Wünsch, RhM. 55, 1900, 265*): TAB. devot. Audollent 250A, 21 pertranseas omne remedium . . . omnem tutamentum et omnem -um libutorium.

II *de -i natura*: **A** *spectat ad qualitates* (*exempla selecta*): **1** *communes* (*saepe in comparationibus*): PLAVT. Poen. 1236 canem faciam tibi -o tranquilliorem (*proverbialiter. cf.* PLIN. nat. 2, 234 omne *mare* -o tranquillari). CELS. 5, 28, 12F pingue et -o non dissimile *pus* (*cf.* PLIN. nat. 31, 82 bitumen liquidum . . . -o simile [32, 83 pinguedo *adipis delphini* similis -o]. 37, 77 oleagini *berulli*, hoc est colore -i. *sim. al.*). PLIN. nat. 4, 31 amnem . . . sed -i modo supernatantem . . . abdicat (*cf.* SOL. 5, 22 -um supernatat. *de eadem re*: 12, 123 innatat [15, 25. 33, 95]. AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 33, 5 si vellet deus sub aqua -um . . . manere. serm. 93, 4, 5 -um supereminet. CAES. AREL. serm. 29, 2 -um omnibus humoribus superius). 15, 19 -o natura *est* tepefacere corpus et contra algores munire, eidem fervores capitis refrigerare (*sim.* 23, 80. *cf.* GELL. 17, 8, 12 calorificum est neque minorem *vino* vim in corporibus calefaciendis habet [*inde* MACR. Sat. 7, 12, 29 ignitum]. HEGES. 3, 12, 3 quamvis huiusmodi -i natura sit, ut cito calescat et serius conceptum deponat calorem *eqs.*). 17, 234 pix, -um, adeps inimica . . . novellis *arboribus* (*cf.* 18, 152 contraria seminibus [*sc. eadem ut supra*]. 19, 65 -um odere *cucumeres*. 19, 66 -um refugiunt *idem*). 24, 3 -um solum calci miscetur (*cf.* 31, 91 cum . . . non nisi -o resolvatur *flos salis. sim. al.*). GELL. 17, 8, 8 congelascere (*ibid. iterum. cf.* MACR. Sat. 7, 12, 29 gelu stringitur. *ibid.* concrescere).

2 *peculiares* (*quaedam infra l. 73 allata etiam huc spectant et in vicem*): CATO agr. 3, 2 olea ubi lecta siet, -um fiat continuo, ne corrumpatur (BELL. Afr. 43. COLVM. 5, 8, 4 -um saporis egregii . . . vetustate corrumpitur. GAIVS dig. 13, 6, 18, 3. *cf.* COLVM. 1, 6, 18 fumo et fuligine sapor -i corrumpitur [12, 52, 4]). 3, 3 si cito sustuleris *oleas* . . ., -um viridius et melius fiet (HOR. sat. 2, 3, 125. *al.* bonum: CATO agr. 3, 4. *al.* optimum: CATO agr. 65, 1. *al.*). 3, 4 foetidum fiet (VARRO rust. 1, 55, 6). 64, 2 olea quae diu fuerit in terra . . ., inde . . . fiet . . . deterius *-um* (PLIN. nat. 15, 21). 66, 1 si utetur *vaso aeneo*, -um male sapiet (*cf.* COLVM. 12, 49, 10 boni saporis -um. MACR. Sat. 7, 12, 11 si . . ., -o . . . sapor suavior conciliatur? *v. etiam l. 51 et 62*). HOR. sat. 2, 2, 59 cuius odorem -i nequeas perferre (*cf.* SEN. nat. 2, 53, 2 teter post fulmen odor est). CELS. 2, 33, 5 si vetus est (3, 11, 2. 3, 23, 6. 3, 27, 1D. *et saepe. nota* MARCELL. med. 36, 53 veteris rancidi). COLVM. 1, 6, 18 si congelatur, fracescit. 12, 52, 6 saporem -i vitiat *nucleus* (*cf.* PLIN. nat. 15, 9 si . . . copiosi imbres accessere, vitiatur -um in amurcam. 15, 20 pingui *solo* . . . vitiari eius *oleae* -um). 12, 52, 21 quo commodior gustus -i fiat. SCRIB. LARG. 269 purum (CHIRON 865. 983 VVLG. exod. 27, 20. lev. 24, 2 p. ac lucidum. III reg. 5, 11. *al.*). PLIN. nat. 15, 16 Italicis *olivis* transmarinae praeferuntur in cibis, cum -o vincantur *eqs.* (*cf.* 37, 202 nusquam est praestantius *quam in Italia* -um). 23, 77 acrius efficaciusque. 23, 79 utilissimum esse . . . quam maxime recens, nisi vetustissimum quaeritur. *al.*

b *e verbo*: **α** *acc.* (*desunt hic loci l. 34. 47. 55. 57. 74 allati* [*huc etiam l. 28?*]): PLAVT. Pseud. 301 eme die caeca ... -om, id vendito oculata die (*cf.* IVVENC. 4, 217 ut ... mercentur -um). LVCR. 6, 1073 *misceri* (*cf.* SER. SAMM. 760 iungis). VERG. Aen. 6, 225 fuso. HOR. carm. 1, 8, 8 vitat. IVVENC. 4, 203 portare (*ad Vulg. Matth. 25, 3* oleum. *cf.* CYPR. GALL. lev. 204 praestabit [*ad Vulg. lev. 21, 10* unctionis oleum]. SIDON. carm. 5, 44 fert [VEN. FORT. Mart. 4, 35]). PAVL. NOL. carm. 19, 471 stuppa ... perarida ... conderet in noctem consumpto lumen -o (*cf. infra l. 30*). **β** *abl. vel dat.* (*partim in imagine infra l. 32*): VARRO frg. Char. gramm. p. 176, 20 B. (*ex Romano*) -o et oxo ... fieri. CATVLL. 6, 8 Syrio fragrans -o. CIRIS 144 inverso bibulum restinguens (restringens *var. l.*) lumen -o (*i. non iam verso novo, postquam consumptum est vetus? cf. Paul. Nol., qui imitatur hunc locum, carm. 23, 150* consumpto bibulum defecerat unguine lumen. *v. etiam l. 25*). HOR. sat. 1, 6, 123 unguor (SYMPH. 141. PRVD. perist. 4, 102 in palaestra arte virtutis fideique -o [oliva *var. l.*] unctus [*sc. palaestrae et baptismatis*]). 2, 4, 50 quali perfundat pisces ... -o (SIL. 3, 324 invento ... Libyen p. -o *Minerva.* CYPR. GALL. gen. 1089 [*ad Vulg. gen. 35, 14* effundens oleum]. lev. 204. *cf.* AVSON. Mos. 136 perductum tergora -o *silurum*). PROP. 3, 17, 31 cervix manabat. GRATT. 395 permulce vulnus. PERS. 2, 64 casiam dissolvit. 3, 44 oculos ... tangebam. VAL. FL. 6, 358 bovis exuvias ... frangit -o. SIL. 14, 137 splendescere. STAT. Theb. 6, 576 pingui ... cutem fuscatur -o. SER. SAMM. 48 lumbrici ... miscentur -o (*cf.* 888 sociatur. NEMES. cyn. 199 Bacchi latices Tritonide -o [*codd., conicitur vario modo*] admiscere). 334 caules ... spargis. 782 decoctum viscus (*cf.* PRVD. perist. 10, 758 frixum *filium*). 1059 demersa ... ficus. IVVENC. 1, 607 crinem nitefactus (*cf. Vulg. Matth. 6, 17* unge caput). 4, 211 flammas ... componere. PRVD. perist. 10, 859 alunt ... faces. PAVL. NOL. carm. 23, 129 flavet -o *lucerna vitrea.* MARCELL. med. carm. 25. INSCR. christ. Diehl 2440, 14 (*a. 518*) accenso -o sponsum praestolata (*ad Matth. 25, 1 sqq.*). **γ** *acced. praepos.*: HOR. sat. 2, 4, 64 simplex *ius* e dulci constat -o. SER. SAMM. 25 in lento madefacta ... -o *papavera.*

c *ex adi.*: AVIEN. ora 495 insula ferax -i (*nisi ad* olivus, *cf. p. 564, 74 et vol. VI 1, 488, 72 sqq.*).

2 -um *subi. est* (*hic non inveniuntur loci l. 68. 71. 72. 76 allati*): LVCR. 2, 392 tardum cunctatur -om. PRVD. ham. 358 numquid equus, ferrum ... -um in se vim sceleris, cum formarentur, habebant? tituli 80 omnia conveniunt Christo, elamys atque corona ... -um (*sc. benedictionis*). CYPR. GALL. lev. 224 ut praestet flammatum lumen -um (*cf. Vulg. lev. 24, 2* oleum de olivis).

B *speciatim de lucubratione* (*non nisi* MART. CAP.; *acced. imago medicaminis* 3, 224): MART. CAP. 3, 224 demonstrabat *Grammatica* ... quendam gratissimum gustum vespere multo -oque laboratum, quo ... canoras *voces* etiam fieri posse memorabat. 6, 570 (vers.) artes cura vigil per te *Pallada* quod discat -o. 6, 576 plurimum affatimque -i, quantumque palaestras perluere ... sponsi (*i. Mercurii*) ipsius posset, ... perdidi.

epitheta notabiliora (*vel adi. vel partic.*): CATVLL. 6, 8 Syrio. LVCR. 2, 392 tardum (*cf.* SER. SAMM. 25 lento). 2, 850 inolentis (*cf.* PROP. 3, 17, 31 odorato. IVVENC. 4, 412 late fraglantis). 6, 1073 leve. VERG. ecl. 5, 68 pinguis (OV. met. 10, 176 STAT. Theb. 6, 576 SER. SAMM. 952 IVVENC. 4, 211). georg. 2, 466 liquidi (IVVENC. 4, 217 CYPR. GALL. gen. 1089 exod. 1119. *cf.* PAVL. NOL. carm. 23, 143 stagnantis. CARM. de pond. 95 labentis). MORET. 111 Palladii (*cf.* NEMES. cyn. 199 Tritonide. AVSON. Mos. 136 Actaeo). HOR. sat. 2, 4, 64 dulci. GRATT. 395 tenui. PERS. 2, 64 corrupto. SER. SAMM. 782 nitido (CYPR. GALL. lev. 204). 888 leni. SYMM. epist. 3, 23, 1 viridis (*cf.* CYPR. GALL. num. 135 viridantis).

? **2. olīvum,** -ī *n.* *pro* oliva. *i. q. oliva* (*fructus*): DIOSC. 1, 114 p. 58, 14 M. olivas ... adhibita ... purgat; aqua, in qua -a ipsa condiuntur, gingibis prodest (*cf. gr. 1, 105, 4* ὁ ... ἐκ τῆς ἅλμης χυλὸς αὐτῶν [*sc.* τῶν ἐλαιῶν] διακλυζόμενος).

olīvus, -ī *f.* (*m. ?*). *pro* oliva, *cf.* 2. oleus. [*de arbore: it.* ulivo, o-; *francog. vet.* olif; *langued.* ouliéou, ulíu; *cat.* (*Roussillon*) oliu; *hisp.* olivo. *cf. M.-L. 6058. Battisti-Alessio IV 2642. V 3946. Wartburg VII 346 sq. Corominas III 558. G.*]

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. oliva (*arbor, cf.* AVIEN. *p. 568, 51*): PRVD. apoth. 342 silvestris -i surculus (*cf. 340* oleastro [*de Rom. 11, 17 sqq.*]; *in fine versus ut semper* oliva). ORIBAS. syn. 7, 20 La p. 155 -i folia (*Aa p. 154* olivae, *gr. 7, 20, 17* ἐλαίας). eup. 2, 1 E 4 Aa p. 467 eleas id est olibus. eleas id est olibus arbor (*La* oliva, *gr.* ἐλαίας, *v. etiam s. v.* 2. oleus). *ibid.* thalli ... sunt ... olivi (*Ab As* [*v. Thomas, Mél. Havet 519*], olivae *Aa La*) cimas. *Kuhlmann.*

ōlla, -ae *f. v. s.* 1. aula.

ollaber *et* **ollaner** *pron. demonstr. f.* [*voces obscurae. Sch.*] COMMENT. augur. Varro ling. 7, 8 -ber (ullaber *trad.*) arbos quirquir est ... templum tescumque m(ea) f(inis) esto in sinistrum; -ner arbos quirquir est ... templum tescumque m(ea) f(inis) esto dextrum. *v. praecipue Norden, Aus altröm. Priesterb. 59 sqq., quem in textu constituendo secuti sumus; Latte, Philol. 97, 1948, 152, 1; Pisani, Hommages Niedermann 1956, 271 sq. cf.* olle.

ōllāris, -e. *ab* olla. *i. q. ad ollam pertinens*: COLVM. 12, 45 tit. de -bus uvis (12 capp. 34 u. -es [coll- *pars codd.*] quemadmodum componantur. STAT. silv. 4, 9, 42 MART. 7, 20, 9). MARCELL. med. 35, 23 oesypi -is (*addas, nisi recentiora*: PLIN. VAL. 3, 14. 3, 15).

neutr. subst. **ōllāre,** (-is). *i. q. ollarium* (*plur.* -a *v. sub* ollarium): CIL VI 23613, 5 emer⟨unt⟩ -e pat⟨rono⟩.

ōllārius, -a, -um. *ab* olla. [*val.* olar; *francog. vet.* olier, *med.* oulier, *pict.* oulier; *delph. vet.* oler, *delph.* ollié, uiyē, *prov. vet.* olier, oliyer, *prov.* ourier; *cat.* oller; *hisp.* ollero; *port.* oleiro. *cf. M.-L. 6060. Wartburg VII 351. Corominas III 559. Machado II 1618. G.*] *i. q. ad ollam pertinens*: PLIN. nat. 34, 98 *de temperatura aeris*: novissima est, quae vocatur -a, vase hoc nomen dante *eqs.*

masc. subst. **ōllārius,** (-ī). *i. qui ollas facit, figulus*: ORIBAS. syn. 7, 20, 15 La lotum ab -is (*gr.* πηλῷ κεραμικῷ, *cf. Aa* loto ceramico).

neutr. subst. **ōllārium,** (-ī). *scrib.* oli- CIL VI 21852, 11. *? abbrev.* ollar CIL VI 2258 X 756 INSCR. NSc. 1914 p. 386, 13. *abl. plur.* -ris CIL VI 14936 (= 34090), 6.

i. q. caverna in pariete aedis, in qua ollae cinerum reponuntur, columbarium (*iuxta ponitur vel respondet* columbarium *l. 38. 41*): *acc. sing.*: CIL XIV 1106, 7 Herennuleia ... accepit ... columbarium unum ... -um secundum A. Herennuleius. *abl. sing.*: CIL XIV 1214, 2. *nom. et acc. plur.*: CIL VI 8136, 4. 10250, 20 in qua *macerie* -⟨a⟩ sunt (*cf.* 23400, 3 in hoc pariete quae sunt columbaria totius parietis sive -a). EPIST. donat. Artemid. (CIL VI 10241) 7 -a n(umero) IIII ... mancipio accepit M. Herennius. CIL VI 10275, 6. 17565, 10. 17703, 3. 21852, 11. 27571, 5 X 756 XIV 3932, 3 Canusius ... -a libertis ... suis fecit. *abl. plur.*: CIL VI 10259, 3. 14936 (= 34090), 6.

ᵃolle (-us), -a, (*?* -ud) *pron. demonstr.* [olle *forma primaria recentioris* ille (*sc. novatae per analogiam sec.* iste is idem ipse), *ut docent osc.* ulum úlam '*illum illam*', úlleis *m. et* ulas *f.* '*illius*', *umbr.* ulu ulo '*illuc*' *nec non lat.* ultra uls ulter ultimus, *cf.* olim. *Sch.*] *de orig.*: SACERD. gramm. VI 452, 11 antithesis est litterae pro littera commutatio ut -i pro illi (*sim.*: CHAR. gramm. p. 350, 17 B. CONSENT. gramm. p. 8, 15 N. PRISC. gramm. II 25, 22). *de scriptura*: PAVL. FEST. p. 19 ab oloes dicebant pro ab illis; antiqui enim litteram non geminabant. *item per unam* l: INSCR. column. rostr., LVCR. 5, 382 (*var. l.*). *al. dat. vel abl. plur.* -eis *in* LEGE Corn. *et* LEGE vic. Furf., -oes PAVL. FEST. (*v. supra*). *formae leguntur sing. nonnisi masc. nom.* -e *in* LEGE reg., -us *in formula praeconis p. 570, 7* (*bis*). DON. Ter. Andr. 855, *masc. acc.* -um DON. Ter. Andr. 855 veteres, quod nos illum dicimus, ... -um dicebant (*sim.* Ad. 260), *masc. abl.* -o VARRO ling. 7, 42 VIRG. gramm. suppl. 199, 1; *fem. abl.* -ā VARRO ling. 7, 42; *dat. communis* -i *inde ab* ENNIO. *plur. masc. nom.* -i *inde ab* ENNIO, *masc. gen.* -⟨or⟩um INSCR. column. rostr., *acc.* -os *et* -a CIC. leg.; *dat. vel abl. communis* -is *inde ab* ENNIO. *de notione*: VARRO ling. 7, 42 -i valet dictum illi. PAVL. FEST. *v. l. 53.* DON. *v. l. 59.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 562, 25 (*adn.*) -i aliquando ponitur pro tunc illi. GLOSS. -i: illi aut cui aut tunc. *al.* (*v. etiam s. v.* olli). [*confunditur in codd. c.* ille *passim. e coni. dub. vel falsa*: LIV. ANDR. trag. 29 LVCR. 4, 791. 6, 475. *al.*]

i. q. ille: **I** *in legibus, formulis* (*usurpatur tam pro subst. quam pro adi.; afferuntur omnia*): **A** *usu anaphorico*: **1** *e duobus indicatur prius*: LEX reg. Fest. p. 230 si parentem puer verberit, ast -e plorassit ⌊paren⟨s⟩⌋ (⌊⌋*del. Mueller, fort. recte*), puer ... sacer esto. CIC. leg. 2, 21 *augures iis* qui ... agent rem duelli ... auspicium praemonento -ique obtemperanto. 2, 22 ⟨bo⟩nos leto datos divos habento; sumptum in -os ... minuunto. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 25 *cum principes possent retinere* quae ali instituissent ..., tamen -i *male instituta non servaverunt.* **2** *opponuntur* is ... -e: LEX Corn. de XX quaest. (CIL I² 587) 1, 5 *quaestor* eam pequniam ei scribae scribeisque ... solvito, idque ei ... facere liceto ... -eisque hominibus eam pequniam capere liceto. **3** *vario usu*: INSCR. column. rostr. (CIL I² 25) *Duilius vicit* copias Cartaciniensis praesente⟨d ...⟩ dictatored -⟨or⟩um. CIC. leg. 3, 7 suntoque aediles curatores ... annonae ludorumque ... -isque *is* *primus gradus honoris esto.* 3, 8 *consules* nemini parento; -is (*Stephanus,* oius *vel* ius *trad.*) salus populi suprema lex esto. 3, 9 auspicia patrum sunto -ique ec se produnto *interregem.* *huc potissimum pertinet formula praeconis* (*in qua Sonny, Glotta 6, 1915, 63 sqq.* -e *indefinite accipiendum esse contendit; sed adversantur verba Varronis, qui diserte affirmat ipsa haec verba recitari vel dici*): VARRO ling. 7, 42 -a centuria; ... -us leto datus est. FEST. p. 254 -us (*Ant. Augustinus,* illius *trad.*) quiris leto datus.

B *usu determinativo*: **1** *sequitur enunt. relat.*: CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 10 (*ad manes sim.*:) *uti vos eas urbes* consecratas ... habeatis -is legibus, quibus ... sunt ... hostes devoti (LEX arae Iovis Salon. [CIL III 1933] 6 *hanc aram* -is l. -isque regionibus dabo dedicaboque, quas ... dixero. *cf. l. 19*). CIC. leg. 2, 19 divos ... colunto et -os, quos endo caelo merita locaverint (*resp.* eos, qui). *ibid.* -a, propter quae datur homini ascensus in caelum. 2, 21 nocturna ... sacrificia ne sunto praeter -a, quae pro populo ... fient. 3, 11 -os ..., quos censores in partibus populi locassint. **2** *sequitur* uti: LEX vic. Furf. (CIL I² 756) 3 *Aienus, Baebatius* aedem dedicarunt ... -eis legibus illeis regionibus, utei extrema ⟨f⟩unda⟨menta sunt⟩ lapide facta *eqs.*

II *in poesi* (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 25 *de Vergilii verbis priscis*: -i ... et quianam ... adspergunt illam ... vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. *usurpatur pro subst. praeter* ENN. ann. 306; *extra hexametros non nisi* AVIEN. ora 358. 377; *nil omisimus nisi quaedam* LVCRETII, VERGILII, AVIENI): **A** -i (*nonnisi anaphorice*): **1** *dat. sing.*: **a** *refertur ad animantes* (*de astris sim. v. sub b; ponitur fere aut in principio et enuntiati et hexametri aut rarius in fine hexametri; alibi non nisi* VERG. Aen. 12, 300 IVVENC. 1, 399 AVIEN. Arat. 1043 PRVD. ham. 139): **α** *introducitur responsio*: ENN. ann. 33 -i respondit rex Albai Longai (119). VERG. Aen. 5, 358 Nisus '...' inquit '...'; et simul ... ostentabat ...; risit pater ... -i. IVVENC. 2, 14 scriba ... pariter poscebat abire; -i Christus ait (2, 252. 4, 525). -i *subsequitur eius, ad quem refertur, orationem rectam* (*sic fort. iam* ENN., *v. supra*): VERG. Aen. 1, 254 *post Veneris ad Iovem verba*: -i subridens hominum sator *eqs.* (9, 737. 12, 829). 4, 105 *post Iunonis ad Venerem verba*: -i ... sic contra est ingressa Venus. 6, 321 *post Aeneae ad Sibyllam verba*: -i sic ... fata est ... sacerdos. 12, 18 *post Turni ad Latinum verba*: -i ... respondit ... Latinus (IVVENC. 1, 27. 2, 134. 2, 265. 3, 110).

β *varia*: VERG. Aen. 5, 10 ut pelagus tenuere rates ..., -i *Aeneae* caeruleus supra caput adstitit imber. 5, 284 Sergestum Aeneas ... munere donat ...; -i serva datur. 10, 744 eduxit *Mezentius Orodis* corpore telum; -i dura quies oculos ... urget (*item* 12, 309). *al.* SIL. 1, 104 non ille *Hannibal* ... Massylae palluit iras ...; -i permulcens genitor caput *eqs.* IVVENC. 1, 399 *consistere in* iugis sensit fallacia Christum, ostendens -i (illi *var. l.*) ... regna. AVIEN. Arat. 920 si quis *a prora in puppim it* ..., via carpitur -i cursibus inceptis contraria. 1043 signi *visum circumferat* ..., ⟨s⟩ex -i partis *eqs.* AVSON. 325, 90 p. 113 P. *Venus pulsat Cupidinem*; -i purpureum ... rorem sutilis expressit ... rosa. SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 4 vers. 21 cum primis ... ponemus Proculum ...; -i semper amor veri. PRVD. apoth. 305 fecit ... hominem deus et dedit -i (illi *var. l.*) ora dei. ham. 139 ars -i (illi *V*) *patri scelerum* captare feras. 544 deus indidit -i *animae* ingenium purum. CYPR. GALL. exod. 197 *Moses manum* deprompsit; et -i in speciem revoluta suam. CE 1398 (= INSCR. christ. Diehl 4754), 3 -i *mortuo* ... aetas *est acta.*

b *refertur ad rem* (*ponitur saepius aut in fine hexametri aut ante dihaeresin bucolicam, in principio hexametri non nisi* IVVENC. *et* AVIEN. Arat. 1046): IVVENC. 3, 659 -i *arbori* Christus ait. AVIEN. Arat. 264 lux -i *Arctophylaci* ... vibrat. 853 brevis -i *arae* semita caeli (*gr. 404* τοῦ). 1046 -i *signifero* cancer inest (*gr. 545* τῷ). orb. terr. 136 *de ariete cote*: sic -i nomen prior indidit aetas (*Dionys. periheg. 90* μιν). *al.* CARM. de mens. 2, 10 promptum est cognoscere mensem; Mars -i nomen *dedit.*

2 *nom. plur.* (*pertinet ad homines; ponitur in principio enuntiati; in principio hexametri praeter* VERG. Aen. 5, 197): **a** *generatim*: ENN. ann. 555 -i cernebant magnis de rebus agentes. 624 -i *ex* crateris ... hauserunt. VERG. Aen. 8, 94 -i remigio noctem ... fatigant. 8, 594. 12, 788. ANTH. 941 (= CARM. poet. min. V 118), 66 -i *Auspicius et Aella* florebant studiis (*cf. 61* illos). **b** *refertur ad eos, quos quis alloquitur sim.*: VERG. Aen. 5, 197 *post Mnesthei ad socios verba*: -i ... procumbunt (*item subsequitur orationem rectam*: IVVENC. 1, 428 [illi *var. l.*]. 2, 412 [illi *C*]. 3, 703). 5, 580 signum clamore paratis *pueris* Aepytides longe dedit ...; -i discurrere. 7, 505 Silvia ... conclamat agrestis; -i ... adsunt. 11, 236 *Latinus primos* suorum ... cogit; -i convenere (SERV.: -i illi secundum Ennium).

B -is: **1** *dat.*: **a** *refertur ad homines, bestias* (*de astris sim. v. sub b; ponitur variis locis, in fine hexametri non nisi* LVCR. 5, 1291 AVIEN. carm. ad Nort. 7, *item* AVSON. *et* PRVD., *in principio* ORIENT. *et* IVVENC.): **α** *usu determinativo*: ENN. ann. 306 is *Cethegus* dictust -is popularibus olim, qui tum vivebant homines ..., flos ... populi. ORIENT. comm. 2, 84 negabis -is, quis nihil est, *cibum.* **β** *usu anaphorico*: LVCR. 5, 1291 *aere* agros adimebant; [*Lebek*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nam facile -is omnia cedebant. 5, 1390 *de priscorum cantu tibiarum sim.*: haec animos -is mulcebant. VERG. Aen. 6, 730 *de varii generis animantibus*: igneus est -is vigor. 8, 659 aurea caesaries -is *Gallis*. VAL. FL. 3, 386 patet -is *interfectis* ianua leti. 5, 126 est -is *Amazonibus* genitor deus. NEMES. cyn. 264 deformis ... alvus est -is *equis*. AVIEN. Arat. 870 certior ast -is *nautis* veniet spes. orb. terr. 1145 non -is *Erembis* pabula in usum terra parit (1237). *al.* AVSON. Mos. 167 adstrepit -is *viatori et nautae* ... rupes. PRVD. ham. 730 angelus hanc hospes *Loth* (*gen.*) legem praescripserat -is. CE 436, 13 quem *diem leti* propagare ... visum -is *Parcis*. *introducitur responsio*: IVVENC. 2, 410 clamor se ... offert caecorum ... duorum; -is (illi *C*) Christus ait (3, 677 [illis *A*]. 4, 29 [illis *var. l.*]).

b *refertur ad res* (*non nisi anaphorice; maxime in fine hexametri, aliter* LVCR. 4, 177 *et pauca recentiora, in principio non nisi* ARNOB.): LVCR. 1, 672 aliquid superare necesse est incolume -is *quaecumque creantur*. 2, 64 quae ... sit -is *corporibus genitalibus* reddita mobilitas. 4, 177 quae mobilitas -is *simulacris* ... reddita sit. *al.* SIL. 6, 135 est argenteus -is *frenis* fulgor. ARNOB. nat. 5, 26 vers. 4 quas *formatas inguinibus res* ... — nam puerilis -is vultus erat — plaudit *Baubo*. AVIEN. Arat. 116 haut tamen -is *ursis* ora ... sunt obvia. 924 longa volutandis ... -is *stellis* tempora currunt (*gr. 458 σφεων*). *al.* AVSON. 369, 4 p. 95 P. praesidet -is *planetis* ... sol.

2 *abl.* (*anaphorice*): LVCR. 6, 687 ab -is *saxis terraque* excussit ... ignem *ventus*.

deriv.: olli, ollic, *cf.* ollaber, ollaner. *Lebek.*

ollī *adv.* *ex falsa interpretatione, ut vid., formarum pronominis* olle *in explic. Verg.* oli *l. 32* (*vix ad* olim *pertinet; dub.*: PROB. app. gramm. IV 199, 16 olim, non oli). [*falso trad. pro* olim: LVCIL. 1319.] SERV. Aen. 1, 254 -i modo 'tunc' propter sequentia (*assensus est olim Harder, ALL 2, 1885, 317*). 4, 105 -i aut illi aut tunc (*sim.* 5, 10). GLOSS.ᴸ I Ansil. OL 29 -i: ibi, interdum illi vel illinc. 30 (= III Abstr. OL 5) -i: illi aut cui aut tunc. GLOSS. IV 418, 1 oli: tunc. V 574, 12 -i: illi, tunc.

ollīc *adv.* [*ab* olle (*q. v.*). *Sch.*] PAVL. FEST. p. 196 -c illic (GLOSS. V 548, 38). GLOSS. II 290, 3 ἐκεῖσε ibi, ... illic, -c *eqs.*

ollicoquus *v.* ollicox. *W.*

(ōllicox, -cocis). [*ab* olla (aula) *et* coquere, *cf.* praecox; *forma secundaria videtur* aulicoctus (*Act. Arv.*). *Sch.*] aul- LEX sacr. *et* PAVL. FEST. *i. q. in olla coctus* (*t. t. rei sacr., ut vid.*): LEX sacr. JRSt. 42, 1952, 34 (*s. III a. Chr., Lavinii*) -quoquibus. VARRO ling. 5, 104 exta -coqua (ollico quo *trad.*). PAVL. FEST. p. 23 -cocia (-cotia *trad.*, -cocta *vol. II 1462, 12*) exta.

ōllicula, -ae *f.* *ab* olla *deminutive.* *i. q. parva olla*: ANTIDOT. Brux. 31 in cacabo ... deponitur alia -a aerea, ita ne aqua illic intret -ae. *ibid.* supra fervorem ... ut -a habeatur.

ollim *v.* olim.

ōllula, -ae *f.* *v.* aulula. *Lebek.*

olma (-ae *f.?*). [*vox peregrina. Sch.*] PS. APVL. herb. 92 l. 23 Daci -a, Itali ebulum (*Ps. Diosc. Vind. 4, 173 ὄλμα*).

olo *v.* oleo. **olo-** *v. etiam* holo-. **oloes** *v.* olle.

ololitum (*i.* hol-, *ὁλόλιθον*) NOT. Tir. 101, 3.

ololȳgō(n), -onis *m.* (*f.*), *ὀλολυγών.* *i. qui coaxat*: PLIN. nat. 11, 173 qua *gutture* vocem emittunt mares (*sc. ranae*), cum vocantur -es; stato id tempore evenit, cientibus ad coitum feminas (*cf. Arist. hist. an. 4, 9 p. 936a 11 τὴν ὀλολυγόνα, quod nomen actionis deflexum vid. in nomen agentis sec. voces lat. in -o terminantes*).

olomella *v.* oleomeli. *W.*

1. olor, -ōris *m.* [*pro* *elor, *cogn. c. hibern.* ela, *corn. vet.* elerhc, *cambr.* alarch '*cycnus*'. *Sch.*] *de orig.*: FVLG. myth. 2, 13 quasi ab oligoria tractum. ISID. orig. 12, 7, 18 quod sit totus ... albus ..., ὅλον enim Graece totum dicitur. hol- CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 20 (*pars codd.*). *al.*, -ler- GLOSS. V 315, 63; *litt. graec.* GLOSS. III 241, 43. *nom. sing.* -s OV. fast. 2, 110 (*pars codd.*). AVIEN. orb. terr. 998, -r *inde a* PROP., OV. (oloser *falso* GLOSS., *v.* GLOSS.ᴸ III Abol. OL 4 -es). NOT. Tir. 103, 19. 130, 59. *de notione*: PORPH. Hor. carm. 3, 28, 15 -bus id est cycnis (SERV. Aen. 11, 580 -em latine ita dicimus: nam cycni graece dicuntur. CASSIOD. gramm. VII 201, 7 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 20 ISID. orig. 12, 7, 19 GLOSS.). GLOSS. -es: volucres. *legitur in poesi inde a* LVCIL., VERG., HOR., PROP., *rarius in prosa inde a* PLIN. nat., SVET., APVL., CYPR. [*it. vet.* aulore, olore; *sard. centr.* olore; *raet. or.* nulor; *francog. vet.* ulur, olor,ouleur, *med.* oleur, *loth.* olou; *prov. vet.* olor, *prov.* oulour, *langued.* nolou, *vasc.* aulou; *cat.* auló; *hisp. vet.* olor. *cf. M.-L. 6062. Battisti-Alessio IV 2643. Wartburg VII 351. Corominas III 557. G.*] [*confunditur c.* color MANIL. 5, 388. *e coni. dub.*: SER. SAMM. 757. *v. etiam Quellet, Les dérivés lat. en -or 60.*]

i. q. cycnus (*syn. saepius, v. infra, necnon* SEN. Ag. 678, *ubi falso putant distinctum -em a cycno, ut vol. IV 1584, 70, cum cycnus Hyperboreus ceteris praeferatur*): **1** *spectat ad habitum, victum sim.*: **a** *varia*: LVCIL. 268 -um atque anseris collus (*v. Marx et Krenkel ad l.*). VERG. Aen. 11, 580 album ... -em (OV. epist. 7, 2 *v. sub b.* SIL. 14, 190. STAT. Theb. 9, 859 *v. infra*). SEN. Ag. 678 clarus niveos inter -es Histrum cycnus ... colens (VAL. FL. 6, 102. STAT. Theb. 8, 675 *v. infra. cf.* MANIL. 1, 339 *et* SIL. 7, 441 *sub* 2). PLIN. nat. 1, 10, 33 de -bus. 10, 63 anseres ... et -es ... commeant (*sc. ut ciconiae*). 10, 131 -um similitudinem onocrotali habent. 10, 203 dissident -es et aquilae (*de eadem re*: STAT. Theb. 8, 675 niveo ... flammiger ales -i imminet. 9, 859 vectorem fulminis albus cum ... respexit -r). SIL. 13, 116 cerva ..., quae ... candore anteiret -es (*cf.* MART. 8, 28, 13 tibi *togae* cedet -r *candore*. AVSON. 164, 5 p. 33 P. clarior ... -e). MART. 1, 53, 8 inter Ledaeos ridetur corvus -es (*item opp. nigredo corvi*: APVL. Socr. prol. p. 110 CLAVD. 18, 349). AVIEN. orb. terr. 998 sedet ... ripas *Pactoli* creber -os (*997 cycnis, Dionys. perieg. 835 semel tantum κύκνων*). CLAVD. carm. min. 25, 110 stagna Padusae diffugiens nudavit -r. SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 33 Atacem ... cum suis -bus. *in augurio*: DRAC. Romul. 8, 464 (*loq.* augur) de gente Tonantis -es promittunt genitam (*cf. 474 sq.* omina ..., quae cycnus ... agit). **b** *memoratur cantus*: VERG. ecl. 9, 36 videor ... argutos inter strepere anser -es (*inde sim.*: SYMM. epist. 1, 1, 4 inter -es canoros. ENNOD. epist. 6, 23, 3 p. 162, 19 quasi post -es. *cf.* PROP. 2, 34, 84 canorus anseris indocto carmine cessit -r). OV. epist. 7, 2 sic ubi fata vocant, ... concinit albus -r (*item moriens*: fast. 2, 110 PLIN. nat. 10, 63 SIL. 11, 438 STAT. silv. 3, 3, 175. 5, 3, 81 APVL. flor. 17 p. 81. 82 LACT. Phoen. 49 PRVD. c. Symm. 1, 63). SVET. frg. 161 p. 251, 2 (= GLOSS. I p. 92) *est* -um drensare. APVL. Socr. prol. p. 110 corvus ... vult clarissime clangere, ut ne istuc saltem -i concederet. ISID. orig. 12, 7, 19 in Hyperboreis partibus ... -es plurimos ... concinere.

2 *de -bus fabulae sim.*: HOR. carm. 3, 28, 15 Paphum iunctis visit -bus *Venus* (*eiusdem*: 4, 1, 10 purpureis. SIL. 7, 441 niveos. STAT. silv. 1, 2, 142). OV. am. 2, 6, 53 illic (*in Elysio*) innocui ... pascuntur -es. met. 7, 372 (*de Cycno ut*: 7, 379 factus -r). MANIL. 1, 339 deus in niveum ... versus -em *sc. Iuppiter* (*de eodem*: STAT. Theb. 10, 504 falso [CLAVD. 1, 238]. CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 20 SCHOL. Stat. Theb. 4, 236. HYG. astr. 2, 8 *bis.* MART. CAP. 9, 918 candidus. DRAC. Romul. 10, 74). *inter superstitiosa ficticia*: QVEROL. p. 32, 12 R. hosne tu -es esse narras? ego ... anseres inspexi multos; neminem vidi cygnum.

3 *de astro* (*resp. gr. ὄρνις* AVIEN., *cf.* HYG. astr. 2, 8 -r: hunc cygnum Graeci appellant; quem complures ... ornin appellaverunt): MANIL. 1, 687 *orbis lacteus* tangit -em (*sim. de eadem re*: HYG. astr. 4, 7). 5, 366 plumeus ... nitidis -r evolat alis. 5, 388 -r aureus. ANTH. 761, 59 alam volitantis -is (*v. 9* cycnum). AVIEN. Arat. 692 advolat ales, ales -r (*gr. 312 ὄρνις, Cic. Arat. 85* ales). 1118 canum condit -em (*gr. 599 ὄρνιθος, Cic. Arat. 383* avis, *Germ. 615* cygnus). HYG. astr. 2 praef. 3, 7. 4, 2. 4, 12 *ter.*

deriv.: olorinus. *cf.* olotizo. *compos.*: olorifer.

2. olor *v. s.* odor.

olōrifer, -a, -um. *ab* olor *et* ferre. *i. q. olores ferens*: STAT. Theb. 4, 227 -i (olivi- *var. l.*) Eurotae. CLAVD. carm. min. 31, 12 electra ... cycnus -i (hol- *var. l.*) vexit ab amne Padi.

olōrīnus, -a, -um. *ab* olor. *scribitur* hol- OV. (*var. l.*). *i. q. cycneus*: **1** *de part. corp.*: VERG. Aen. 10, 187 -ae surgunt de vertice pinnae (CLAVD. DON.: -as p. ... in eius galea, hoc est cycni. *cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 236 *apex galeae* Ledaeus: -us). OV. met. 6, 109 alis (10, 718). FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 4 plumis. GLOSS. III 316, 65 (*inter carnes*) -a: κύκνεια (*seq.* cycnina). **2** *de cantu*: LAVS Pis. 77 -os ... sonos. SIDON. epist. 8, 9, 4 cantuum (9, 9, 2). **3** *de biga* (*sc. ab oloribus vecta*): STAT. silv. 3, 4, 46 -a ... considere biga (*cf. 22* agitat Venus ... cygnos). *Lebek.*

oloscordum (*i.* holus cordum, *cf. vol. IV 950, 10*) GLOSS. III 430, 45. 542, 15. 572, 44; *v. André, RevPhil. 28, 1954, 58.*

[oloser *v.* 1. olor.**]**

hinc (*sc. ab* olor) **olotizo** morem oloris ago GLOSS. V 622, 12 (*ὀλολύζω Goetz, Heraeus coll.* caprizo *ALL 3, 1886, 240;* an -rizo?).

? **oloxon** id est ⟨h⟩erba andraginis GLOSS. III 615, 17 (*ibid.* 24 -n porcacla. *cf.* 571, 45 olison. 593, 31 olixon).

oltimus *v.* uls (ultimus).

olvatium (-tum *W*) ... Labeo ait esse mensurae genus FEST. p. 205. *? gr. ὀλβάχιον* (*v. André, RevPhil. 36, 1962, 30*).

oluccus *v.* uluc(c)us. **olucr-** *v.* volucr-.

olus, olusatrum *v.* holus.

olynthus, -ī (*? m., f.*), *ὄλυνθος* (*resp. gr.*). *scribitur* -lint(r)-. *i. q. species fici* (*? grossus, cf. vol. VI 2, 2336, 45 sq.*): DIOSC. 1, 142 de -o (*trad.* de lintru): -i (-intri), qui a multis emi (*i.* erinei) dicuntur, ab Alexandrinis scopi nomina⟨n⟩tur. *ibid.* -i (-inti) ... admixtis foliis miconi ... ossa carni fixa evocant. *cf.* bolunda.

olyra, -ae *f.*, *ὄλυρα* (*ubi resp., non adnotatur*). [*falso pro* oryza PLIN. nat. 18, 81 *edd. vet.*] *i. q. genus frumenti*: PLIN. nat. 1, 18, 19 (29) arinca sive -a (18, 92 *a.* est, quam -am vocat *Homerus, sc. E 195.* 22, 121 -am a. diximus vocari). 18, 62 far in Aegypto ex -a conficitur. 18, 75 -an et oryzan eandem esse existimat *Turranius.* ITALA III reg. 19, 6 (HIER. epist. 22, 9, 1) panis -ae (olere, olysae, collirae *sim. trad.; gr. ἐγκρυφίας ὀλυρίτης, Vulg.* panis subcinericius). HIER. in Ezech. 4, 9 sqq. p. 48ᴰ avena sive vicia et -a bruta pascuntur animalia (*postea*: panem *ὀλυρίτην, cf. supra*). *[W.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

DIOSC. 2, 73 (*bis, scribitur* -lir-). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 48 ex alica vel farre aut oryza aut milio aut -a. ORIBAS. syn. 4, 15, 8 La (*scribitur* holera).

? **olyscion.** [*obscurum. Sch.*] MARCELL. med. de mens. p. 7, 4 N. -n facit heminae partem septimam.

[oma corpus GLOSS. V 417, 17; *πτῶμα legit Goetz in indice, cf. Hier. in Matth. 24, 28* corpus id est *πτῶμα*.**]**

omaius NOT. Tir. 51, 78 (*v. Heraeus, ALL 12, 1902, 51*).

omalos (-odis *trad.*) *i.* hom-, *ὁμαλός* PS. SORAN. quaest. med. 168.

omānus *v.* humanus.

omāsum, -ī *n.* [*vox gallica. Sch.*] -mass- GLOSS. V 377, 8. *? plur.* GLOSS. V 316, 18. GLOSS.ᴸ II Philox. OM 1 -um: *βόειον κόπαιον λιπαρὸν τῇ τῶν Γάλλων γλώττῃ.* GLOSS. V 316, 18 -a g(raece): carnis genus pinguitum (*sim.*: 377, 8 -um: g. c. pinguidum). *i. q. species carnis bubulae* (*vilioris, ut vid.*): NAEV. com. 65 praecisum, -um, pernam *eqs.* (NON. p. 150, 41 p. et -um: partes carnis et viscerum. *inde* GLOSS. V 645, 31). HOR. sat. 2, 5, 40 pingui tentus -o Furius *poeta turgidus* (SCHOL.: intestinum bubulum; *add.* gloss. *Γ* omento, panza [*i.* pantex]). epist. 1, 15, 34 patinas cenabat -i vilis et agninae (PORPH.: visceris bubuli. SCHOL.: bubulae pinguioris, alii intestina volunt). VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 ut -um (-mans- *trad.*) in cenam fieri iuberet (*eadem refert* PLIN. nat. 8, 180 -um edisse). 28, 161 -i ... iure poto ([*cf. Nicand. Alexiph. 62 γέντα*]. 28, 189 i. -i gargarizatum). CAPITOL. Pert. 12, 6 offulas ... aut -i (pom- *trad.*) partem.

omax *v.* onyx (GLOSS.).

ombria, (-ae) *f.*, *ὀμβρία.* *de gemma quadam*: PLIN. nat. 1, 37, 65 -a sive notia. 37, 176 -a, quam alii notiam vocant, sicut ceraunica et brontea, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur eundemque effectum habere; praeterea hac in aras addita libamenta non amburi (*e Xenocrate lapidem q. d. ὄμβριος affert Meliteniotes, v. Wellmann, Stein- u. Gemmenlit. d. Alt. 112*).

ōmega *v. p. 3, 20.* **omēlia** *v.* homilia.

ōmēlysis (-milis-, -miles-), *ὠμήλυσις.* CAEL. AVR. chron. 3, 2, 22 (*item* 3, 4, 63 *pro* omphacomeli, *v. Drabkin, TAPhA 76, 1945, 314*). ORIBAS. syn. 7, 32, 11 La. 9, 22, 5 La (*v. Bulhart, WSt. 67, 1954, 156*). 9, 40 add. p. 346, 19. 9, 48, 3 Aa. *W.*

1. ᶻōmen, -inis *n.* [*suffixo* -men- (-s-men-, *si Varroni veriloquium ab* ōs *excogitanti fides ulla praestari potest*) *formatum e radice, quae etiam heth.* ḫā- *'verum puto' subesse videtur. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 6, 76 *ab 'ore'* -n, ... quod ex ore primum elatum est, osmen dictum (*sim.* 7, 97). PAVL. FEST. p. 195 -n velut oremen, quod fit ore augurium. DON. Ter. Andr. 200, 1 -n ... est, quicquid ore dicitur. DIFF. ed. Beck p. 40, 108 quod ... ex ore humano fit. *scripturam q. e.* ho- *pro barbarismo affert* CONSENT. gramm. p. 11, 12 N. (*cf.* CIC. div. 2, 83 *cod. B; v. etiam confusionem c. voce q. e.* homo *infra allatam*); obm- NOT. Tir. 47, 40 *pars codd.* *de notione* (*cf. etiam IA*): NON. p. 357, 26 -n dicitur auspicium prosperum (*affert* VERG. georg. 4, 386). p. 357, 28 -n adversa significatio (*affert* VERG. Aen. 12, 72). CHAR. gramm. p. 43, 22 B. *οἰωνός.* SYNON. Cic. p. 413, 34 auspicium. -n. augurium. DIFF. ed. Beck p. 40, 108 augurium in sono vocis constat; auspicia (*sequitur lacuna*) ..., consequuntur auspicia in volatu avium; -n rei qualitas est, quod etiam ex ore humano fit. GLOSS. -n: *κληδών, οἰωνός, οἰωνόν.* augurium. prodigium, portentum. quod homo somniatur, auspicium, auguria maiora. -a: signa. GLOSS.ᴸ III Abstr. OM 5 (= I Ansil. OM 3 V Abba OM 6, *cf.* GLOSS.ᴸ Corp. O 165) omen(s)trum (*? i.* -n: monstrum) auguria maiora (a. modica *Corp.*). *v. etiam infra ad singulos locos.* *legitur in poesi inde a* PLAVTO, TER., PACVV., ACC., AFRAN. (*tit.*), CATVLLO, CIC., MAT., VERG., HOR., *in prosa oratione inde a* CIC., VARRONE, SALL., LIV.; *ad usum christianorum perrarum cf.* AVG. retract. 1, 1, 2 (*ad* c. acad. 1, 4, 11 ut tibi -n sit ad reliqua; *cf.* 2, 8, 21) hoc licet non serio, sed ioco dictum sit, nollem tamen eo verbo uti; -n quippe me legisse non recolo sive in sacris litteris nostris (*sed v.* VVLG. III reg. 20, 33) sive in sermone cuiusquam ecclesiastici disputatoris (*v. etiam p. 576, 19. 74*). [*confunditur in codd. vel edd.* c. homo PLAVT. Cas. 510 Epid. 397 Most. 464. *et saepius* (LVCIL. 976 *Lachmann pro* hom-, numinis *Marx*, nominis *Krenkel*), nomen PLAVT. Epid. 397 OV. fast. 1, 221 CVRT. 3, 1, 17. *al.* (*cf.* LVCIL. *supra*), numen OV. met. 7, 621 STAT. silv. 3, 1, 49 (*cf.* LVCIL. *supra*), omnis PLAVT. Persa 736 CIC. har. resp. 42. *et saepius* (*e coni. dub.* CARM. Sal. 3 Varro ling. 7, 26 *Bergk*, RHET. Her. 4, 20, 27 *Marx*), ordo OV. fast. 4, 817 (-e *Bentley*, ordine *trad.*). *contextu parum sano*: FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 11/12 (CIL I² p. 231). *de* CATVLL. 66, 77 *v.* 2. omen, *de* CIL IV 7353 *v.* omentum.]

i. q. signum divinationis causa datum vel acceptum (*rem tractat Riess, RE XVIII 1, 350 sqq., v. etiam Pease ad* CIC. div. *loc. infra allatos; observantiam religiosam non nisi in* AETNA 174 *negandam duximus, quamvis hic illic, maxime apud* CIC. [*e. g.* Verr. II 1, 91], *ad notionem cuiuslibet coniecturae transire videatur; de usu christianorum v. supra; de principio pro -e accepto v. imprimis* VERG. Aen. 10, 311 OV. fast. 1, 178. LIV. 21, 29, 4 principium simul -nque [CVRT. 10, 9, 19]. CVRT. 5, 9, 4 novis initiis et -bus, *cf.* prima -a *p. 575, 3; attulimus exempla usque ad* LIV. *omnia [excepta iunctura p. 575, 49], cetera selecta*): **I** *generalia quaedam notionem et usum illustrantia*: **A** *explicationes, definitiones* (*cf. supra 'de notione'*): CIC. div. 1, 29 dirae, sicut cetera auspicia ut -a (omnia *var. l.*), ut signa, non causas adferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura. 1, 102 neque solum deorum voces Pythagorēi observitaverunt, sed etiam hominum, quae vocant -a; quae maiores nostri quia valere cēnsebant *eqs.* 2, 26 artificiosa divinationis ... genera ...: extispicum eorumque qui ex fulgoribus ostentisque praedicerent, tum augurum eorumque qui signis aut -bus uterentur omneque genus coniecturale. 2, 83 superstitionibus non dubitasti etiam -a adiungere (*cf.* 2, 149 *superstitio* instat ..., sive tu vatem sive tu -n audieris sive immolaris sive avem aspexeris *eqs.*). FEST. p. 201 cum apud antiquos ... obscena dicta sint, quae mali -is habebantur. VAL. MAX. 1, 5, 1 -um ... observatio aliquo contactu religioni innexa est, quoniam non fortuito motu, sed divina providentia constare creduntur. PORPH. Hor. epod. 16, 38 'inominata' ... quasi 'nullo -e ac nulla religione condita' *eqs.* NON. p. 430, 1 -n votum est mentis et vocis; unde sacrificantibus dicitur: bona -a habete, id est, ut circumstantes et mente recta velint et bona oribus proferant. DON. Ter. Andr. 200, 1 'lege' ad homines, '-e' ad rem divinam refertur, id est firmamentum per humana et divina. Ad. 547, 2 'obnuntio': malum imminens nuntio quasi -n nuntio. CLAVD. 22, 216 -bus ventura notant aut alite monstrant *superi.* **B** *synon. et iuxta pos.* (*v. etiam supra 'de notione'*): PLAVT. Merc. 274 nec -n ... nec auspicium (CIC. leg. agr. 2, 92 SVET. Aug. 92, 1. Nero 46, 1 portentis somniorum et a. et -um. Galba 9, 2. *disiunctius*: VERG. Aen. 5, 530 [*534*]. OV. met. 10, 5 [*8*]. fast. 1, 221 [*219*]. VAL. MAX. 7, 2, 5 TAC. ann. 2, 14, 1. 6, 37, 2). ACC. trag. 584 augurio et ... -e (LIV. 1, 55, 4 [*postea*: auspicio ... prodigium]. PHAEDR. 3, 18, 12. AMM. 22, 12, 7 oscinum et a. et -um. *disiuncte*: VERG. Aen. 5, 524 [*523* futurum augurio monstrum]. TAC. hist. 1, 62, 3 ARNOB. nat. 1, 16). CIC. Sest. 71 malis -bus atque exsecrationibus (*cf.* VELL. 2, 46, 3 diris cum -bus *tribunorum* ...; quorum exsecrationes *eqs.*). Planc. 26 votis, -bus (omn- *trad.*) lacrimisque (HOR. carm. 4, 5, 13 v. -busque et precibus [AVSON. 417, 120 p. 281 P. *cf.* LIV. praef. 13 -bus v. que et precationibus]. PLIN. paneg. 92, 5 MACR. Sat. 1, 6, 10. *disting.*: PLIN. epist. 4, 15, 4 voto primum, deinde ... -e. *cf. p. 575, 22*). VERG. Aen. 3, 36 visus -nque (*cf.* OV. met. 9, 767 -a ... visaque). 7, 583 contra -a (omnia *M¹*) ..., contra fata deum (LIV. 29, 10, 8f., -bus oraculisque. *cf.* QVINT. inst. 5, 7, 35 responsis, oraculis, -bus. IVL. VICT. rhet. 6, 6 p. 406, 32 divina testimonia, id est responsa et -a et cetera similia). TIB. 1, 3, 17 (*resp. 20* signa; *item*: OV. met. 10, 452. LVCAN. 2, 6 [*2*]. SIL. 16, 271 CLAVD. 26, 239). OV. epist. 9, 40 simulacra ... somni -aque. fast. 2, 549 (*resp. 556* prodigiis; *sim.*: LIV. 1, 55, 4 *v. supra.* TAC. hist. 1, 86, 3 p. et -n. ann. 15, 7, 1). LVCAN. 7, 184 (*resp. 183* monstris; *item*: STAT. Theb. 11, 139 [*143*]). PLIN. nat. 1, 11, 18 (*resp. 11, 55* ostenta). STAT. Theb. 9, 630 (*resp. 631* praesagia; *item*: 9, 887 [*886*]. TERT. test. anim. 5 p. 140, 25 CLAVD. 5, 335). QVINT. inst. 3, 6, 30 somniorum atque -um interpretes (*cf. l. 25*). TAC. hist. 4, 83, 2 -e et miraculo.

II *exempla sec. varia genera divinationis digesta*: **A** *in universum* (*sc. genere ambiguo, mixto, incerto*): PLAVT. Cas. 510 nostro -e (hom- *var. l.*) it dies; ... vicimus (*cf.* auspicium *vol. I 1547, 74 et fortasse* OPT. PORF. carm. 10, 25 paras ... -e Crispi Oceani ... oras). ACC. trag. 510 ut omnes ... cives -bus (omn- *trad.*) faustis augustam adhibeant Faventiam, ore obscena dicta segregent (*cf.* PROP. 4, 1, 68 date candida, cives, -a et inceptis dextera cantet avis). CIC. Pis. 31 -bus (omn- *var. l.*) bonis ut consules, non tristissimis ut hostes ... prosequebantur (Planc. 26. fam. 3, 12, 2 rem [omn- *trad.*]. *cf. signa publici favoris*: Phil. 12, 19 proficiscantur ... optimis -bus. OV. Pont. 2, 1, 35 qua ... ierit *Germanicus*, felix adiectum plausibus -n. OCTAVIA 704 inter civium laeta -a incessit. *al.*). VERG. Aen. 2, 178 -a ni repetant *Graeci* (SERV.: captanda rursus auguria. *cf.* CVRT. 5, 9, 4 novis initiis et -bus opus est). 7, 146 -e magno ... laeti *Troiani* (*i. aut verbis Iuli aut tonitru aut etiam ipsorum rumore*). 11, 589 infausto committitur -e pugna. HOR. carm. 3, 11, 51 i secundo -e. TIB. 1, 3, 17 sum causatus aves aut -a dira (*excusatur mora; cf. p. 575, 5*). PROP. 4, 1, 41 bene spondebant tunc -a, quod nihil illam *navem* (*sc. Aenean portaturam*) laeserat. OV. fast. 1, 178 -a principiis ... inesse solent (*affert* primam vocem, primam ... avem). Ib. 101 -bus ... malis pedibusque occurrite laevis. LIV. 29, 10, 8 fatis, -bus (omn- *trad.*) oraculisque portendentis se victoriae. 30, 12, 13 deos, qui te melioribus -bus accipiant. VAL. MAX. 4, 7, 7 amicum et certa mente et secundis -bus sortiti. LVCAN. 2, 6 noscant *mortales* venturas ut dira per -a clades (*2, 2 sq.* signa dedit mundus legesque ... praescia monstrifero vertit natura tumultu. *cf.* VAL. FL. 1, 232 praenoscere divum -a [*sim.* SIL. 16, 124]). 7, 184 *turba* gaudet monstris ... atque -n scelerum ... putat esse furores (*de variis monstris*). PETRON. 123 vers. 183 fortior -bus *Caesar*. *al.* *adde titulum comoediae Afranii*: NON. p. 64, 24 Afranius -e (*item* 78, 15. *al. cf.* 421, 19 in -e [*item* 518, 10. PRISC. gramm. II 227, 7 hom- *trad. ut*: 517, 3]). *de -bus nuptiarum* (*certa genera -um ut* CATVLL. 61, 166 PROP. 4, 3, 13 *suis locis tribuimus; dub. an huc pertineat*: VELL. 2, 79, 2 cum ... auspicatis rei publicae -bus duxisset

[*Oomes*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

uxorem *Augustus*): CIC. Cluent. 14 nubit ... nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis -bus (omn- *pars codd.*) omnium. VERG. Aen. 1, 346 cui pater intactam dederat primisque iugarat -bus ([SERV. auct.: vel prosperis ... auguriis vel primariis]. PROP. 3, 20, 24 CLAVD. 5, 96 MART. CAP. 1, 30 CE 378, 1). CIRIS 364 (*de causis differendi nuptias ut*: OV. met. 9, 767). OV. met. 10, 5 nec felix attulit -n *Hymenaeus*. FEST. p. 245 prima aut secunda hora dicantur sponsalibus -is causa. STAT. silv. 1, 2, 230 socialia (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 364 genitalia). *al.*

B *de certis generibus divinandi*: **1** *de eis, quae auditu percipiuntur*: **a** *de vocibus hominum loquentium*: **α** *de precibus, votis sim.* (*maxime in salutando, vale dicendo*): PLAVT. Cas. 410 -n mihi vituperat (*sc. interrumpendo precantem*). Epid. 396/7 di ... te adiuvant. :: -n placet. :: quin -i (nom- *vel* hom- *var. l.*) omnes suppetunt res prospere. Persa 736 ut bene sit tibi. :: pol istuc ... -n (omne *var. l.*) *eqs.* PACVV. trag. 146 macte esto ... -nque approba. HOR. carm. 4, 5, 13 mater iuvenem *absentem* ... votis -busque et precibus vocat (LIV. praef. 13 *et* AVSON. 417, 120 p. 281 P. *v. supra sub IB*). OV. epist. 16, 159 dixi 'fac rediturus eas'; -e laetatus dedit oscula *eqs.* met. 6, 448 fausto committitur -e sermo. 12, 218 felicem diximus ... Pirithoum, quod paene fefellimus -n. 14, 272 reddidit -a voce (votis *var. l.*). LIV. 32, 25, 2 velut -is causa praetores pronuntiavere Iovem Apollinemque *in comitiis*. *in malam partem* (*add. fort.* CIC. Pis. 31): TER. Andr. 200 te in pistrinum ... dedam ... ea lege atque -e (hom- C^1), ut, si te inde exemerim, ego pro te molam (*vix sensu attenuato, sed ipse se quasi exsecratur*; DON.: 'lege' ad homines, '-e' ad rem divinam refertur). CIC. Catil. 1, 33 hisce -bus (omn- *codd. plerique*), Catilina, ... proficiscere ...: 'tu, Iuppiter, ... hunc ... arcebis *eqs.*' (*vix ad antecedentia referendum*). Sest. 71 exierunt malis -bus atque exsecrationibus (*cf.* VELL. 2, 46, 3 *v. supra sub IB*).

β *de quibuslibet verbis* (*maxime fortuito perceptis*): ① *malae significationis*: PLAVT. Amph. 722 non est puero gravida. :: quid igitur? :: insania. :: ... ob istuc -n, ominator, capies quod te condecet. Merc. 274 nec -n illud mihi nec auspicium placet (*de verbis vicini*). Most. 464 occidisti hercle ... omnis tuos. :: di te ... faxint cum istoc -e. CIC. S. Rosc. 139 nolo ... gravius ... ne -is (hom- *trad.*) quidem causa dicere (fam. 4, 4, 3). dom. 140 praeposteris verbis, -bus obscenis. Phil. 9, 9 ita locutus est, ut eius oratio -n fati videretur. div. 2, 84 quidam ... vendens 'Cauneas' clamitabat; dicamus ... monitum ... Crassum, caveret ne iret; non fuisse periturum, si -i paruisset (*de eadem re*: PLIN. nat. 15, 83). VERG. Aen. 12, 72 ne me lacrimis neve -e tanto prosequere ... euntem (*de verbis Amatae*). OV. epist. 17, 201 interitus offenderis -e nostri (*de verbis ipsius epistulae*). met. 2, 597 vanum spernimus -n. LIV. 41, 18, 14 tristis -is eventum (*cf. 10* ominatum ... se ... Letum capturum. *eadem refert* VAL. MAX. 1, 5, 9). VAL. MAX. 1, 5, 7 Bruti ... eventus -e designatus est (*sc. versu Homeri relato*). *al.* *in formulis prohibentium*: CIC. Mur. 88 si — quod Iuppiter -n avertat — hunc vestris sententiis adflixeritis (*v. vol. II 1323, 3 sqq. cf.* EPICED. Drusi 211 dis aversantibus -n). har. resp. 42 quod di -n obruant. VERG. Aen. 2, 190 quod di prius -n in ipsum convertant (SER. SAMM. 948 infandum dictu ... procul absit amicis, sed fortuna ... -n convertat in hostes). OV. am. 1, 14, 41 procul -n abesto (epist. 13, 135. *cf.* SEN. Oed. 855 procul sit). 2, 14, 42 sint -bus pondera nulla meis (*cf.* epist. 7, 65 nullum sit in -e pondus). epist. 13, 49 di, precor, a nobis -n removete sinistrum. 19, 99 -a re careant. *al.*

② *bonae vel mediae significationis*: CIC. Verr. II 1, 99 -n magis patribus ... quam causa placuit (*sc. Verrem condemnatum iri ex ipsius verbis coniecerunt*). div. 1, 103 accipio ... -n ([*idem -n Pauli refertur*: 2, 83. *cf.* VAL. MAX. 1, 5, 3 arripuit]. LIV. 5, 55, 2 [*de eadem re*: VAL. MAX. 1, 5, 1. *cf.* LIV. perioch. 5 p. 11, 4 vocis ... -n]. 9, 14, 8. *al.*). 1, 104 -is capiendi causa ...; '... concedo meas sedes'; quod -n res consecuta est (*eadem narrat* VAL. MAX. 1, 5, 4). OV. epist. 8, 116 errorem vocis ut -n amo. Pont. 2, 5, 3 quae *salus* rata sit cupio rebusque ut comprobet -n. 4, 11, 22 adde quod — atque utinam verum mihi venerit -n — *eqs.* LIV. 45, 1, 4 murmur repente populi *sc. quasi victoria nuntiata* ...; -n ... laetum insidebat animis. PAVL. FEST. p. 123 *in Meditrinalibus* dicere -is gratia: 'vetus novum vinum bibo ...' (*cf.* p. 261 his verbis ... -is causa). *al.*

γ *de nominibus, appellatione* (*nom. propr. praeter p. 576, 4; cf. etiam supra l. 39. 45*): PLAVT. Persa 625 nomen atque -n (*sc.* '*Lucris*', *cf. de lacu Lucrino*: PAVL. FEST. p. 121 in vectigalibus ... primus locatur ... -is boni gratia ut in dilectu ... primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius). CIC. Verr. II 2, 18 -n ... famae ..., cum ex nomine *Verris* augurabantur (*item* 2, 19 paratur *Verres* ex illo -e urbano ad everrendam provinciam). Scaur. 30 -n nominis *Valerii* (Phil. 7, 11 Brutum -e [hom- *var. l.*] quodam illius generis et n. natum). VARRO ling. 5, 159 a bono -e ... appellarunt (*sc. Vicum Ciprium*); nam ciprum Sabine bonum. PROP. 4, 1, 25 Alba ... albae suis -e nata. 4, 10, 46 Feretri, -e (crimine *recc.*) quod certo dux ferit ense ducem. OV. fast. 1, 616 auspicibus ... deis tanti cognominis heres -e suscipiat, quo pater, orbis onus *sc. Augustus* (*ab augendo vel augurio*). LIV. 5, 34, 9 *Insubres* -n sequentes loci (*sc. agri Insubrii*). 7, 25, 11 ob -n faustum ... cognominis. 29, 27, 12 cum Pulchri promunturium id vocari audisset, 'placet -n' inquit *eqs.* PAVL. FEST. p. 34 Beneventum ... appellari ... melioris -is causa. MELA 2, 56 nomen *Epidamni* mutavere, quia velut in damnum ituris -n id visum est. *al.* *similiter explicatur appellativum*: VARRO ling. 5, 116 ab -e (hom- *trad.*) pilum, qui hostem feriret, ut perilum.

δ *de verbis vatum sim.*: ACC. trag. 172 me ab domuitione arcere ... obsceno -e (*sc. Calchantis ut*: MAT. carm. frg. 2 obsceni interpres funestique -is auctor. VERG. Aen. 2, 182 [omnia *var. l.*; SERV. auct.: futuri ordinem ... id est oraculorum]). TIB. 1, 3, 12 rettulit ... -a (omnia *var. l.*) certa *sortilegus*. PROP. 3, 4, 9 -a (omnia *trad.*) fausta cano (*item de vaticinio poetae*: OV. Pont. 2, 1, 68 -a ... dices vera fuisse mea. 3, 4, 98 iam pondus dices -n habere meum. STAT. silv. 5, 2, 165 vatum non irrita currunt -a). OV. met. 15, 587 procul -a ... talia di pellant (*de verbis haruspicis*). LIV. 1, 7, 11 accipere se -n (*antea*: veridica interpres ... deum cecinit. *item*: 38, 18, 10 [*antea*: vaticinantes fanatico carmine]). VAL. MAX. 2, 4, 5 (*de voce divina*). LVCAN. 1, 637 sic -a Tuscus involvens ... ambage canebat. SIL. 4, 131 laeta Bogus ... canit -a regi. *al.* *cf. ingenium animae praesagum* (*sec. Plat. Phaedr.* 242^C *μαντικόν γέ τι ... ἡ ψυχή*): TERT. anim. 24, 10 praesagam animam ... aut -is (*B marg.*, hom- *cett.*) aut periculi ... augurem (*cf.* test. anim. 5 p. 140, 25 in praesagiis vatem, in -bus augurem, in eventibus prospicem).

b *de variis sonis*: HOR. carm. 3, 27, 1 parrae recinentis -n (PORPH.: auspicio, SCHOL.: augurio. *item avium*: PROP. 2, 28, 38 funestum concinit -n avis [OV. am. 3, 12, 2]. OV. met. 10, 452 [*item bubonis*: 15, 791]. PHAEDR. 3, 18, 12 *data sunt* augurium corvo, laeva cornici -a. SEN. Herc. f. 688 strigis). TIB. 2, 5, 82 crepitet bene laurea flammis, -e quo felix ... annus erit. OV. met. 7, 621 *Iuppiter* notam fulgore dedit tonitruque secundo; 'accipio ...; quod das mihi, pigneror, -n' (*cf.* fast. 4, 833 tonitru dedit -a *Iuppiter*. CLAVD. 1, 208 prospera ... tonuerunt -a nimbi. *infaustum putat* SERV. auct. Aen. 4, 161). SIL. 7, 48 dirum egressis -n: ... minaci ... sonitu tremuerunt limina ... maximaque ... mugivit ... ara. *al.* *singulariter de sternumento*: PROP. 2, 3, 24 argutum sternuit -n Amor (*cf. Catull. 45, 19* auspicio).

2 *de eis, quae maxime visu percipiuntur*: **a** *in malam partem*: ACC. trag. 584 tam adverso augurio et inimico -e ... lumen ostentum *Solis* (*cf. Eur. Phoen. 4 δυστυχῆ ... ἀκτῖν'*). VERG. Aen. 2, 182 ita digerit -a Calchas (*excipitur v. 171* signa dedit Tritonia monstris. *cf.* SERV.: numinis commotionem. *aliter* SERV. auct.: futuri ordinem ..., id est oraculorum). 3, 36 secundarent visus -nque levarent *dei* (*cf. 26* horrendum et ... mirabile monstrum). 4, 662 (*Dido moriens*:) hauriat hunc oculis ignem *Aeneas* ... et nostrae secum ferat -a mortis (*cf. 5, 7* triste per augurium, *ubi* SERV. auct.: malum navigantibus -n). 12, 854 Iuppiter in ... -n Iuturnae occurrere iussit *Diram* (SERV.: -n fraternae mortis). LYGD. 4, 9 natum in curas hominum genus, -a noctis (*item de somniis*: OV. epist. 9, 40 LVCAN. 7, 22. *sunt qui huc trahant* PROP. 4, 4, 23 -a lunae). PROP. 4, 3, 13 quae mihi *nubenti* ... fax -n praetulit. OV. met. 5, 550 volucris, venturi nuntia luctus, ... bubo, dirum mortalibus -n. LIV. 31, 45, 15 -n ... ea maritima tempestas ... fuit. SEN. contr. 2, 1, 27 -bus (omn- *trad.*) offendor: ... occurrerunt tres abdicati (*item de miseris obviis*: SEN. dial. 6, 3, 3 SIL. 10, 614. STAT. Theb. 11, 669 *de Oedipode. al. cf.* APVL. apol. 92 scaevi -is mulier). SEN. nat. 7, 17, 3 *cometae* cruenti ..., minaces, qui -n post se futuri sanguinis ferunt. *al.* **b** *in neutram vel bonam partem*: CIC. carm. frg. 7, 13 aquilae clarum firmavit Iuppiter -n *tonitru* (*item avium*: VERG. Aen. 3, 361 praepetis -a pinnae. LIV. 1, 55, 4 VAL. MAX. 7, 2, 5 CVRT. 4, 8, 6 PETRON. 122 vers. 178. *al.*). VERG. georg. 4, 386 ter ... flamma reluxit; -e quo firmans animum *eqs.* (*cf.* Aen. 2, 691 *de apice in crinibus Iuli viso* [SERV.: visa]. OV. met. 10, 278 et — amici numinis -n — flamma ter accensa est. Pont. 4, 9, 54 det ... bonum voto lucidus -n apex). Aen. 3, 407 neque inter sanctos ignes ... hostilis facies occurrat et -a turbet. 3, 537 quattuor hic — primum -n — equos ... vidi. 5, 524 oculis ... obicitur magno ... futurum augurio monstrum; ... sera ... cecinerunt -a vates (*nisi ad l. 11 trahendum; de eadem re*: 5, 530 nec ... -n abnuit Aeneas [*534* auspiciis]). 9, 21 sequor -a tanta (*de Iri*; SERV.: caelestia. SERV. auct.: pro signis vel auspiciis posuit). 10, 250 animos ... -e tollit *Aeneas* (*sc. velocitate navis*; SERV.: augurio promissae victoriae). PROP. 4, 6, 23 plenis Iovis -e velis (*cf.* STAT. Ach. 1, 683 pleno dedit -a velo *Apollo*). OV. met. 9, 785 (*cf. 782* visa dea est movisse ... aras). CVRT. 4, 4, 5 laeti ... -e (*sc. belua marina se ostendente; ibid.* victoriae ... -n. *cf.* IVV. 4, 125 -n habes ... triumphi *sc. e pisce, ex quo conviva quasi divinat*). *al.* *singulariter in sacr. script. de signis divinis*: ITALA psalm. 73, 9 (cod. 136 Cas.) -a nostra non vidimus, non est adhuc propheta nobiscum (*gr. σημεῖα, Vulg. et aliae vers.* signa).

3 *de variis eventibus, actibus sim.*: **a** *in vita publica*: **α** *in bonam partem*: CIC. Mur. 38 si tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper -n valuerit praerogativum (*i. centuriae q. d. praerogativae, v. Meier, RE Suppl. VIII 593, 34 sqq.; de eadem re*: div. 1, 103. 2, 83 LIV. 5, 18, 3). VARRO frg. Serv. auct. Aen. 9, 52 duces ... -is causa prius hastam in ... agrum *hostilem* mittebant, ut castris locum caperent (*Serv. Aen. 3, 46* captato augurio. *cf.* ITIN. Alex. 8

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hasta humi fixa -n sibi facit Asiae ... quaerendae). SALL. hist. frg. 1, 109 sperat pugnam ... pro -e (omni *plerique codd.*) bello futuram. VERG. Aen. 7, 174 hic sceptra accipere ... regibus -n erat. 10, 311 primus turmas invasit ... Aeneas, -n pugnae (*cf.* VAL. MAX. 3, 2, 3 -n victoriae corripuit *Romulus*). LIV. 5, 34, 8 advenas ... oppugnari ...; id Galli fortunae suae -n rati. 6, 39, 8 qui ... -n plebeio consuli magistro equitum ex plebe dicendo dederit. 10, 11, 2 (*de consule mortuo*) quo velut -e belli accepto *ab Etruscis* (21, 29, 4 principium simul -nque b. CVRT. 10, 9, 19 -n et principium. *al.*). 22, 37, 5 -is causa Victoriam auream ... adferre (*cf.* 22, 37, 12 Victoriam -nque accipere). *al.* *β in malam partem*: CIC. leg. agr. 2, 92 neque te ... -a (omnia *pars codd.*) illa M. Bruti atque auspicia ... deterrent. OV. ars 1, 212 (*211* fugis, ut vincas) Parthe, malum iam nunc Mars tuus -n habet. fast. 1, 59 -n ab eventu est (*de die atro. cf.* PAVL. FEST. p. 7 Aliesis dies dicebatur ... obscenissimi -is). 2, 202/4 -n habet *via* ...; porta vacat culpa, sed tamen -n habet. 2, 549 -e ab isto (*sc. quod Parentales dies deseruerunt Romani*). LIV. 5, 21, 16 (*item de lapsu Camilli*: VAL. MAX. 1, 5, 2). 9, 38, 15 triste -n ..., quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladibus. 21, 63, 14 *de fuga hostiae.* 22, 3, 12 velut foedo -e incipiendae rei (*sc. equo Flaminii corruente, cf. Val. Max. 1, 6, 6* prodigio. *huc spectat* 22, 39, 5 -is ... tibi causa absit C. Flamini memoria). VELL. 2, 19, 1 velut -n imminentis proscriptionis. CVRT. 3, 1, 17 ne in -n verteretur irritum inceptum. LVCAN. 4, 551 cohors cecidit ..., dirum ... fratribus -n. *al.*

b *in vita privata*: CATVLL. 61, 166 transfer -e cum bono limen ... pedes (*cf.* OV. am. 1, 12, 3 -a sunt aliquid: ... cum discedere vellet, ad limen digitos restitit icta Nape). OV. met. 9, 572 elapsae manibus cecidere tabellae; -e turbata est *Byblis* (*huc spectat* 9, 595 -bus certis prohibebar). 11, 719 -e mota est (*sc. naufrago appulso*). fast. 1, 187 -n ... causa est: ut res sapor ille sequatur (*sc. mellis dati. item de strena*: 1, 221. *cf.* FEST. p. 313 strenam vocamus, quae datur die religioso -is boni gratia). 3, 396 condita cum fuerint *arma*, aptius -n erit *nubenti*. 4, 356 quod bene mutarit sedem Berecynthia ..., captant mutatis femina sedibus -n idem. trist. 2, 6 ut me cognoscere vellet -e non fausto femina virque meo (*i. favor ipse malum -n fuit*). SEN. contr. 7, 1, 4 relictum ... navigium ..., infelix ... navigaturis -n (*sim.* 7, 1, 8). VAL. MAX. 1, 5, 5 Mario observatio -is ... saluti fuit. PETRON. 103, 5 notavit ... tonsorem intempestivo inhaerentem ministerio exsecratusque -n, quod imitaretur naufragorum ultimum votum *eqs.* (*huc spectat* 107, 14 nec -n nec legem navigantium noverant). *al.*

c *in natura rerum de signo quasi prognostico* (*sc. extra observantiam religiosam, cf. p. 573,77*): AETNA 174 neque est aliud, si fas est credere, mundo venturam antiqui faciem, veracius -n (*sc. praeter terrae hiatum, tremorem sim.*).

appendix (*sc. stil. et gramm.*): **1** *adi. notabiliora*: **a** *significationis malae*: ACC. trag. 173 obsceno (MAT. carm. frg. 2 obsceni ... funestique. CIC. dom. 140 VARRO ling. 7, 97 PAVL. FEST. p. 7. *al.*). 584 inimico. CIC. Cluent. 14 funestis (*v. supra et vol. VI 1585, 27*). Sest. 71 malis (*v. vol. VIII 217, 76*). Pis. 31 tristissimis (OV. am. 3, 12, 2 met. 15, 791 LIV. 9, 38, 15. *al.*). Phil. 11, 11 detestabile. VERG. Aen. 11, 589 infausto (*v. vol. VII 1, 1355, 67*). TIB. 1, 3, 17 dira (*v. vol. V 1, 1268, 82*). OV. epist. 13, 49 sinistrum. LIV. 22, 3, 12 foedo. SEN. contr. 7, 1, 4 infelix (*v. vol. VII 1, 1363, 9*). PHAEDR. 3, 18, 12 laeva (*v. vol. VII 2, 892, 3*). SEN. Oed. 359 grave (SIL. 16, 271). STAT. Theb. 11, 669 invisum. FRONTIN. strat. 1, 12 tit. adversis (*v. vol. I 870, 25*). APVL. apol. 92 scaevi. *al.* **b** *significationis bonae*: ACC. trag. 510 faustis (*v. vol. VI 388, 57*). CIC. Pis. 31 bonis (*v. vol. II 2093, 15*). HOR. carm. 3, 11, 51 secundo (VAL. MAX. 4, 7, 7 QVINT. decl. 272 p. 161, 18. *al.*). PROP. 4, 1, 68 candida. OV. met. 10, 5 felix (*v. vol. VI 438, 37*). fast. 3, 396 aptius. LIV. 45, 1, 4 laetum (*v. vol. VII 2, 888, 74*). VELL. 2, 79, 2 auspicatis. LVCAN. 3, 101 festa (*v. vol. VI 631, 37*). VAL. FL. 1, 245 dextro (*v. vol. V 1, 924, 79*). SIL. 9, 4 fausta ... et prospera (16, 260 LIV. perioch. 117 p. 111, 16 CLAVD. 1, 208 MART. CAP. 1, 31). *al.*

2 *structurae*: **a** *indicatur auctor, fons, forma -is* (*sc. per gen.*): CIC. carm. frg. 7, 13 aquilae (*item avium*: VERG. Aen. 3, 361 pinnae. HOR. carm. 3, 27, 1 parrae. SEN. Herc. f. 688 strigis. SIL. 4, 127. *al. cf. -a aliorum animalium*: PROP. 4, 1, 35 suis. VAL. FL. 6, 70 cervae). CIC. Verr. II 2, 18 famae atque sermonis (*cf.* Scaur. 30 nominis [Phil. 7, 11 PANEG. 12, 21, 5]. OV. epist. 13, 135 revocaminis. LIV. 7, 25, 11 cognominis. LIV. perioch. 5 p. 11, 4 vocis). Cluent. 14 omnium (*item hominum*: leg. agr. 2, 92 Bruti [*de exemplo ut*: TERT. pall. 1, 2 Gracchi]. STAT. silv. 5, 2, 165 vatum. *al.*). VERG. Aen. 4, 662 nostrae mortis. LYGD. 4, 9 noctis (*cf.* PROP. 4, 4, 23 lunae). PROP. 4, 6, 23 Iovis (SEN. Ag. 939 AVIEN. Arat. 3. *cf.* OV. met. 10, 278 numinis. VAL. FL. 1, 232 divum [1, 309 AVIEN. Arat. 599]. SIL. 16, 124 deum). LIV. 5, 34, 9 loci (SEN. Tro. 488). *al.*

b *indicatur, quid -e portendatur*: *gen.*: CIC. Phil. 9, 9 fati (SIL. 16, 271). div. 1, 103 iustorum comitiorum (2, 83). VERG. Aen. 10, 311 pugnae (SIL. 9, 4. 178. *cf.* LIV. 10, 11, 2 belli [21, 29, 4. *al.*]). OV. epist. 18, 201 interitus ... nostri (*cf.* TAC. ann. 15, 74, 3 exitus. LAMPR. Heliog. 7, 3 exitii. Alex. 60, 3 mortis [*al.*]). LIV. 5, 34, 8 fortunae. 21, 63, 14 terroris. 22, 3, 12 incipiendae rei (*item c. gerundivo*: ITIN. Alex. 8). SEN. contr. 7, 1, 8 navigationis. CARM. pop. Suet. Cal. 8, 1 designati principis. *et saepius.* *dat.*: SALL. hist. frg. 1, 109 pugnam ... pro -e bello (belli *Stephanus*) futurum (LVCAN. 6, 397 bellis. SIL. 13, 510). LIV. 5, 18, 3 -n concordiae ..., rei maxime ... utili. 6, 39, 8 consuli (*sc. creando*). SIL. 3, 12 coeptis. PANEG. 11, 10, 3 cladibus. CLAVD. 5, 96 thalamis. *praepos.*: LIV. 31, 45, 15 ad rem ... gerendam (SPART. Hadr. 3, 5 AVG. c. acad. 1, 4, 11). CAPITOL. Pert. 14, 4 de ... successore (AVIAN. fab. 23, 7 de mercibus). *? acc. c. inf.*: AETNA 174 *v. p. 577,43* (*an pendet ex* credere *?*). *'enunt.* (*cf.* TER. Andr. 200 ea lege atque -e, ut *eqs.*): AMM. 30, 5, 17 ut -n colligeret, quod ... remeabit. MAX. TAVR. serm. 98, 3 M. pro -e, ut vel onusti ... redeant.

deriv.: ominalis, ominor, ominosus. *Oomes.*

[2. ōmen *i. 'omentum' proponebatur* CATVLL. 66, 77 (*v. B. Rehm, RhM. 90, 1941, 350 sq.* -is *pro* omnibus, *quod Herescu, Eranos 55, 1957, 163 adn. 3 de nuptiis intellexit*). ARNOB. nat. 7, 25 *v. s. v.* omentum.**]**

†omenstrum *v. p. 573,56.*

ōmentātus, -a, -um. *ab* omentum. *i. q. omento circumdatus, circumvolutus sim.* (*n. pro subst. intellegit André, RevPhil. 35, 1961, 165*): APIC. 2, 40 (2, 1, 4 M.) -a ita fiunt: ... teres piper ... et sic superimmittis iecur et teres et misces, sicut pulpa -a. 2, 43 (2, 1, 7 M.) isicia -a: pulpam concisam teres ...; involuta omento subassabis.

omento *v.* obmento.

***ōmentum,** -ī *n.* [-mentum *verbum indicat incertum. Sch.*] *scribitur* obm- VINDIC. gyn. 12 p. 440 rec. G; aug- *ibid.* p. 441 rec. P. APIC. 3, 112 = 3, 20, 7 M. (*vix probab. s. v.* augmentum *vol. II 1360, 52 sqq. ut* 7, 264 = 7, 3, 2 M.); *?* ogm- MISC. Tir. *v. l. 42.* NOT. Tir. 51, 40. *de notione* (*cf. l. 68 sqq.*): PS. SORAN. quaest. med. 243 peritonium id est -um, quo intestina circumdata sunt (*distingui videtur a peritonaeo* CELS. 4, 1, 13). ISID. orig. 11, 1, 130 -um membranum, quod continet intestinorum maiorem partem, quod ἐπίπλουν Graeci vocant. SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 2, 5, 40 'omaso' -o, panza (*i. q. pantex, cf. Heraeus, Kl. Schr. 150, qui affert* GLOSS. V 624, 30 topantula vel -um est pance). GLOSS. ἐπίπλους. ἐπίπλοον. mappa ventris. mappa (*vel formae vulg.* maffa, naffa). pinguido super intranea. tomacula (tomatula *cod.*; *cf. etiam l. 62. 64*). *legitur praeter loc. dub.* LVCIL. 311 *inde a* CATVLLO, CELSO, SEN. *trag.*, SCRIB. LARG., LVCAN., PERS., PLIN. nat., IVV. [*dub.*: CIL IV 7353 omentor(um) 〈fumida massa datur〉 *suppl. O. Skutsch, Stud. Enniana 111; cf. Krenkel ad Lucil. 1375.* MISC. Tir. p. 67, 11 *et* 67, 14 *notam per* ogmentum *ed. Schmitz*, origanum *solvit Moore, ALL 10, 1898, 258. e coni. fortasse probab.* CARM. de aegr. Perd. 161 *Ellis pro* momenta (*cf.* APIC. 2, 42 = 2, 1, 6 M.).]

i. q. membrana quaedam corporis animantium: **I** *sensu strictiore de membrana pingui in ventre posita, quae retis similis intestina, viscera tegit, fere i. q. gr.* ἐπίπλοον (*hic illic fortasse de ipsis visceribus; cf. de adipe viscerum p. 579,22*). *per pleonasmum* ARNOB. nat. 3, 13 -orum membranulae. *accedunt adi.*: CATVLL. 90, 6 pingue (PLIN. nat. 11, 204 p. ac tenui). SCRIB. LARG. 158 caprinum. IVV. 13, 118 alba (*cf.* ARNOB. nat. 7, 20). APIC. 7, 320 (7, 14, 2 M.) porcino (8, 397 = 8, 8, 3 M.). ISID. orig. 6, 12, 1 (= SVET. frg. p. 133, 10) elephantinis. *plur. pro sing.*: SEN. Oed. 374 LVCAN. 1, 625 IVV. 13, 118.

A *in variis artibus*: **1** *in sacrificiis vel haruspiciis*: CATVLL. 90, 6 -um (omne- *G*, quintum *O*) in flamma pingue liquefaciens (*cf.* PERS. 2, 47 tot tibi cum in flamma iunicum -a liquescant [SCHOL. Bern.: membranae, quae exta continent]). SEN. Oed. 370 non molli ambitu -a pingues visceri obtendunt sinus. LVCAN. 1, 625 saniem per hiantis viscera rimas emittunt, produntque suas -a latebras (COMMENT.: tomacula, quae intestina abscondunt). IVV. 13, 118 in carbone ... ponimus ... vituli iecur albaque porci -a (*cf. 10, 355* candiduli ... tomacula porci). ARNOB. nat. 7, 20 albas esse hostiarum carnes ossa dentes pinguitas -a cum cerebris. 7, 24 (*in catalogo prosiciarum*). 7, 25 caro strebula ... -umque (nomenquae *cod.*, omenque *Meursius, Reifferscheid*).

2 *in medicina*: **a** *de situ, forma sim.* (*cf. et l. 30 sqq.*): CELS. 4, 1, 10 contegit ... universa haec *intestina* -um, ex inferiore parte leve et strictum, ex superiore mollius; cui adeps quoque innascitur. 7, 21, 1C -um ... venis quibusdam etiam maioribus inligatum est. ARNOB. nat. 7, 24 pars quaedam, quo receptacula ventrium circumretita finiuntur. VINDIC. gyn. ed. Sudhoff, ArchGeschMed. 8 p. 421 rec. Li l. 175 membrana tenuia habentia pinguissimas venas, que intestina tegunt et calefaciunt; hoc greci epiplon vocant, nos -um (aug- *rec. P*, obmento vel mappa *rec. G*) dicimus, extensum usque ad ylia[e]. **b** *de vitiis*: CELS. 7, 14, 1 modo intestinum eo (*sc. in umbilicum*) inrumpere, modo -um. 7, 14, 5 ut in uterum, sive intestinum, sive -um est, delabatur. 7, 16, 3 his *intestinis* conditis -um ... considerandum est, ex quo, si quid iam nigri ... est, ... excidi debet. 7, 18, 3 si descendit -um *in scrotum* (7, 21, 1A). *al.* CHIRON 150 ictu plagarum tensio -i ... facile eveniet (*cf.* 445 si quod iumentum -um tendiderit [*v. infra*]). 211 volut〈a〉ndo -um rumpunt (222 [*sim.* VEG. mulom. 1, 43, 2]. PS. DIOSC. herb. fem.

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12 l. 14. 45 [44] l. 12 -a vel tetenderunt vel ruperunt. *cf.* 7 l. 7 -orum ruptiones). *al.* c *adhibetur ad conficienda medicamenta*: SCRIB. LARG. 158 prodest et -um caprinum *ad podagram* (*cf. Marcell. med. 36, 40* lomentum). PLIN. nat. 28, 102 -um *hyaenae* ulcerum inflammationibus *auxiliari* cum oleo sumptum. 30, 72 (= PLIN. med. 2, 20, 1) *vitiis verendorum medetur* sebum ex -o pecudis, praecipue a renibus, admixto ... cinere (30, 112).

3 *in re coquinaria* (*sunt qui addant* LVCIL. 311 [fomento *trad.*]): **a** *adhibetur ad tegenda, involvenda sim. farcimina, isicia sim.*: APIC. 2, 42 (2, 1, 6 M.) in -o (momento *codd.*) assabis *isicium* (*cf.* 3, 112 [3, 20, 7 M.; augmento *codd.*]). 2, 43 (2, 1, 7 M.) involuta *isicia* -o (7, 264 [7, 3, 2 M.; aucmento *codd.*]. 7, 292 [7, 8 M.]. 7, 320 [7, 14, 2 M.]. 8, 397 [8, 8, 3 M.] *leporem* de -o porcino ⟨involutum⟩ [*add. André*]). 5, 194 (5, 3, 2 M.) -is tegis *fundum angularis* (5, 207 [5, 4, 6 M.) impensam ... -o t. 8, 402 [8, 8, 8 M.] pulpam ... -o t. vel charta. 8, 403 [8, 8, 9 M.] -o t. et charta). 8, 369 (8, 6, 11 M.) hac impensa intestina reples ... et -o (-um *pars codd.*) ⟨vel⟩ charta cooperies. **b** *de ipso farcimine, quod ex ventriculo factum est*: AVSON. 462, 3 p. 401, 8 P. proposito ... praemio caprini ventris -o *Ulixi et Iro rixantibus* (*cf. Hom. σ 44 γαστέρες ... αἰγῶν*).

B *in universum*: PERS. 6, 74 mihi trama figurae sit reliqua, ast illi tremat -o popa venter (SCHOL.: pinguedine, *cf.* GLOSS.). PLIN. nat. 11, 204 (*cf.* 1, 11, 80) ventriculus atque intestina pingui ac tenui -o (iom-, -ium-, indu- *pars codd.*) integuntur praeterquam ova gignentibus. ARNOB. nat. 3, 13 consentaneum est et illa portari *a deis* quae ... contegunt ... -orum membranulae.

II *sensu latiore de qualibet membrana vel de particula quadam extrema*: **A** *iecoris, auris* (*vertitur gr. λοβός, non nisi in cod. Lugd.*): ITALA lev. 3, 4 (Lugd.) -um, quod est supra iecor, cum renibus circumcidant ([*Vulg.* reticulum iecoris *ut*: 3, 10. 7, 4. 8, 16. *item ad* 8, 25 -um iecoris]. 4, 9 [*Vulg.* adipem iecoris, *cf. Aug. quaest. hept. 3, 22* pinna]. 7, 30 [*om. Vulg.; Hesych. ad l. p. 868*D pinnam]). 14, 14 (Lugd.) inponet sacerdos *sanguinem* super -um auris eius, qui mundatur (*Vulg.* super extremum auriculae; *item* 14, 17. 14, 25. 14, 28). **B** *ossis, testae sim.*: PS. SORAN. quaest. med. 229 cum solutum atque infirmum fuerit -um, melotis deposita luxatur circa os. 231 -um quod circa testam est. MACR. Sat. 7, 9, 13 -um quod impositum est ossi. 7, 9, 14 cerebrum ... non sensu suo, sed vestitus sui, id est -i, hunc importat dolorem. **C** *de corio quodam elephantorum ad scribendum adhibito* (*de re incerta cf. B. Rehm, RhM. 90, 1941, 350*): ISID. orig. 6, 12, 1 (= SVET. frg. p. 133, 10) historiae maiori modulo scribebantur: et non solum in carta vel membranis, sed etiam et in -is elephantinis textilibusque, malvarum foliis atque palmarum.

deriv.: omentatus.

? omeus *nomen herbae, quae et batrachion, scelerata al. dicitur*: GLOSS. III 633, 3 nomine erbe botracion omeus choras *eqs.*

omf- *v.* omph-, **omfacium** *v. et* homfagium.

omīlia *v.* homilia. **ōmīlisis** (-les-) *v.* omelysis. *Baer.*

ōminālis, -e. *ab* omen. [*olim e coni. pro* inominalis *v. vol. VII 1, 1740, 55.*] *i. q. omen significans*: DOSITH. gramm. VII 395, 3 *sunt* quaedam *nomina* -a, ut: vitalis, saecularis, superstes (*gr. οἰωνιστικά*).

ōminātio, -ōnis *f.* *ab* ominari. *i. q. actus ominandi*: PAVL. FEST. p. 88 faventia bonam -em significat; nam praecones clamantes populum sacrificiis favere iubebant; favere enim est bona fari. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 699 ('deos conprecare') om⟨ina⟩tione et s⟨acrati⟩one adg⟨rede⟩re (*suppl. Studemund, Mountford*).

ōminātor, -ōris *m.* *ab* ominari. *i. q. qui omen (infaustum) dicit*: PLAVT. Amph. 722 (*loq. Alcmene, quam Sosia insanam dixerat*) ob istuc omen, -r (nominator *pars codd.*), capies quod te condecet.

ōminor, -ātus sum, -ārī *et* ōmino, -āre. *ab* omen. *formae activae*: POMPON. Atell. 35 -as. FIRM. math. 5, 2, 16 -are. GLOSS. -o. *? gerund.* -andus HYG. grom. *v. infra.* GLOSS. -or: *οἰωνίζομαι. κληδονίζομαι.* -o: *οἰωνίζω.* -ans: augerans. *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVT., POMPON., HOR., *in prosa oratione inde a* CIC., LIV. [*confunditur in codd. c.* dominari, somniare, nominare, *pro quo restituitur parum probab.* HYG. grom. p. 75, 19 cippus [n]ominandus (*'an* opinandus*?' Thulin*).]

I *i. q. pro omine eloqui vel intellegere, praesagire, augurari sim.* (*in salutatione* PLAVT. *et* POMPON.; *accedit notio optandi maxime* PLIN. epist. 4, 15, 5 SVET. Nero 48, 2 APVL. met. 9, 23, 2): **A** *subi. sunt homines*: **1** *accedit obi.*: **a** *acc.*: **α** *simpl.*: PLAVT. Rud. 337 quid agis tu? :: aetatem haud malam male. :: melius -are ([*nisi adv.*]. CIC. Brut. 328. PS. APVL. Ascl. 41 [domin-, somni- *var. ll.*]. *cf.* APVL. met. 1, 22, 3 meliora [nom- *cod. ante corr.*]). LIV. 9, 34, 19 quod -ari (dom- *pars codd.*) etiam reformidat animus (TAC. Agr. 44, 5 augurio votisque). 26, 18, 8 clamore ac favore -ti extemplo sunt felix faustumque imperium. 44, 22, 4 haec partim -ari (opin- *trad.*), partim sperare possum. FEST. p. 269 (*suppl. e* PAVL.) ⟨ut amplio⟩re vocabuli (*sc. Romae*) signifi⟨catu prosperiora patriae⟩ suae -retur (SVET. Nero 48, 2 sibi adversa et Galbae prospera). VELL. 2, 71, 3 vera de exitu eius. CVRT. 9, 8, 24 fortunam. 9, 9, 22 famem et ultima sibimet -bantur. PLIN. epist. 4, 15, 5 ad quod petendum voto primum, deinde bono quodam omine adducimur; optamus enim tibi -amurque ... consulatum; ita nos virtutes tuae ... augurari volunt. APVL. met. 9, 23, 2 uxor ... diras devotiones in eum deprecata et crurum ei fragium amborum -ta (*Robertson*, abom- *trad.* [*sic vol. I 124, 63*], ad- *vel* ob- *alii*). LACT. opif. 3, 2 fragilitatis ... condicionem ploratu ac fletibus -ari (somni- *var. l.*). FIRM. math. 5, 2, 16 omnia, quae futura sunt, -are. **β** *dupl.* (*cf.* c): PLIN. epist. 4, 19, 7 me ... talem, qualis nunc ... videor, -ari solebas. IVST. 31, 2, 7 omnes trepidavere exitiosamque sibi fugam eius -ti sunt.

b *enunt. interrog.*: LIV. 7, 30, 23 alterum *responsum* -ari horreo quae ferat. 23, 43, 14 nolle -ari, quae captae urbi casura forent.

c (*acc. c.*) *inf.*: LIV. 30, 32, 9 -atur *Scipio*, quibus quondam auspiciis patres ... pugnaverint ..., ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos. 41, 18, 10 immemorem ambiguitatis verbi -tum (somni- *trad.*) ferunt se eo die Letum capturum esse (*cf.* 14 tam evidentem tristis ominis eventum). 42, 30, 8 preces suas acceptas ab dis immortalibus -ti (*suppl.* 'esse', *cf. αβ*).

2 *sine obi.* (*add. dat.* CIC. *et* SCHOL.): POMPON. Atell. 35 bene eveniat. :: ita sit: et tibi bene sit, qui recte -as (*item c. adv.*: SERV. auct. Aen. 11, 399 male -antem ... ut vatem). CIC. Phil. 11, 12 suo capiti (dom- *pars codd.*). off. 2, 74 nostrae *sc. rei publicae.* ITALA deut. 18, 10 (Cypr. testim. 3, 82) non -emini neque auguremini (*gr. κληδονιζόμενος, Vulg.* qui ... observet somnia, *Lugd.* auspicans, *Coll. Mos. 15, 1, 2* augurator). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 8, 37 ex persona dei -atur Romanis (*sc. poeta?*).

II *singulariter* diem faustum -ari *i. diem ominibus datis acceptisque fausta significatione augere*: PLIN. nat. 28, 22 cur ... primum anni incipientis diem laetis precationibus invicem faustum -amur?

deriv.: ominatio, ominator. *compos.*: abominor, inominatus.

ōminōsus, -a, -um. *ab* omen. *compar.* -ius AQVILA. SYNON. Cic. p. 430, 9 pestiferum. perniciosum. -um. [*e coni. dub.* SEN. nat. 2, 51 idem hominum (*om. pars codd., fort.* -um *Gercke in schedis*, ominans *Garrod*) futurum fulmen.]

i. quod (qui) infausti ominis est: **1** *de rebus*: MESSALA ausp. frg. Gell. 13, 14, 6 *Aventinum* quasi avibus obscenis -um ([omnino sum *pars codd.*]. *item de locis* GELL. 4, 9, 7 delubra [ignominiosa *var. l.*). AMM. 18, 7, 7 -o ... incepto et loco, cum haec ... tristia, futuros praenuntiantia motus, vitare ... quemque debere ... discamus). PLIN. epist. 3, 14, 6 notabilis atque etiam, ut exitus docuit, -a res accidit. PAPIN. dig. 35, 1, 72 pr. tam -a ... interpretatio, *sc. liberis mortuis legatum valere* (*cf.* AVG. doctr. christ. 2, 29, 46 coniecturas [abominosas *var. l.*]). SOL. 1, 41 Februarius quasi -us diis inferis deputatur. LAMPR. Diad. 5, 3 huic ... aquila pilleum ... tulit ..., quod multi -um putarunt et morti adcommodum, clarum autem eventus ostendit. AQVILA rhet. 5 p. 24, 12 nolo quicquam initio dicendi -ius proloqui (*Demosth. coron. 3 δυσχερές*). AMM. 24, 6, 17 *taurus* mactatus -a signa monstravit. SERV. Aen. 12, 74 noli me, mater, ad bellum euntem -is (omnino sic *var. l.*) lacrimis prosequi (*antea*: tanto mortis omine). COMMENT. Lucan. 4, 754 ('fessa iacet cervix') haec -a sunt, illa felicia. 7, 437 ('laevo ... volatu') -o, quod hos exitus habuit. SIDON. epist. 2, 8, 2 vispillonum sandapilariorumque ministeria -a. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 204, 29 video ... musicen ... et geometriam atque arithmeticam tres quasi furias despui, posthinc philosophiam uti quoddam -um bestiale numerari. **2** *de hominibus*: PS. QVINT. decl. 1, 13 *ut pater iuvenem caecum* -um (omnino *trad.*) summa calamitate corporis occurrere delicatis uxoris oculis vetaret. 6, 1 senex, -us (odiosus *var. l.*) morte filii.

adv. **ōminōsē.** *i. q. modo ominoso*: PS. QVINT. decl. 6, 5 miser ... inauspicatum metiens iter, prorsus -e (omnino se *vel* est *pars codd.*) retentus *eqs.* SERV. auct. Aen. 2, 190 *Sino* quasi Troianus detestatur, quae in illos -e dicta sunt. COMMENT. Lucan. 5, 473 -e Iulia in puerperio obiit. *Oomes.*

omīomerin *v. vol. VI 3, 2889, 81.*

omissio, -ōnis *f.* *ab* omittere. *i. q. actio omittendi*: **1** *de actione praetermittendi*: **a** *vario usu*: SYMM. epist. 3, 48 istam veluti -em laudis suae (*antea*: superforanei laboris est commendare conspicuos). BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 12 p. 168, 2 praetermissis his quaestionibus, quas altiores esse praedixit, exoptat mediocrem ... tractatum, sed ne haec ipsa sibi harum quaestionum -o (amissio *F*) vitio daretur *eqs.* **b** *usu technico in arte rhet. i. q. praeteritio simulata, ἀντίφρασις sim.* (*cf. Volkmann, Rhetorik 501*): PS. IVL. RVF. schem. dian. 12 p. 62, 22 *ἀντίφρασις* est figura sententiae, cum quaedam negamus nos dicere et tamen dicimus, ..., latine dicitur -o. CLAVD. DON. Aen. 6, 600 p. 587, 13 'quid memorem Lapithas ...' genus est transitus per -em, quod idcirco ponitur, ne continuatio narrationis horrescat (10, 35 p. 296, 5 enumerat).

2 *de actione dimittendi, desinendi*: SYMM. rel. 49, 3 eo ... res rediit, ut a partibus Africani accusationis -o desperatione peteretur. CLAVD. DON. Aen. 8, 170 p. 140, 24 novare est replicatione annua novam ex veteri facere eam rem, quae per -em (*em. Georgii propter 8, 185 p. 143, 16* per desuetudinem, promissionem *trad.; cf. Serv. Aen. 8, 173* intermissione) frequentioris cultus posset abscondi. AVG. [*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catech. rud. 14, 1 alterius actionis, cui tamquam magis necessariae iam suspensus eras, -o. *i. q. remissio* (*cf. p. 582, 32*): PS. HIER. epist. 7, 5 p. 110^B sufficit nobis, ut non criminalia peccata et maiora faciamus, facilis est enim -o minorum delictorum.

? **3** *de actione amittendi* (*usu recentiore, cf. p. 588, 33 sqq.*): AVR. VICT. Caes. 11, 11 neque minus per se moliebantur bellum, quod his conversum imperium maestitiae erat ob -em (amissionem *o, ed.*) praedarum per dona munifica. FVLG. act. mund. p. 142, 18 exstitit ... letus in filiorum morte *Iob*, securus in -e (amissione *S*) substantiae (*cf. l. 20* nobilitatis amissione).

[om(m)it(t)a: obvoluta GLOSS.^L III Abstr. OM 1 (omn-), *unde pendent* GLOSS.^L I Ansil. OM 11 II Abav. OM 2 GLOSS. IV 545, 1 V 316, 16. 377, 7; *legendum vid.* omnuta *i.* obnupta, *v. Heraeus, ALL 10, 1898, 515.*]

^a**omitto,** -mīsī, -missum, -ere. [*ab* ob *et* mittere *pro* ommittere *ut* mamilla *pro* mammilla *sim. Sch.*] *de deriv.*: DOSITH. gramm. VII 434, 25 obmitto παραπέμπομαι (*inter compos. verbi q. e.* mittere *ut*: CHAR. gramm. p. 469, 30 B., *sed scrib.* om-, *item* PRISC. *v. infra*). CLEDON. gramm. V 76, 4 (*a particula* 'o' *et* 'mittere' *ut*: POMP. gramm. V 280, 29). *de scriptura*: om-: PRISC. gramm. II 46, 18 *b transit in m* ut summitto, praeterea '-o' dicimus pro 'ommitto'. GRAMM. suppl. 296, 24 '-o' per solum o scribendum est, unde et corripitur (*affert* HOR. sat. 2, 5, 26). obm-: GLOSS. V 544, 58 DOSITH. *v. supra.* NOT. Tir. *v. infra; in codd. var. l. e. g.* CIC. leg. 1, 5 CVRT. 5, 5, 19 ASCON. Scaur. p. 26, 26. omm-: GLOSS. II 398, 37 IV 418, 3. 4. PRISC. *v. supra; in codd. var. l. e. g.* CELS 2, 12, 2^A. 3, 18, 7 SEN. epist. 7, 3. *notatur* ōm- *in cod.* LIV. 21, 8, 12 *N*. AVSON. 420, 3 p. 378, 20 P. ōmisse *cod. P.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 35 *BC*. *de mensura*: ŏ- (*sec. legem* '*mamillam*' *q. d., cf. Stolz-Leumann 143*; GRAMM. suppl. *v. supra*): *metro probatur passim inde a* PLAVT. Cas. 737. ō- (*ad* HOR. carm. 3, 29, 11 *v. Axelson, Unpoet. Wörter 22, 22*): COMM. instr. 2. 1, 4 CYPR. GALL. exod. 285. 375 num. 304 DRAC. Orest. 90. *perf.* -sēre LIV. 27, 27, 6 CVRT. 6, 1, 6. 9, 7, 9 PLIN. nat. 17, 42. *al.* ?-mīsse AVSON. *v. supra.* COD. Iust. 6, 35, 1 pr. *cod. M^a*. *p. p. p. comparat.* -ssiores TER. Ad. 831. NOT. Tir. 23, 24^a obmittit. 23, 38^a obmisit. *de notione et differentia* (*v. et l. 17*): SYNON. Cic. p. 436, 15 -o. praetereo. reticeo. sileo ... dissimulo. DIFF. ed. Beck p. 73, 9 inter '-ere' et 'praetermittere': -it, qui ordinem interrumpit; praetermittit, qui ex toto relinquit; itaque -itur quod inter multa aliquando petendum est, praetermittitur quod non curatur ex toto. GLOSS. -o: ἐῶ. παραλιμπάνω. παραλείπω. ἀφίημι. παρίημι. παρορῶ. προίημι. παραπέμπω. παραπέμπομαι. παραχωρῶ. praetereo, taceo. dimitto. demitto. -it: ignoscit aut praetermittit aut redarguit. intermittit. -sso: postposito. *v. et p. 582, 39 sq.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., TVRPIL., RHET. Her., CIC.; *evitatur a poetis* ENN., LVCIL., LVCR., CATVLL., VERG., TIB., PROP. (*al.; v. Marx, Molossische ... Wortformen, Abh. Leipz. 37, 1922, 32; Axelson loc. cit.*); *habent praeter comicos priscos* VARRO Men. (*semel*), HOR. (*in dactylis 8ies*, carm. *semel*), OV. (*semel*), PHAEDR. (*bis*), SEN. trag. (*quater*), LAVS Pis. (*semel*), SIL. (*ter*), AVSON. (*bis*), PRVD. (*semel*), CYPR. GALL. (*ter*), COMM. (*bis*), DRAC. (*semel*); *cf.* CE 613, 2. 629, 3. INSCR. christ. Diehl 3824 adn. (*vers. sen.*). [*confunditur cum*: mittere (*cf. vol. VIII 1162, 43 sqq.*): *var. l. e. g.* CIC. Pis. 80 Phil. 12, 19. *al.; legendum vid.* mittere PLAVT. Poen. 1268 TER. Eun. 926 OV. am. 2, 1, 17. amittere: TER. Haut. 962 CIC. har. resp. 23 *et saepe; restituitur* am- CAES. civ. 1, 33, 4. om- *per coni. dub.* VELL. 2, 39, 1 *v. Norden, Alt-Germanien 28, 7.* TAC. ann. 13, 46, 2. 14, 26, 1. committere: CVRT. 6, 3, 11 TAC. ann. 15, 24, 1. *al.; restituitur* com- PLIN. nat. 22, 4. demittere *restituitur* FRONTIN. strat. 1, 1, 6. emittere (*cf. vol. V 2, 500, 37 sq.*): *restituitur* om- PLIN. epist. 10, 37, 1; em- PLIN. nat. 18, 199 (*cf.* 17, 208 *André*). praetermittere: CAES. Gall. 6, 34, 7. *loco manco*: GRAN. LIC. p. 35, 7.]

CAPVT PRIVS: *i. q.* **missum facere,** *abire vel abessesinere*: **I** *praevalente notione dimittendi sim.*: **A** *c. respectu solvendi, liberandi sim.*: **1** *strictius: e manibus* (*accedit* de manibus APVL. met. 6, 19, 1): **a** *-untur animantes*: **α** *homines* (genua PLAVT. Poen. 1397; *hic illic obi. suppl.*): PLAVT. Bacch. 147 -e, Lyde, ac cave malo. Cas. 737 manc atque asta. :: -e (TER. Eun. 765. *cf.* PLAVT. Pseud. 255 manta. :: -e. Truc. 751 resiste. :: -e). Mil. 445 sqq. abeo. :: abire non sinam te. :: mitte. :: manifestaria es, non -o. :: at iam crepabunt mihi manus, malae tibi, nisi me -is (TER. Phorm. 486). 454 sqq. te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem, te huc, si -sero, intro ituram. :: vi me cogis, quisquis es; do fidem, si -is; ... :: ecce -o. :: at ego abeo missa (*cf. 457* ⟨e⟩ manibus amisisti praedam). 1337 labra ab labellis aufer ... :: si magis vis, cam *mulierem* -am. :: nolo, retineas (TER. Ad. 172). Poen. 1267. 1397 -e genua. :: mitto (Rud. 628). TER. Ad. 942 non -itis? :: non nisi te exorem. :: vis est haecquidem. DICT. 4, 11 Deiphobus amplexus *Achillem* ..., neque ab eo divelli aut -ere (di- *V*), quoad Alexander ... geminato ictu transfigit. *in imagine pro subi. sunt res*: PLAVT. Stich. 335 iube me -ere igitur hos, qui retinent. :: qui retinent? :: rogas? omnia membra lassitudo mihi tenet.
β *bestiae*: MELA 3, 43 ubi ille *eques* interceptos earum *tigridum* catulos citus coepit avehere et rabiem adpropinquantium astu frustraturus unum de pluribus -sit (-ssis *A*), hae proiectum excipiunt (*cf. Plin. nat. 8, 66* abicit unum ex catulis).

b *-untur res corporeae*: PLAVT. Poen. 784 age -e actutum, furcifer, marsuppium; manifesto fur es. Rud. 1015 mitte rudentem, sceleste. :: mittam: -e vidulum. CIC. har. resp. 23 puer ... si tensam non tenuit, si lorum -sit (am- *E*), *eqs.* (*cf.* CVRT. 8, 14, 3 -ssis habenis [TAC. hist. 1, 86, 1]). LIV. 5, 47, 5 armis ... -ssis saxa ... manibus amplexos *Gallos* trucidat *M. Manlius* (21, 8, 12 arma -i [di- *D*] cogebat *falarica* nudumque militem ad ... ictus praebebat. 21, 58, 3. 33, 9, 11 CVRT. 4, 3, 4. 4, 15, 17. 8, 14, 33. TAC. hist. 4, 37, 1 raptis temere a. ac statim -ssis. 4, 70, 4. *cf.* 5, 17, 1 -ssis telis praeda manus impediunt). 8, 39, 2 inter sarcinas -ssas repente, obiacentes pedibus fugientium (*cf.* LIV. 31, 21, 5 -ssa praeda, quae in manibus erat [TAC. hist. 3, 16, 2]. CVRT. 3, 13, 9 -ssis ⟨his⟩ *sc. oneribus*). CVRT. 5, 7, 7 -ssa ..., quam portaverant, aqua. SIL. 14, 424 trepidatur -sso ... remigio *nave incensa*. APVL. met. 6, 19, 1 ut ... unam de manibus -as offulam.

2 *laxius*: **a** *vario usu*: **α** *-itur anima, spiritus* (*sc. morte*): PLAVT. Amph. 240 animam -unt prius quam loco demigrent (CASS. FEL. 64 p. 157, 5 cum per sudorem mortiferum a. -serint). ITALA Luc. 23, 46 (cod. l) hoc dicens -sit spiritum (*gr.* ἐξέπνευσεν, *aliae vers.* emisit, *Vulg.* exspiravit). **β** *-untur homines*: (i) *e quadam societate* (*cf. p. 588, 50*): TVRPIL. com. 160 quaeso -e ac desere hanc meretricem, quae te ... semper studuit perdere. TAC. ann. 13, 44, 1 *Octavius Sagitta* donis adulterium et mox, ut -ret maritum *Pontia*, emercatur, suum matrimonium promittens. (ii) *e conspectu*: LIV. 22, 12, 8 Fabius ... agmen ducebat modico ab hoste intervallo, ut neque -ret eum neque congrederetur. (iii) *e custodia*: TAC. ann. 13, 28, 1 quod immodestos fautores histrionum et a praetore in vincla ductos tribunus -i iussisset. 15, 69, 3 circumdati ... custodia qui simul discubuerant, nec nisi provecta nocte -ssi sunt. **γ** *-untur delicta* (*cf. p. 581, 2*): HIL. in Matth. 22, 6 dono enim gratiae vitae anterioris crimina -untur (amittuntur, remittuntur *var. ll.*). CYPR. GALL. num. 304 peccatum ... meum ... -e.

b *p. p. p. pro adi. i. q. remissus, minus tentus* (*vulgo vim medialem vel activam intellegunt, cf. Hofmann-Szantyr 290*): TER. Haut. 962 ubi te vidi animo esse -sso (amisso *G*; SCHOL.: dissoluto, lascivo). Ad. 831 ne ab re sint ... -ssiores paulo (*opp. 834* adtentiores; DON.: ἀνιέμενοι, ἀνετώτεροι [*sim.* GLOSS.^L II Philox. OM 5], neglegentiores [*cf.* GLOSS. V 530, 52]).

B *c. respectu relinquendi* (*accedit praedicativum* SALL.): **1** *-untur animantes*: SALL. hist. frg. 3, 98 C 8 fugitivi *seditiosi* ... interdum lacerum corpus semianimum -entes. LIV. 9, 39, 8 ut equites Romani -ssis equis ad primos ordines peditum ... evaserint ([*cf.* 7, 7, 8 relictis e.]. 22, 49, 3). TAC. hist. 3, 11, 3 mox -ssis lictoribus Patavium concessit *Saturninus*. COMM. instr. 2, 1, 4 -ssae duae tribum haec sunt et dimidia nobis (*cf. 8* obrelictae). **2** *-untur res* (*fere loca*): CVRT. 9, 9, 18 in quos *tumulos* ... -ssis navigiis enare properant. TAC. hist. 2, 65, 1 digressum a Luguduno Vitellium ... adsequitur -ssa Hispania. 3, 4, 2 Flavianum -ssa (am- *Agricola*) Pannonia ingressum Italiam. ann. 1, 28, 6 -unt portas (*sc. quas obsederant*). 1, 36, 2 si -retur ripa, invasurus hostis. 1, 47, 1 fixum ... Tiberio fuit non -ere caput rerum *Romam* (*1, 46, 2* ire ipsum ... debuisse. *cf.* 3, 47, 2 -ssa urbe). 1, 56, 3 -ssis pagis vicisque in silvas disperguntur. 2, 68, 1 -ssis maritimis locis. 4, 48, 1 statione⟨s⟩. 4, 74, 3 non ... in urbem ... degressi sunt: satis visum -ere insulam *Capreas*. 12, 63, 2 vis piscium ... -sso ... litoris flexu hos ad portus defertur. 14, 61, 3 -ret modo Campaniam et in urbem ... pergeret. *in imagine* (*cf. p. 583, 7*): APVL. met. 5, 19, 5 facinorosae mulieres, -ssis tectae machinae latibulis, destrictis gladiis fraudium ... puellae ... cogitationes invadunt.

C *c. respectu desinendi, deponendi sim.*: **1** *in oratione, sc. faciendo finem commemorandi* (-ere orationem, mentionem *sim. et* -ere dicere *sim. v. sub 2*): PLAVT. Asin. 578 iam -e ista atque hoc, quod rogo, responde (CIC. leg. 3, 29 -e ista, ...; non enim de hoc senatu ..., sed de futuris ... haec habetur oratio. ac. 1, 2). CIC. Mur. 22 sed ut hoc -sso ad studiorum atque artium contentionem revertamur (Cael. 26 haec -o, ad illa quae me magis moverunt, respondeo. Lig. 24 hoc totum -o, non ultra offendam tuas ... auris. Att. 8, 9, 3. *al.* SALL. Catil. 52, 24 QVINT. inst. 4, 2, 39. *al.*). Flacc. 14 ut hanc vim -am ([*13* hanc partem ... relinquam]. Lig. 20 ut -am communem causam, veniamus ad nostram. ac. 2, 130 Cato 23. *al.* SPART. Sept. Sev. 21, 4 sed ut -amus adoptivos, ..., veniamus ad genitos. AVG. civ. 18, 41 p. 317, 4 D. *cf. formulam sub II A allatam*). dom. 125 Gabinium. Pis. 80 praeterita ([mitto *var. l.*]. Phil. 2, 111. 5, 31. 6, 9 Att. 14, 14, 3). Phil. 2, 39 sed -atur bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. div. 2, 89 ut ratione utamur -ssis testibus. *al.* LIV. 33, 12, 8 -ere se Carthaginienses. 40, 15, 1 quin tu -ssa ista nocturna fabula ad id, quod doles ... reverteris? VAL. MAX. 5, 3 ext. 4 sed -amus ingratos et potius de piis loquamur. 6, 9 ext. 1 Xenocrates ... -ssa ... re, quam disserebat, de modestia ... loqui coepit. SEN. apocol. 10, 3 illa -am, haec referam. *al.* *seq. enunt. interrog.*: CIC. Pis. 3 sed -o, ut sit factus uterque nostrum *consul*. *c. praep.* **de**: CIC. Rab. Post. 34 de me -amus, ad Alexandrinos istos revertamur.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *quolibet modo*: **a** *non iam faciendo, agendo sim.* (*plus valet quam* intermittere *v. vol. VII 1, 2227, 37 sq.*; imminuere Svet. Nero 42, 2): *α -untur res incorporeae* (*fere actiones, affectus sim.; frons pro affectu* Varro; *attulimus exempla selecta*): Plavt. Merc. 942 quin tu istas -is nugas ac mecum huc intro ambulas? (Sen. epist. 7, 3 nunc -ssis nugis mera homicidia sunt. *cf.* Plin. epist. 1, 21, 2 iocis. Svet. Nero 27, 1 iocularia et latebras -sit). Ter. Ad. 232 nunc si hoc (*sc. negotium*) -o (am- *G*) ac tum agam, ubi illinc rediero, nihil est. 267 sq. -e . . . tristitiem tuam. :: ego illam . . . -o. 754 -e . . . istanc iracundiam (*explic.* Gloss. V 537, 72 desine irasci. *cf.* Liv. 5, 36, 8 -ssa inde in Clusinos ira [7, 40, 19 i. et spe. Frontin. strat. 1, 10, 4]). 860 vitam duram, quam vixi usque adhuc, . . . -o (mitto *var. l.*). Cic. Flacc. 87 querellas. dom. 31 istam orationem, qua es usus, as licet (Liv. 34, 32, 20). rep. 6, 10 timorem (Tusc. 2, 67 Priscill. tract. 2, 54). fin. 2, 82 -ssa spe voluptatis (Liv. 5, 43, 4. 24, 17, 8 -ssa s. Nolae potiundae . . . Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur. 32, 31, 3. 37, 16, 3. 42, 45, 4 Cvrt. 3, 2, 1. 4, 1, 30 Sil. 15, 317 Tac. hist. 4, 30, 2 ann. 13, 37, 5. *al. v. et l. 11*). Att. 13, 47 extemplo instituta -si, ea, quae in manibus habebam, abieci (*Ennio tribuit F. Skutsch, Kl. Schr. 307 sqq.*). ad Q. fr. 3, 1, 5 id opus se -sisse (Hor. epist. 1, 6, 48 hoc primus repetas o., hoc postremus -as. Val. Max. 8, 13 ext. 1 nihil . . . ex his operibus, quae adulescens sustinere adsueverat, . . ., -sit. *cf. sub β*). Varro Men. 134 quin mihi caperratam tuam frontem . . . -is? (*an i. q. 'solvis' ?*). Caes. civ. 1, 30, 1 in praesentia Pompei sequendi rationem -it (*al.*). 3, 24, 4 obsessionem (*cf.* Liv. 23, 28, 12 coepta obsidio -ssa [38, 7, 1 Val. Max. 5, 6, 8. 7, 4, 3 Sil. 14, 186 Tac. ann. 15, 5, 1]). Sall. Iug. 70, 5 -sso vetere consilio (Liv. 33, 20, 10. 33, 41, 5. 41, 23, 13 Val. Max. 1, 5, 1. *al.*). Liv. 2, 14, 5 -sso Romano bello (6. 15, 8. 8, 12, 9. 23, 25, 4 et -i . . . et differri. 26, 25, 15 quod in manibus erat [Vell. 2, 24, 4]. 31, 31, 19 depositum a vobis bellum et ipsi -simus. 34, 33, 7 motum [*cf.* 21, 11, 13 mota arma]. 35, 15, 6. *al.*). 2, 30, 6 -sso certamine (9, 27, 14. 29, 6, 14 Tac. hist. 4, 6, 2 Amm. 19, 2, 9). 2, 50, 9 -ssa pugna (7, 15, 5. 8, 38, 14. *al.* Cvrt. 6, 1, 6. *cf.* Tac. hist. 2, 42, 1 pugnae ardore). 3, 63, 1 proelium (6, 13, 1 temere p. iniit, temere -sit. Cvrt. 5, 2, 5 Tac. ann. 3, 20, 2). 6, 42, 3 consulum mentione -ssa (37, 36, 9 pacis). 9, 35, 7 -sso . . . itinere (27, 48, 2. 35, 50, 11. Val. Max. 1, 1, 10 coepto. *al.*). 26, 6, 6 -ssa oppugnatione (*al.*). *al.*

β -untur res corporeae: opera manu facta, aedificia sim. (*sc. quorum perfectio intercipitur*): Liv. 5, 19, 11 ne intermitteretur opus (*i. cuniculus*) . . . nocte ac die numquam . . . -ssum (30, 10, 2 *de vallo.* Svet. Cal. 21 inchoavit . . . aquae ductum . . . et amphitheatrum . . ., quorum operum a . . . Claudio alterum peractum, -ssum alterum est. Consvlt. Zacch. 1, 18 p. 21, 5 opere turris -sso). Plin. epist. 10, 37, 1 qui *aquae ductus* imperfectus adhuc, -ssus (em- *trad.*, relictus *ed. Aldina*), destructus etiam est (*postea*: relicto). Svet. Claud. 11, 3 marmoreum arcum . . . decretum quidem olim a senatu, verum -ssum peregit. 20, 1 alterum *ductum aquarum* ab Augusto . . . negatum, alterum *portum Ostiensem* . . . propter difficultatem -ssum. CIL V 7250, 2 (*a. 375/8*) thermas Gratianas dudum coeptas et -ssas . . . extruxit.

γ accedunt structurae: (I) *inf.*: Plavt. Merc. 624 (*interpol. ?*) heu me miserum. :: flere (fiere *trad.*) -e, istuc quod nunc agis. Persa 431 iam -e (*A*, -o *BCD*) iratus esse. 642 iam de istoc rogare -e; non vides nolle⟨e⟩loqui? Ter. Eun. 989 -e de te dicere (Cic. Mur. 18 Lact. inst. 1, 11, 4. *cf.* Liv. 21, 18, 12 -ite Sagunti . . . mentionem facere). Cic. Sest. 1 recordari. Brut. 266 lugere. div. 1, 12 urguere. Sall. Iug. 35, 8 contra verum niti. Hor. carm. 3, 29, 11 mirari. epist. 1, 18, 79 tueri. Phaedr. app. 28, 9 persequi (Ivst. 41, 4, 4 Vvlg. II reg. 2, 19. 26. *cf.* Schol. Iuv. 7, 32 sectari). Tac. ann. 4, 68, 1 percolere. Hil. trin. 9, 7 *Christus* non . . . -ens naturae suae esse. Priscill. tract. 2, 51 non -entes . . . sanctorum iudicium malle quam saeculi. Vvlg. Iob 32, 1 respondere (*Hier. interpr. Iob* cessaverunt). Sacr. Leon. 416 (*in marg. cod.*) corripere. 1070 bene facere. 1100 instruere. (II) *enunt.*: Firm. math. 4, 15, 6 *luna* ad varios actus adfectantes, [in] quod adgressi fuerint, vario facit genere desperationis -ere (ad- *trad., corr. Aldina. cf.* Mart. Cap. 9, 889 ut -ere vellet, quae . . . disposuit). Fvlg. aet. mund. p. 168, 24 dum tamen vanus *Curtius* non -ret (am- *S*), quod vivebat. Vvlg. II reg. 2, 21 noluit autem Asael -ere, quin urgeret eum.

b *non iam curando, respiciendo, habendo, petendo sim.*: *α -untur res* (*pro obi. est hic illic enunt. relat.*): (I) *e possessione, potestate quadam sim.* (*cf. obi.* possessionem *infra apud iurisconsultos*): Ⓐ *variae*: Cic. leg. 1, 5 teneo, quam optabam occasionem, neque -am (Sen. contr. exc. 9, 1 nactus o. non -sisti [*cf. contr. 9, 1, 15* intermisse *Schulting ex* intermisse, intermisisse]. *cf.* Liv. 44, 8, 3 *eum* -sisse dé manibus ea, quae mox repeti non possent). off. 1, 111 si aliorum naturam imitans, -as tuam. Liv. 7, 24, 4 -ssa cunctando victoria erat (*cf.* Val. Max. 9, 3, 5 partem *victoriae*). Sen. Ag. 141 -si regimen e manibus meis. Qvint. inst. 2, 1, 1 rhetores . . . suas partes -serunt et grammatici alienas occupaverunt (2, 21, 13 philosophos -ssam hanc ab oratoribus partem occupasse). Tac. hist. 4, 86, 2 usurpata antea munia imperii -bat (*cf.* Cod. Theod. 8, 1, 11 -sso cingulo). ann. 1, 59, 4 redderet filio sacerdotium -ssum (*fort. recte Heubner, WSt. 77, 1964, 139,* hominum *trad.*). 3, 60, 2 quod falso usurpaverant (*sc. iura, mores sim.*) sponte -sere *civitates.* Ivlian. dig. 41, 2, 39 -endae possessionis causa (Scaev. dig. 41, 6, 5 Papin. dig. 43, 16, 18 pr. *al. cf.* Pavl. dig. 41, 7, 2, 1 *rem* desinere -entis esse). Papin. dig. 42, 8, 18 pignus. Priscill. tract. 2, 54 coronam aeterni sacerdotii. Cod. Theod. 8, 4, 21 -ssis . . . natalibus. *pro subi. sunt res* (*nisi ad cap. alterum trahendum*): Prob. inst. gramm. IV 152, 2 quaecumque . . . nomina . . . adverbia ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri scilicet singularis 'ori' litteras ultimas -unt et 'us' litteras accipiunt (152, 5 supra scriptas l. -unt et supra scriptas litteras accipiunt. *cf. p. 151, 36* ultimam syllabam amittunt et . . . accipiunt).

Ⓑ *loca* (*sc. possessa*; Narbonenses *pro provincia* Cic.): Cic. fam. 10, 26, 1 aut -endos Narbonensis aut cum periculo dimicandum. Liv. 9, 22, 11 -ssa Saticula, quam nequiquam defendi rebantur. 9, 28, 3 -sso Boviano. 23, 25, 6 Galliam. 26, 7, 5 Capuam (26, 13, 11 Flor. epit. 2, 6, 43). 30, 7, 4 -ssa Utica. Cvrt. 5, 11, 6 Graeciam *patriam.* 6, 3, 11 aut, quae cepimus, -enda (com- *B m. pr.*) sunt aut, quae non habemus, occupanda. Tac. ann. 4, 51, 2 ut quaedam munimenta Romani quasi perrupta -serint. 6, 36, 2 -ssa Armenia. 11, 8, 4 Seleuciam. 12, 46, 3 Pollio . . . impellit milites, ut pacem flagitarent seque praesidium -ssuros (*Freinsheim,* am- *Müller,* tradituros *Agricola,* amnis *M in fine versus*) minitarentur. 15, 5, 4 Tigranocertam. Fronto p. 195, 12 v. d. H. (p. 206 N.) provincias . . . -ere maluit quam exercitu retinere. Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 35 Iudaei . . . bellis optinuerunt, ita ut haec *loca* postea non -rent (am- *Boysen, gr.* ἐκπεσεῖν).

(II) *e consilio, cogitatione, appetitione sim.*: Ⓐ *res variae incorporeae*: Cic. Marcell. 25 (*ad Caesaris sententiam* 'satis diu . . . vixi') -e, quaeso, istam . . . in contemnenda morte prudentiam. de orat. 1, 118 fingendus est nobis . . . detractis . . . vitiis orator . . .; neque enim, si . . . barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc (hic *var. l.*), quod quaerimus, -emus. Hor. epist. 1, 1, 98 mea cum pugnat sententia secum, quod petiit spernit, repetit quod nuper -sit. Liv. 1, 45, 3 caput rerum Romam esse . . .; id quamquam -ssum iam ex omnium cura Latinorum . . . videbatur *eqs.* 25, 4, 8 tribuni plebis -ssa multae certatione rei capitalis diem Postumio dixerunt (*25, 3, 13* multam . . . dixerunt). 33, 13, 3 iis, sine quibus pax impetrari non poterat, . . . -ssis. Sen. epist. 108, 27 -ssis (em- *B*), ad quae devertimur, in rem unam laboremus. Qvint. inst. 1, 12, 6 -amus . . ., quod didicimus? *al.* Ⓑ *loca* (*sc. appetita*): Liv. 6, 9, 5 senatui cum Camillo agi placuit, ut -sso Antio bellum Etruscum susciperet. 23, 15, 2 Neapoli quoque sicut Nola -ssa petit Nuceriam. 23, 32, 7 qui Magonem . . . -ssa Italia in Hispaniam averterent. 37, 15, 6 -ssa in praesentia Epheso mittendam navium partem in Lyciam censuit. Tac. hist. 2, 83, 2 *Mucianus* ambiguus consilii, num -ssa Moesia Dyrrachium *occuparet.* ann. 15, 36, 1 -ssa in praesens Achaia . . . urbem revisit *Nero.* Ivst. 12, 13, 4 -ssa Babylonia in Borsipam urbem . . . concessit *Alexander.*

(III) *ex usu, more, consuetudine sim.* (*obi.* morem Sall., consuetudinem Svet. rhet. 25, 5 *et* Vesp. 12): Cic. nat. deor. 2, 9 neglegentia nobilitatis augurii disciplina -ssa veritas auspiciorum spreta est (*cf.* div. 2, 77 *auspicium* totum -sit. Tac. ann. 12, 23, 1 salutis augurium quinque et viginti annis -ssum [*M,* interm- *Agricola*] repeti ac deinde continuari placitum. Min. Fel. 26, 1 auspicia et auguria Romana [*opp.* observata]). div. 1, 28 nihil . . . maioris rei nisi auspicato . . . gerebatur, quod . . . nuptiarum auspices declarant, qui re -ssa nomen tantum tenent. Sall. or. Macri 14 -undum (amittendum *Arus. gramm. VII 453, 10*) morem hunc, quem agitis (*cf.* Liv. 2, 14, 2 cuius originem moris [*i. e. bona Porsennae vendendi*] necesse est . . . inter bellum natam esse neque -ssam in pace. Cvrt. 5, 5, 19 quae [*sc. mores, sacra sim.*] ingenita ipsi -ssuri sint sua sponte). Liv. 39, 18, 8 (*de Bacchanalibus*) si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piacula se id -ere (di- *var. l.*) posse, *eqs.* Cels. 3, 24, 4 oportet . . . vinum bibere Graecum salsum . . .; deinde . . . -sso Graeco vino bibere integrum austerum. 4, 32, 2 paulatim . . . debebit, -ssis his legibus, eo transire, ut arbitrio suo vivat (Tac. ann. 6, 16, 1 adversum legem . . . Caesaris, . . ., -ssa⟨m⟩ olim, quia *eqs.*). Lavs Pis. 162 mira subest gravitas inter fora, mirus -ssa paulisper gravitate lepos. *al.*

β -untur homines (*fere hostes e persecutione sim.*): Liv. 7, 29, 6 (*4* Samnites Sidicinis iniusta arma . . . cum intulissent) Samnites -ssis Sidicinis . . . Campanos adorti. 22, 47, 9 Romani . . . -ssis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, adversus Afros . . . pugnam ineunt. 26, 13, 7 -ssis omnibus, -sso ipso Hannibale . . . exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. Cvrt. 7, 7, 11 si -serimus (-iss- *F*) Scythas ultro arma inferentes, contempti ad illos *Bactrianos*, qui defecerunt, revertemur. Tac. hist. 4, 34, 5 Vocula -ssis fugientium tergis vallum . . . augebat. Vvlg. II reg. 2, 30 Ioab reversus, -sso Abner, congregavit populum.

II *praevalente notione praetermittendi, praetereundi sim.* (*plus valet quam* differre Tac. hist. 1, 47, 1. 2, 71, 2 Svet. Cal. 49, 2 Avson. 204, 4 p. 62 P. Cod. Theod. 9, 10, 4, 1 [= Iust. 9, 12, 8, 3].

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sed cf. iuxta pcs. HOR. ars 44): **A** *in oratione sim., sc. non commemorando* (-ere mentionem *et* -ere dicere *sim. v. sub B; accedit* dicendo QVINT. inst. 11, 1, 4): **1** *c. acc.*: **a** *vario usu*: **α** *-untur res*: (I) *formae* I^{ae} *pers. sg. vel pl.*: (A) *pro obi. sunt neutr. pron. vel adi.*: PLAVT. Trin. 1074 sed -o (-e *A*) alia, hoc mihi responde: *eqs.* (CIC. Phil. 13, 42. *al.*). TER. Haut. 637 at id -o: misericordia, animus maternus: sino (CIC. ac. 2, 52. 2, 78. LIV. 27, 13, 5 ea, quibus gloriari potestis. *al.*). Ad. 87 illa quae antehac facta sunt -o (CIC. Verr. II 4, 116 Catil. 1, 15. Pis. 17 illud, consulem edicere *eqs.* Tusc. 2, 58 *al.*). CIC. Verr. II 3, 200 quamquam haec -o: de cella loquor (Cluent. 100 -o et h. et alia permulta, quae *eqs.* Flacc. 80. *al.*). 5, 166 -o ac neglego cetera (TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 458, 11 PANEG. 10, 3, 1). fam. 4, 13, 6 redeo ... ad id ..., quod primo -seram (COLVM. 9, 4, 6 ex cunctis, ..., quae ... -si. 12, 52, 2. PLIN. nat. 10, 79 multa ..., quae ... -o. *al.*). or. frg. B 7/9 num quid -si? (PLIN. nat. 20, 235 ne q. -amus. *al. cf. pron. interrog.*: PHAEDR. 4 prol. 5 divinabit, quidnam -serim. VITA Hil. Arel. 11 l. 24 quid). LIV. 26, 41, 10 vetera -o (MIN. FEL. 7, 5. *cf.* CIC. Att. 8, 3, 3 illa v.). *al.*

(B) *pro obi. sunt subst.*: RHET. Her. 4, 27, 37 furta, rapinas ... tuas -o. CIC. Sest. 54 -o gratulationes, epulas *eqs.* prov. 6 -o iuris dictionem ..., caedes relinquo, libidines praetereo (*cf.* nat. deor. 1, 119 Eleusinem ..., praetereo Samothraciam). de orat. 1, 181 -o ... plura exempla. *al.* LIV. 9, 9, 6 -o deditionem, quoniam de sponsione agitur. COLVM. 6, 38, 1 quaedam vitia non -am. *al.*

(II) *aliae formae*: (A) *variae*: CIC. inv. 2, 37 ante factis -ssis, illud, quod instet, agi oportere. de orat. 2, 127 quin tu ... -is ista, quae proposuisti. 3, 31 -ssis ceteris argumentis (VELL. 2, 14, 3 SEN. epist. 94, 52). nat. deor. 1, 28 quae reprehensa in alio iam in hoc *loco* -antur. HOR. ars 44 pleraque differat et praesens in tempus -at. VAL. MAX. 1, 7 ext. 10 proximum somnium ... ne -atur, impetrat. COLVM. 2, 13, 4 diligentius de eo dicendum existimo, cum priscis auctoribus quamvis non -ssa res (non omnes sares *SA*), levi tamen ... cura sit prodita (12, 4, 1). 10 praef. 3 Georgici carminis -ssas partis (TAC. dial. 16, 3 p., quas ... te non tam -sisse quam nobis reliquisse). 12, 52, 8 multa -ssa sunt (*al.*). *al.* PLIN. nat. 6, 170 -sit in hoc tractu ... Berenicen alteram. 23, 52 in reliquis *vinis* -atur et palmeum. *al.* QVINT. inst. 1, 11, 17 chironomia ... a Chrysippo in praeceptis ... non -ssa. 2, 11, 1 priora -serunt (TAC. ann. 15, 24, 1 p. et totiens iactata ... -ere [com- *M*]). *al.* TAC. ann. 6, 7, 5 a plerisque scriptoribus -ssa ... pericula et poenas. *al.* *p. p. p. neutr. pro subst.*: VELL. 2, 68, 4 aliquid ex -ssis peto. QVINT. inst. 10, 5, 4 licet ... et -ssa supplere et effusa substringere. APVL. apol. 36 adnitar ... aut -ssa adquirere aut defecta supplere. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 5 ab illo -ssa referemus. (B) *gerundivum*: CIC. Sest. 13 non est -enda singularis ista integritas (*postea*: verum haec ... praetereamus). off. 3, 9 adhibendumne fuerit hoc genus ..., an plane -endum. COLVM. 12, 25, 1 eam ... partem curae non -endam putavi. PLIN. nat. 4, 93 non est -enda multorum opinio. 7, 6 quaedam (*sc. ritus, mores sim.*) ... haud -enda duco. 12, 18. 14, 47. *et saepius apud eundem* (*v. etiam sub 4 et 5*). QVINT. inst. 2, 5, 1 non -endum videtur id quoque, ut moneam, *eqs.* 2, 17, 42. 12, 10, 49. *al.* PLIN. epist. 3, 10, 5 si qua existimabitis addenda commutanda -enda. paneg. 56, 1. *al.*

β *-untur homines*: (I) *formae* I^{ae} *pers. sg. vel pl.*: CIC. Mur. 69 -o clientes, vicinos, tribules, exercitum totum Luculli. Sull. 71 ceteros (Phil. 2, 56 Brut. 296). dom. 23 Catonem. Balb. 17 -am ... Pompeium iam oratione mea reliqua (relinquam *trad.*). Phil. 6, 13 me. 12, 19 -o (mitto *var. l.*) hostem patriae. rep. 1, 1 innumerabilis viros (*postea*: commemorare ... desino). parad. 11 reliquos *reges. al.* LIV. 6, 41, 3 Licinium Sextiumque. *al.* (II) *aliae formae* (*loco lacunoso* GRAN. LIC. p. 1, 8): QVINT. inst. 10, 1, 45 ne quisquam queratur -ssos forte aliquos *scriptores*, ⟨quos⟩ ipse valde probet. TAC. ann. 3, 76, 1 cum ferme cunctos proceres ... nominavisset, Caesarem -sit (*sc. in testamento ut*: TERT. dig. 29, 1, 33, 2 si ... -serit postumum per errorem. PAVL. dig. 5, 2, 19 pr. -ssa *filia* [*antea*: f. praeterita]. INST. Iust. 2, 13, 7. *addas*: PLIN. epist. 5, 5, 2 -sit quos maxime diligebat.). MARCIAN. dig. 48, 9, 3 (*in lege Pompeia*) et novercae et sponsae personae -ssae sunt, sententia tamen legis continentur (IVST. 31, 1, 3). CYPR. epist. 73, 17 Christi mentionem facit Petrus, non quasi pater -retur. PS. AVR. VICT. orig. 3, 3 -sso ... Iano ... se Saturno maluit *Vergilius* annectere. AVSON. 204, 4 p. 62 P. dilatus nobis, non et -ssus eras (*sc. in eloquio*). *al.*

b *in formula*: 'ut -am, -amus', (*v. etiam sub 5 et 6, cf. p. 582, 71 sqq.*; ut -antur *non nisi apud* PLIN. nat. 3, 46. 16, 6. 33, 135. 35, 159): **α** *res*: TER. Haut. 457 ut alia -am (CIC. Quinct. 70. Cluent. 151 leges alias omnes. Phil. 2, 38 de orat. 1, 166 ac. 2, 113. Tusc. 3, 5 alios *morbos*. Lael. 9 Att. 7, 13, 1. SALL. Iug. 10, 2 a. magna et egregia tua. LIV. 34, 32, 11 a. omnia vetustiora. ASCON. tog. cand. p. 67, 12. *al.*). CIC. Verr. II 1, 137 ut -am (mittam *var. l.*) cetera (Cluent. 181 Rab. perd. 20 Catil. 3, 18. de orat. 3, 36 ceteras artes. *al.*). 3, 206 tuos peculatus. Flacc. 16 hanc Graeciam (de orat. 1, 13 G. ... atque illas ... Athenas). Catil. 3, 18 ut illa -am, visas ... ab occidente faces (Planc. 25 illud, quod ... laborabam. fam. 15, 21, 2. COLVM. 3, 3, 2 veterem illam felicitatem. PANEG. 12, 4, 3). Deiot. 15 haec (Phil. 5, 25 h., quae magna sunt. Att. 8, 3, 3. *al.* PANEG. 12, 4, 4. VOPISC. Aurelian. 6, 1 h. et talia). Phil. 5, 35 superiora (10, 4). 12, 10 reliquas partis Galliae (PLIN. nat. 23, 52 r. *vina*). *al.* CVRT. 6, 3, 2 (*v. sub β*). PLIN. nat. 33, 66 Indicum *aurum*. QVINT. inst. 3, 6, 8 ea, quibus minus confidimus. TERT. pudic. 5 p. 227, 12 tragoedias. *al.* **β** *homines*: CIC. Verr. II 4, 136 ut ceteros -amus, de ipsis Syracusanis cognoscite (div. 1, 3 c. populos. PS. AVR. VICT. epit. 42, 21 c. *uxores*). leg. agr. 1, 14 alios (rep. 3, 24 fin. 2, 102 off. 1, 77. LIV. 9, 17, 6 a. reges claros ducesque. 27, 27, 13. 37, 45, 12). Mur. 56 Servium Sulpicium. Sest. 32 Gabinium. Phil. 5, 39 patrem. 7, 24 multitudinem. or. frg. A IX 14 ⟨ut⟩ istum *Antonium* -am. div. 2, 22 superiores *viros*. NEP. Hann. 2, 1 Philippum. CVRT. 6, 3, 2 Illyrios, Triballos, Boeotiam, Thraciam *eqs.* VOPISC. Aurelian. 42, 6 Vitellios, Caligulas et Nerones. *al.*

2 *obi. suppl. vel absolute*: CIC. de orat. 3, 42 me ... tuus sonus et subtilitas ista delectat, -o verborum (*sc. subtilitatem*). ac. 2, 132 cupio sequi Stoicos; licetne, -o per Aristotelem ... (*i.* -o *quaerere, liceatne per A.*), per ipsum Antiochum ...? VARRO ling. 8, 19 alia sunt, quae circum ire non difficile; sed quod ... alia urgent, -o. PLIN. nat. 17, 83 non -sisset idem *Cato*, si attineret meridianam caeli partem signare in cortice (*nisi inf. pro obi. intelleg.*). HIER. epist. 22, 22, 2 eadem replicare perlongum est ...; verum ne penitus videar -sisse, *eqs.*

3 *c. praep.* de: CIC. Verr. II 2, 183 -o (mitto *var. l.*) de melle. Pis. 51 de reditu Gabini. GRAN. LIC. p. 2, 3 de equitibus non -am (*antea*: ⟨de⟩ ordinibus ... dixi). p. 9, 7 ⟨de P. Lentulo, qui⟩ fuerat consul cum Cn. Domitio, non fuit -endum (-endus *Pertz*). RVFIN. Orig. in Rom. 7, 7 p. 1122^{C} non -amus nec de eo quod dixit: *eqs.* OROS. hist. 5, 1, 9 de regibus (*cf. 8* non requiro de *eqs.*).

4 *pendet acc. c. inf.* (*antecedente pron. praepar.* CIC. Catil. 3, 18 Pis. 17 PLIN. nat. 12, 18. 20, 90 AVG. civ. 3, 31 p. 144, 20 D. MACR. Sat. 1, 8, 4): CIC. Pis. 75 -o nihil istum versum pertinuisse ad illum *Pompeium*. PLIN. nat. 10, 128 non -endum est ... hirundines indociles esse (11, 239. 13, 94. 14, 63. 16, 56. 17, 163. 24, 46. 28, 184. 36, 15. *cf.* 19, 40 quo minus -endum videtur).

5 *pendet enunt. relat. vel interrog. indir.* (*condic. l. 38*): CIC. Sest. 27 -o, quid ille tribunus ... fecerit (COLVM. 9, 6, 4 GREG. TVR. Franc. 5, 19 p. 216, 23. *cf.* QVINT. inst. 2, 10, 15 si quid erit, quod ad scholas ... pertineat, in transitu non -emus). Balb. 43 -o, quantis ornamentis populum ... adfecerit. Deiot. 15 ut ... -am, cuius ... sceleris fuerit ... necare hospitem. Phil. 2, 53 -o, quam haec falsa, quam levia (QVINT. inst. 2, 16, 19 ut -am, ..., q. sit utile *eqs.*). Brut. 297 -o igitur quae ... dixeris (Tusc. 5, 79. COLVM. 7, 5, 7 q. ... quantulaeque sunt *differentiae*. PLIN. nat. 2, 141 q. sunt ... memorabilia non -emus. RVT. LVP. 2, 11 AVG. civ. 18, 52 p. 339, 18 D.). leg. 3, 18 -o, quem ad modum isti se gerant. VELL. 2, 41, 3 cur ..., quod vel maximum est, ... -atur? (PLIN. nat. 13, 123 non -endum est ..., q. *eqs.* [34, 24]. QVINT. inst. 11, 2, 42. *al.*). *al.*

6 *pendet enunt. c.* quod (*antecedente pron. praepar.* CIC. Planc. 25 Att. 8, 3, 3 TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 20): PLIN. nat. 29, 74 ut -am, quod perire ... dicuntur *salamandrae* (MARCELL. dig. 34, 2, 6, 1 LACT. inst. 4, 24, 6 AVG. anim. 1, 9, 11 p. 312, 5). AVG. civ. 2, 23 p. 86, 23 D. -o, quod Marius ... Maricae deae ... commendatus est. 8, 26 p. 363, 30. 14, 24 p. 50, 19 CAEL. AVR. chron. 3, 8, 129.

B *quolibet modo, -untur res vel homines*: **1** *non faciendo*: **a** *c. inf.*: **α** -o *non negatur*: TER. Phorm. 861 proloqui. CIC. Cael. 54 curare. Brut. 266 lugere. rep. 1, 47 dicere (LACT. ira 18, 13 AVG. civ. 7, 28 p. 311, 16 D. 22, 11 p. 585, 18 cons. euang. 1, 20, 28). fin. 4, 1 velle. FRONTIN. strat. 1, 8, 5 occurrere. TAC. ann. 4, 40, 7 referre. TERT. nat. 1, 10, 36 convenire (*cf. 35* non dico). MARCIAN. dig. 38, 16, 9 adire hereditatem. MACER. dig. 49, 4, 2, 2 appellare. AVG. civ. 4, 5 p. 151, 7 D. quaerere. $CONC.^{S}$ I 5 p. 210, 3 examinare. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 12 p. 168, 17 interpretari. **β** -o *negatur*: FRONTIN. strat. 1, 5, 19 dimittere. TAC. Agr. 1, 1 posteris tradere. hist. 3, 63, 2 salutem et pecuniam ... offerre. ann. 2, 15, 1 testari. 15, 58, 1 conscios edere. 16, 9, 2 obniti et intendere ictus. APVL. apol. 40 prodere. AVELL. p. 353, 18 suggere⟨re⟩. 682, 6 instruere. CASSIOD. hist. 1, 13, 22 epistolam ... operi inserere ([*gr. Theodoret. 1, 3, 4* ἐνθήσω *tantum*]. 1, 14, 58. *cf.* 4, 24, 1 interponere). GREG. TVR. glor. mart. 79 p. 541, 28 tendere insidias. FACVND. defens. 7, 4 p. 689^{D} refellere. *per contaminationem, sc.* tacere non -o *i. non -o dicere vel nolo tacere* (*cf. Löfstedt, Glotta 4, 1913, 255*): AVELL. p. 671, 18 quod in Scampina civitate factum est ..., tacere non -simus.

b *c. acc.* (*-untur res incorporeae, maxime actiones sim.; attulimus exempla selecta*): CIC. inv. 1, 1 si quis -ssis rectissimis ... studiis rationis et officii consumit omnem operam in exercitatione dicendi (1, 4 qui -sso st. sapientiae nihil sibi praeter eloquentiam comparasset. Brut. 249 -ssis ceteris st. SEN. dial. 5, 9, 1 COLVM. 8, 2, 5 TAC. hist. 4, 84, 1). Phil. 7, 19 si pace frui volumus, bellum gerendum est: si bellum -imus, pace numquam fruemur (IVST. 7, 3, 9 -sso b. nuptias facit). 11, 14 scelus. SALL. Iug. 66, 1 -ssa deditione bellum incipit. LIV. 7, 35, 2 -sso militari adsensu. 9, 8, 4 -ssa

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

defensione (QVINT. decl. 330 p. 298, 18 TAC. hist. 3, 9, 5 ann. 6, 40, 3 PLIN. epist. 2, 11, 2). SEN. contr. 2, 5, 5 nullum tormenti genus -sit (TAC. Agr. 16, 1 nec ullum ... saevitiae g. PLIN. epist. 7, 17, 7 emendandi. SVET. Iul. 26, 2 Otho 4, 2). CELS. 3, 18, 7 multa in praecipiti periculo recte fiunt, alias -enda (SEN. dial. 2, 19, 2 necessaria). 7, 14, 2 Gorgias ... omenti mentionem -sit (TAC. ann. 3, 18, 3 *postea*: praeterisset). SEN. clem. 1, 7, 3 -ssa ea *ultione* (dial. 2, 18, 5 TAC. ann. 2, 85, 3). 2, 7, 2 qui ignoscit, fatetur aliquid se, quod fieri debuit, -sisse. CVRT. 10, 3, 4 ut nihil -serint (PLIN. nat. 19, 185 TAC. ann. 6, 44, 1 BOETH. trin. praef. 28). 10, 5, 8 nullis questibus -ssis. ASCON. Corn. p. 58, 3 ea ... res saepe erat agitata, saepe -ssa. PLIN. nat. 18, 193 si haec -ssa sit stercoratio (*cf. Colum. 2, 15, 2* si ... stercorationem facere prohibuerit). *al.* *accedit praedicativum per pleonasmum* (*cf. p. 588, 4*): CVRT. 3, 6, 14 nec Philippus quicquam inexpertum -sit (*v. vol. VII 1, 1324, 78 sqq.*). *gerundivi neutr. pl. pro subst.*: SEN. epist. 16, 3 agenda et -enda demonstrat *philosophia*. PLIN. epist. 8, 10, 1 quaedam custodienda praegnantibus -it, facit -enda.

c *pendet enunt.* (*non nisi post negationem*): TAC. hist. 2, 40 militem ... sarcinis gravem obicere hosti non -ssuro (ām- *M*), quominus expeditus ... incompositos in agmine ... adgrederetur (TERT. paen. 3, 10 non ignorat *deus delicta*, nec -it, q. in iudicium decernat). TAC. ann. 3, 27, 2 ne bello quidem ... -ssum, quin multa ac diversa sciscerentur.

2 *non curando, respiciendo, petendo sim.* (*nonnulla exempla sub A allata huc trahi posse vix negaverimus; syn. vel iuxta pos.*: contemnere CIC. div. 2, 80 TAC. dial. 26, 4 PRVD. perist. 10, 543 PALLAD. hist. mon. I 2 p. 255[D]; neglegere PAPIN. dig. 41, 2, 47 FRG. Vat. 35, 5 *bis*; *-ere minus valet quam* oblivisci RVFIN. Clement. 1, 22, 6): **a** *vario usu*: **α** *-untur res*: (I) *incorporeae* (*exempla selecta*): CIC. inv. 1, 69 scripto ... legis -sso scriptoris sententiam considerare. dom. 3 -am ordinem dicendi meum (SVET. Iul. 84, 1). Brut. 256 -ssis ... divinis consiliis (CAES. Gall. 2, 17, 5). off. 3, 4, 1 -sit ... et pietatem et humanitatem. Att. 9, 5, 1 -o causam rei publicae, quam ego amissam puto (CELS. dig. 29, 4, 25 testamenti [*al.*]. TERT. mart. 5, 1). LEP. Cic. fam. 10, 35, 2 ut privatis offensionibus -ssis summae rei p. consulatis (*cf.* TAC. hist. 1, 47, 1 -sisset offensas an distulisset, ... in incerto fuit). SALL. Iug. 102, 14 vetera. LIV. 6, 14, 13 ceteris -ssis, eo versae erant omnium curae, *eqs.* 28, 35, 8 occasionem (VAL. MAX. 9, 3, 1 CELS. 2, 10, 11 PLIN. epist. 3, 20, 10 SVET. Cal. 14, 2. *al.*). SEN. nat. 6, 32, 12 omnibus -ssis hoc unum ... meditare (epist. 5, 1. *al.*). COLVM. 1, 4, 5 nusquam experimentorum varietas -enda est. PLIN. nat. 25, 151 cicuta ... venenum est, ..., ad multa ... usus non -endi. QVINT. inst. 8 prooem. 18 qui -ssa rerum ... diligentia quodam inani circa voces studio senescunt. 12, 10, 38 neque ... -enda pars haec orationis, sed exigenda. TAC. dial. 26, 1 si -sso ... perfectissimo genere eloquentiae eligenda sit forma dicendi. PLIN. epist. 6, 5, 3 -sso contra dicendi tempore. IVLIAN. dig. 38, 2, 20, 4 -ssa condicione (*v. vol. IV 136, 35 sq. cf.* GREG. TVR. Franc. 10, 28 p. 439, 30 promissionem. p. 440, 8 pactionem). SCAEV. dig. 35, 2, 27 legis Falcidiae beneficio -sso (VLP. dig. 38, 17, 2, 20. *al.*). TERT. idol. 1 p. 30, 6 -e titulos, opera recognosce. ITALA psalm. 137, 8 (Sangerm.) opera manuum tuarum non -as (*gr.* μὴ παρίδῃς, *Vulg.* ne despicias). *al.* (II) *corporeae* (*pro incorp.* HIER.): CAES. Gall. 7, 88, 3 nostri -ssis (em- *pars codd.*) pilis gladiis rem gerunt (SALL. 60, 2. *cf.* TAC. hist. 2, 42, 2 -sso pilorum iactu. ann. 6, 35, 1 arcu. IVST. 2, 5, 4 ferro). CELS. 3, 7, 1[C] -ssis ceteris *cibis*. 5, 28, 12[L] quod unam partem curet, reliquas -at. 7 prooem. 1 medicamenta atque victus rationem. 7, 14, 4 caro ... carcinomati similis ... -enda est; sana excidi debet. COLVM. 3, 13, 4 paribus alternis -ssis spatiis senum pedum latitudinis sulcos derigunt (3, 15, 2. *cf.* 3, 15, 1 quinis pedibus). 3, 13, 10 necubi scamna -antur. 4, 10, 2 quos *nepotes* pampinator ... -serat. 9, 16, 1 cerae fructus ... non ... -endus est. 11, 2, 16 reliquae partes vinearum propter ... frigora -ssae (frigore -sso *A*), nunc palandae ... sunt. FRONTIN. aq. 9 hanc *aquam Crabram* Agrippa -sit. TAC. hist. 5, 15, 1 -ssa ... fronte latera ac terga circumvenientes. ann. 14, 33, 2 -ssis castellis praesidiisque. TERT. ieiun. 16 p. 296, 4 -ssis templis. HIER. epist. 20, 2, 1 restat ..., ut -ssis opinionum rivulis ad ipsum fontem ... recurramus.

β *-untur homines*: CIC. Manil. 51 -ssis auctoritatibus ipsa re ac ratione exquirere possumus veritatem. Tusc. 5, 85 hi (*Epicurus, Peripatetici*) quid possint optinere, videamus -ssis Stoicis, quorum satis videor defendisse sententiam. Att. 16, 16, 10. LIV. 34, 26, 7 cum pro Argivis ... bellum susceptum sit, quid minus conveniens esse, quam -sso hoste Argos oppugnari? (TAC. hist. 4, 78, 2 ann. 4, 23, 1 IVST. 1, 8, 6. 27, 3, 6. *cf.* 3, 6, 8 -ssis Messeniis. 29, 2, 7 Aetolis). TAC. hist. 2, 71, 2 Valerium ... destinatum a Galba consulem distulit *Vitellius* ...; Pedanius Costa -itur. ann. 6, 2, 4 quos *senatores* -i posse, quos deligi? 15, 52, 1 Caesar ... epulas inibat -ssis excubiis et fortunae suae mole. SVET. Cal. 40 nullo rerum aut hominum genere -sso, cui non tributi aliquid imponeret. IVLIAN. dig. 46, 8, 22, 7 ut heredis ceterorumque personae ... -rentur *in stipulatione* (46, 8, 22, 8 MARCELL. dig. 35, 2, 57). AFRIC. dig. 28, 2, 16 si filius heres institutus sit -sso postumo. *et saepius apud iurisconsultos.* TERT. adv. Marc. 4, 5 p. 431, 10 -ssis eis *magistris.* CYPR. epist. 69, 6 gentiles adhuc praeteriri iubet *Christus*, addendo ... et civitatem Samaritanorum debere -i. *al.*

b *accedit praedicativum* (*cf. p. 587, 14*): SALL. Iug. 31, 25 ne tantum scelus inpunitum -atis (am- *V*). CVRT. 3, 11, 23 id *tabernaculum* solum intactum -serant milites *diripientes*. TAC. ann. 15, 8, 1 quas *regiones* Corbulo integras -sisset. 16, 23, 1 vim ... civitatis Pergamenae ... inultam -serat (COD. Iust. 6, 35, 1 pr. [*a. 204*] necem testatoris i. -sisse [omisse *M*[a]]).

c *pendet acc. c. inf. vel enunt. c.* quod (*post pron. praepar.*): QVINT. inst. 7, 2, 38 neque illud est -endum, non omnes causas in omnibus personis valere. PAPIN. dig. 36, 1, 57, 3 nec illud translaticie -endum est ... petitionem denegandam esse. MARCIAN. dig. 48, 15, 3, 1 illud non est -endum, quod exemplo legis Aquiliae ... accusatio ... superest.

3 *non accipiendo, assumendo sim.*: CIC. Att. 1, 17, 7 nota fuit ... tua voluntas -endae provinciae. ASCON. Scaur. p. 26, 26 id agebat Caesar, ut -ssa praetura consul fieret (*cf. Cic. Phil. 11, 11* qui ex aedilitate consulatum petit). TAC. hist. 1, 2, 3 nobilitas, opes, -ssi gestique honores pro crimine erant (ann. 6, 45, 2 quos *h.* -serit receperitve. PAPIN. dig. 29, 4, 26 pr. qui h. proprio -sso propter compendium alienam institutionem maluit). IAVOL. dig. 29, 2, 60 qui, ut hereditatem -ret, ex alia parte edicti possessionem bonorum petat (42, 5, 28 [adm- *F*[1]]. CELS. dig. 28, 5, 60, 7 [*ter*]. IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 3. 37, 5, 4. *al. et saepe apud iurisconsultos; hic illic absolute ut*: VLP. dig. 37, 5, 12. *cf.* IAVOL. dig. 29, 2, 76 pr. partem suam *hereditatis* [*al.*]. VLP. dig. 37, 8, 1, 12 portionem suam). CELS. dig. 31, 20 quod servo communi legatum sit, si alter dominorum -ret, alteri non adcrescere (GAIVS dig. 39, 6, 31, 2. *al.*). MARCELL. dig. 31, 28 si -serit institutionem *institutus heres* (*al.*). SPART. Sept. Sev. 2, 3 qu⟨a⟩esturam diligenter om[n]isso ⟨tr⟩ibu[s]natu militari (*corr. Hirschfeld*). *al.*

CAPVT ALTERVM: *usu recentiore i. q.* **amittere** (*per mutationem praepositionum* 'ab' *et* 'ob', *cf. Hofmann-Szantyr 257; nonnulla exempla sub capite priore allata [p. 584, 8 sqq. 27] huc trahi posse vix negaverimus, cf. etiam p. 581, 55; fort. iam huc spectat* AVR. VICT. Caes. 35, 9 -sso [am- *O, ed.*] principe. *cf. p. 581, 5*): **I** *amissio fit morte*: FVLG. aet. mund. p. 142, 7 non -sit (am -*S*) filium *Abraham*, quia festinavit -ere (am- *S*), salvificat non sollicitus cruciare; meliora etiam repperit non pavitans sua -ere. Virg. cont. p. 95, 17 Palinuro -sso (am- *aliquot codd.; sequitur* l. 21 -ssis his rebus). CE 613, 2 quod iam unam natam -serant ante, ecce nunc et aliam. 629, 3 at pres⟨s⟩us graviter -si cum flore i⟨u⟩vent⟨a⟩m. INSCR. christ. Diehl 3824 adn. intra ⟨a⟩nnos VII, m(enses) V (n *lapis*) -simus tuam caritatem, filia dulcis(si)ma (*corr. Heraeus, Kl. Schr. 188*). **II** *aliter*: DIOSC. epist. p. 16 in his *herbis* ... colligendis nisi tempus adverteris, potestatum suarum et virtutum possibilitates -unt (am- *Aldina*).

p. p. p. pro adi. **omissus,** -a, -um *v. p. 582, 35 sqq.*

iunctura **omissum** (-am, -um) **facio:** ARGVM. Plaut. Mil. 1, 11 impellit militem Palaestrio, -am faciat concubinam (*cf. Argum. 2, 15* dimittit c.). CLAVD. MAM. anim. 1, 27 p. 99, 4 quamlibet multa brevitatis studio -a fecerim.

deriv.: omissio.

omm- *v.* obm- (**ommatium,** ὀμμάτιον *v.* aumatium).

omnegenus *v.* omnigenus.

? **omniaca** CIL IV 4571 (*graphio scriptum*).

omnicanus, -a, -um. *ab* omnis *et* canere, *cf.* faticanus, plectricanus. *i. q. omnia (vel omnibus modis) canens*: APVL. flor. 13 p. 46 *variae aves* inter se vario tempore et vario modo occinunt et occipiunt carmine ...; sed ... philosophi ratio et oratio tempore iugis est et auditu venerabilis ... et modo -a.

omnicarpus, -a, -um. *ab* omnis *et* carpere. *i. q. omnia carpens*: VARRO ling. 5, 97 capra carpa, a quo scriptum '-ae caprae' (*cf. Collart ad l.*).

omnicognōscēns, -entis *adi.* *ab* omnis *et* cognoscens; *formasse vid. ipse* MAR. VICTORIN. *ut cetera comp. infra allata.* *i. q. omnia cognoscens*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 24 l. 26 illud primum, illud unum, illud solum, illud deus vel spiritus ... vel exsistens vel omniexsistens vel exsistentia vel omniexsistentia vel vivens vel omnivivens vel vita vel viventia vel omniviventia vel intellegens atque cognoscens vel omniintellegens, -ens, vel omniintellegentia, omnicognoscentia ...; haec deus.

deriv.: omnicognoscentia.

omnicognōscentia, -ae *f.* *ab* omnicognoscens. *i. q. status omnicognoscentis*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 24 l. 27 (*v. s. v.* omnicognoscens).

omnicolor, -ōris *adi. et* **omnicolōrus,** -a, -um (VEN. FORT.). *ab* omnis *et* color, *cf.* multicolorus. *i. q. omnibus coloribus praeditus*, παντόχροος: LVCIL. 311 (*in versu nondum sanato*) omento (*Baehrens, Krenkel*, fomento *trad.*) -e. PRVD. perist. 12, 39 -r vitreas pictura superne tinguit undas. VEN. FORT. Mart. 3, 516 -a decens (-r adamas *Mommsen*) et in omnibus una topazos.

omnicreāns, -antis *adi.* *ab* omnis *et* creans *sec.* omnipotens *sim.* *i. q. omnia creans*: AVG. catech. rud. 12, 3 exsurgere in

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

admirationem laudemque -is dei. conf. 11, 13, 15 deum omnipotentem et -em et omnitenentem.

omnicreātor, -ōris *m.* *ab* omnis *et* creator, *cf.* omnicreans. *i. q.* *omnium creator*: PROSP. epigr. 3, 1 aeternus ... est solus deus -r. 62, 7 *Christus* patris in deitate manens deus -r.

omniex(s)istēns, -entis *adi.* *ab* omnis *et* exsistens, *cf.* omnicognoscens. *i. q.* *certo modo (sc. qua principium, causa omnium) in omnibus exsistens, praesens sim. (cf. Mar. Victorin. adv. Arium 4, 22 l. 18* quia et omnium causa est atque principium et in omnibus omnia ..., erit deus omnia exsistens, omnivivens *eqs.*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 24 l. 23 (*v. s. v.* omnicognoscens). *suppletur* 4, 23 l. 9 (*v. s. v.* omniexsistentia).

deriv.: omniexsistentia.

omniex(s)istentia, -ae *f.* *ab* omniexsistens. *i. q.* *status omniexsistentis*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 9 forma quam universalem potentiam nominamus, per singula illa formata, ⌊ex ⟨omniexsistenti⟩ -a⌋ (*add. Henry,* quam ex -a *codd.*), ex omniviventi omniviventia, ex omnividenti omnividentia. 4, 24 l. 24 (*v.* omnicognoscens).

omnifāriam *adv.* [*sec.* multifariam *sim., augendi gratia. Sch.*] *de formatione et de notione*: PRISC. gramm. III 74, 29 bifariam ... et -m composita sunt a ferendo et praepositis dictionibus. 79, 22 ab omni ... -m 'in omnem partem' vel 'ex omni parte'. 343, 2 -m ... pro 'per omnes partes' ponimus. GLOSS.^{L} II Philox. OM 11 ἐκ παντὸς μέρους. GLOSS. II 413, 12 πολυτρόπως. *legitur inde a* GELL., APVL., TERT. *non nisi in prosa oratione.* [*loco lacunoso* COD. Theod. 5, 13, 4 pr.]

i. q. *ab omni parte vel in omnes partes*: **1** *spectat ad locum* (*accedit* undique APVL. met.): GELL. 12, 13, 20 cum ... omnis terras -m et undiqueversum circumfluat *oceanus.* APVL. met. 2, 20, 4 ore undique -m deformato (*nisi ad 2 trahendum*). Socr. prol. 3 p. 107 lapidem ... probe -m conplanatum. TERT. scorp. 2 p. 148, 8 de quibus *deis* -m extirpandis 'perditione perdetis' inquit (*deut. 12, 2*) 'omnia loca *eqs.*' CHALC. comm. 237 (*de spiritu ex oculis progresso*) fundi -m (omnem fariam *pars codd.*) dilatarique (*sc. in conum*). 352 silva (*i.* ὕλη) ... -m movetur. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 49 ex iisdem *herbis* ... iubet odorem capere aegrotantem, -m caput implens. PS. BOETH. grom. p. 383, 7 omnium triangulorum duo anguli duobus rectis angulis sunt minores -m sumpti. *de locis librorum* (*cf.* FAVST. *sub 2a*): HIL. in psalm. 65, 15 'in iram provocant' -m prophetae locuntur. MARTYR. gramm. VII 173, 12 'vel' ... per v digammon -m scribetur (180, 12. 187, 4).

2 *spectat ad rationem, modum* (*sc. actio fit* 'omni modo' [*syn.* COD. Iust. 2, 55, 4, 1. 8, 37, 14, 1] *vel ex toto* [*cf.* ex toto corde TERT.]): **a** *c. verbis*: APVL. flor. 7 p. 26 uti ... -m sapientiae studium contemplarent neu ... pallio tenus philosophos imitarentur. Socr. prol. 1 p. 104 ut me -m noveritis (TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 334, 26 si homo -m nosse potuisset *magnitudinem dei*). PS. APVL. Ascl. 16 -m mundum a malitia liberare (FIRM. math. 3, 5, 32). TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 360, 21 et in ipsis commerciis vitae ... domi ac foris ad usque curam vasculorum -m distinxit *deus.* 4, 25 p. 508, 4 (*ad Luc. 10, 27* diliges dominum ... ex toto corde *eqs.*) praeceptum ... -m diligendi dominum. pudic. 19 p. 263, 13 semper ... et -m delinquemus, si semper et ab omni delicto emundat nos ille. CAPITOL. Aur. 11, 4 gladiatoria spectacula -m temperavit. IVL. VAL. 3, 24 quamvis ... usus ferri ... -m ignoraretur (*Hist. Alex. M. I p. 112, 10 Kr.* οὐχ ὑπῆρχεν). 3, 27 id ... cum -m negitassem (*cf.* FIRM. math. 5, 1, 13 denegat. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 164 negant [*gr.* παντάπασιν]. FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 717, 10 pernegamus). FIRM. math. 1, 10, 1 -m ista quaestione purgata. 3, 1, 16 -m ad imitationem mundi hominem artifex natura composuit. 4, 14, 9 dolores ... -m sopiuntur. err. 29, 1 severitas vestra idololatriae facinus -m persequatur. *al.* AMBR. epist. 72, 26 -m ... secundum litteram legis claret: '*eqs.*' AVG. civ. 18, 2 p. 257, 4 D. bellica -m vastatione deleri. epist. 147, 43 si non potes -m (omnifaria *F*, ob nefariam *pars codd.*) ... imaginarias formas ... abigere. quant. anim. 33, 74 in hoc gradu -m concipit *anima,* quanta sit. FAVST. Aug. c. Faust. 33, 2 p. 787, 11 nec tamen -m et Lucas hoc verbum reticuit ..., sed ... adplicat ... alteri cuidam causae. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 5 *Manichaeum* -m secutus. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 34, 2 -m adversarium supero. COD. Theod. 5, 5(3), 1 (= COD. Iust. 1, 3, 20, 1) bona ... ecclesiae ... -m socientur. 9, 42, 21 -m reddant *bona.* *al.* *luditur c.* multifariam: SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid ... commentator lucidum, iurisconsultus obscurum multifariam condiderunt, id te -m singulis ... tradidisse. **b** *c. adi.* (*superl.* LEO M.): ITALA II Macc. 7, 40 (rec. P) -m fretus domino (*gr.* παντελῶς, *Vulg.* per omnia, *aliae rec.* usque ad finem). MACR. Sat. 7, 13, 10 *senarius numerus* -m plenus perfectus atque divinus est. COD. Theod. 9, 30, 3 -m ... regiones ab omni crimine ... quietas esse. LEO M. epist. 132, 1 (Conc.^{S} II 4 p. 168, 14) vestris -m perfectissimis sensibus. CAEL. AVR. chron. 3, 4, 56 -m variis extimationibus tentati *veteres medici.* **c** *c. subst.*: CHALC. comm. 76 *lunae* incrementa ... et imminutiones et -m (omnifaria *pars codd. et edd. vet.*) commutatio (*cf. Theon. Smyrn. p. 149, 8* ἀλλοίωσίς τε παντοία). VOPISC. Aurelian. 27, 5 (*Zenobia ad Aurelianum*) nunc mihi deditionem, quasi -m victor, imperas. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 22 convenit eum *aegrotum* iacere ... adiuncta abstinentia usque ad tertium diem, et accessionis tempore -m requie. *?* **d** *c. adv.*: EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 39, 38 a nostra communione -m merito iusteque repellitur (*nisi c. verbo iungendum*).

3 *spectat ad tempora, occasiones* (*syn.* utique AMBR.; *resp.* cum, si FIRM., *cf. gr.* ὅταν MVTIAN.): TERT. resurr. 42 p. 88, 9 id *mortale* exhiberi -m necesse est, ut devoretur. FIRM. math. 5, 3, 47 -m ... cum ad geminos et ad cancrum venerit *Saturnus,* omnium contrarietatum decernit incommoda (6, 29, 12. 6, 39, 1 si sit sic posita *luna,* -am mortem d. *al.*). 5, 5, 6 ut -m ex istis actibus ... patrimonium illis conferatur. *al.* AMBR. bon. mort. 4, 15 mors utique est bonum ...; -m ... mors bonum est, et quia ... et quia ... et quia *eqs.* (*c. adi. ut*: MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 4 p. 249/50 aemulatio vel cupiditas non sunt -m noxiae [*cf. gr.* καλὸν ... ὅταν κτλ.]). MARCELL. med. 23, 77 -m (omnifarium *P*) ... post quintam decimam lunam debet hoc medicamen parari. COD. Theod. 3, 5, 8 ut ... in his donationibus ... ⟨ac⟩torum confectio -m flagitetur. *al.*

deriv.: omnifarius.

omnifārius, -a, -um. *ab* omnifariam *formatione retrograda q. d., cf.* multifarius. GLOSS. -a: omnimoda. [*ad adv. q. e.* omnifariam *relegavimus* CHALC. comm. 76 FIRM. math. 6, 39, 1 MARCELL. med. 23, 77.] *i. q.* *omnimodus*: FAVST. Aug. c. Faust. 16, 2 p. 442, 2 haec eorum -a taciturnitas. PRIMAS. in apoc. p. 900^{D} hanc -am persecutionem in potentatu ... futuram. *pro adv.* omnifaria (-ā *?*): GLOSS.^{L} II Philox. OM 12 -a: πλείστῳ λόγῳ, παντὶ τρόπῳ, παντὶ σθένει.

adv. **omnifāriē.** [*dub.*: APON. 1 p. 27 -e *ed.,* omni parte *adnot.*] *i. q.* *omnifariam*: PS. HIL. libell. 14 p. 88, 3 aptandus omnis sermo ad destructionem idolatriae ..., ut -e ... miles Christi munitus incedat. ZENO 1, 4, 1 (1, 1, L.) -e niti debemus. PRIMAS. in apoc. p. 816^{A} (*ad apoc. 4, 6* quattuor animalia plena oculis) istis -e quodammodo animalia probantur fulgure, luminibus. THEOD. MOPS. in Gal. 4, 11 p. 66, 2 frequentibus valde probationibus ... -e apostolus abusus. FACVND. defens. 11, 6 p. 814^{A} -e ergo colligitur, quod nemo ... damnetur.

[**omnifer,** -a, -um. *dub. trad.* OV. met. 2, 275 -os; omps *vel* oppressos *cett.; v. s.* opprimo. *e coni. Hartel* CARM. de resurr. 200.]

? **omnifluentia,** -ae *f.* *ab* omnis *et* fluere (*cf.* fluentia), *nisi ex Serv. corrigendum.* *i. q.* *fluentia sempiterna*: MYTHOGR. 2, 90 p. 106, 17 -am lacrimarum (*ceterum exscribit Serv. Aen. 8, 696, qui praebet* fluentiam omnium lacunarum).

omniformis, -e. *ab* omnis *et* forma, *cf.* multiformis. **1** *i. q.* *formis omnis generis praeditus* (*gr.* παντόμορφος, παντοδαπός): PS. APVL. Ascl. 3 mundus ... praeparatus est a deo receptaculum -ium specierum ([*cf. 34* r. est omnium ... sp.]. 34 variae et multiformes qualitates ... et omnes mensuras excedentes magnitudines et -es sp.). 36 solis ... et lunae ... -es imagines sunt. CHALC. transl. p. 52^{E} generationis nutriculam ... -em visu videri (*gr.* παντοδαπὴν ... ἰδεῖν φαίνεσθαι). PRVD. perist. 10, 339 verbo creavit *deus* -em machinam (*i. mundum*). PAVL. NOL. epist. 8, 3 ut te ad dominum harmoniae -is artificem modulamine carminis evocarem (*cf.* SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 24 cecinisse dictus *Consentius* -e canticum [*carm. 23, 20* multiplex poema]). AVG. civ. 10, 11 p. 419, 13 D. (*ex epist. Porphyrii*) esse quoddam genus *daemonum* ... -e, multimodum, simulans deos et daemones et animas defunctorum (*Iamblich. myst. p. XXXVII* παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον). *?* **2** *i. q.* *formas omnis generis procreans* (*nisi tamen ipsi illi deo multas formas tribuere mavis*): PS. APVL. Ascl. 19 horum *Horoscoporum* ... princeps ..., quem παντόμορφον vel -em vocant, qui diversis speciebus diversas formas facit (*de eodem*: 35 ille -is ... deus).

omnigena, -ae *c.* *ab* omnis *et* genus, *cf.* multigena. *testatur* PRISC. gramm. III 472, 29 fac ab eo (*sc. omnis*) compositum: omnipotens ..., -a (*affert Verg. Aen. 8, 698* omnigenum). *certa leguntur apud* PAVL. NOL., *ambigua attulimus s. v.* 2. omnigenus. *i. q.* *omnis generis*: PAVL. NOL. carm. 20, 56 composuit *deus* citharam variis ex gentibus unam, -as populos conpingens corpus in unum (31, 430 lux -as [-os *T*] funditur in p.).

? παντοῖος: **omnigeneris** GLOSS. II 393, 46 (*cf.* multigener; *sed fortasse falso pro* omnis generis).

1. omnigenus *adv.* *ab iunctura quasi adverbiali q. e.* omne genus, *v. vol. VI 2, 1904, 31 sqq. et Stolz-Leumann 251.* GLOSS. III 313, 71 παντοδαπά: -s. [*ambigua v. vol. VI l. c., ubi addas* PASS. Perp. 11, 5 (*gr.* πᾶν γένος). *v. etiam s. v.* 2. omnigenus *var. l.* -s IVL. VAL. 3, 6 AVSON. 288, 7 p. 146 P.] *i. q.* *omnis generis* (*appositur ad subst.*): VARRO rust. 3, 5, 11 hae *porticus* sunt avibus -s oppletae. 3, 5, 14 intra retem aves sunt -s, maxime cantrices ut lusciniolae ac merulae. GELL. 14, 6, 1 dat mihi librum ... doctrinae -s (doctrinis omnigenis *pars codd.,* doctrinis -us F^{2}) ... praescatentem. 19, 4, 1 Aristotelis libri sunt ... lepidissimi et elegantiarum -s referti. APVL. flor. 9 p. 37 praeoptare me fateor uno chartario calamo me reficere poemata -s apta virgae, lyrae, socco, cothurno. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 51 l. 13 in -s motus (*cf. Lucr. 1, 1026* omne genus m.). gen. div. verb. 32 p. 38, 17 W. -s (omnigenam *vel* omnigenis *edd. vet.*)

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem ignorantiam de te (*sc. deo*) habentes cognoscentiam de te habemus.

2. omnigenus, -a, -um. *ab* omnis *et* genus, gignere, *cf.* multigenus. *ambigua inter* omnigena *et* -us *huc traximus; formas IIae decl. proprias exhibent* PROB., PAVL. NOL., CORIPP., CLAVD. MAM. (*sub 1a*); PRVD., CARM. de Christo (*sub 2*); VIRG. gramm. (*sub 1b*). *gen. plur. non nisi* -um *inde a* VERG. *legitur post* VERG. *inde a saec. II; parum liquet de* LVCR. (5, 428 -os *codd.*, omne genus *Lachmann.* 5, 440 *v. vol. VI 2, 1904, 40*). [*corrupta*: CE 571, 2 CIL XIV 2566, 4.]

1 *i. q. ex omnibus generibus constans sim.* (*syn.* varius PAVL. NOL. epist.) *sim.*: **a** *vario usu*: *α de animantibus*: VERG. Aen. 8, 698 -um ... deum monstra et latrator Anubis contra Neptunum ... tela tenent (HIL. in Matth. 1, 6 p. 923[B] RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 6, 1 PRVD. c. Symm. 2, 514. MART. CAP. 9, 911 [vers.]). CE 422, 16 (*a. 120*) nec non -a passim vicinia venit, *eqs.* IVL. VAL. 1, 46 -um figmenta viventium. 3, 6 cum hominibus ... et -is (-us *P*) bestiis *proelium* (CASSIAN. conl. 5, 14, 2. 8, 21, 5 -um [omne genus *var. l.*] b. atque serpentum furores). IVVENC. 4, 154 (*ad Matth. 24, 30*) plangent omnes tribus) -as ... tribus defletio iugis urgebit. HIL. hymn. 1, 12 quas *voces* tibi concinit aetas -a sancti gregis tui. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 246 *Medorum* fines ... -um ... pecorum plenos ([*gr.* παντοίων]. PAVL. NOL. carm. 18, 380 -um pecus. CORIPP. Ioh. 3, 87 -um ... pecus mactat ... sacerdos. *cf.* CYPR. GALL. gen. 246 -as ... pecudes). PRVD. tituli 186 discum confertum -is animalibus (*ad act. 10, 12 sqq.* omnia *ut*: CASSIAN. inst. 3, 3, 4 purificatio -um animantium). CLAVD. carm. min. 53, 51 -is coeuntia numina turmis (formis *pars codd.*) ad patris venere domos. PROSP. carm. de ingrat. 654 nec ab uno germine credunt -am prolem cum poena ... nasci. CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 47, 4 habes -um corpus ex omnibus elementis ... permixtum. *pro subst.*: ENNOD. carm. 1, 9, 4 praef. p. 532, 16 si laetantibus circumfusis -um mentibus solus, cum dare possem, verba subtraherem. *β de rebus*: IVL. VAL. 1, 7 Graecum Favorini librum, qui -ae (*Kuebler*, omni genere *P*) historiae superscribitur (*cf. tit. graec.* παντοδαπὴ ἱστορία). AVSON. 288, 7 p. 146 P. Mosella, longinqua -ae (-us *PT*) vectans commercia terrae (*aliter v. sub 2*). PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 336, 24 *Menippus* -o carmine satiras suas expoliverat. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 302 plenas domos ... -um conditionum (*gr.* παντοίων). 2, 22 p. 695 -um ... rerum plenam *civitatem* (*gr. 504* παντοίων). PRVD. c. Symm. 2, 610 -is in partibus *terrarum*. PAVL. NOL. carm. 27, 65 (*ad act. 2, 4* coeperunt loqui variis linguis) deus ... -as ... uno sonuit ... ore loquellas. epist. 49, 10 ut illa *arca* -um seminum, sic et ista *ecclesia* variarum plena frugum (*cf.* CORIPP. Anast. 10 arbor ... fructibus -is ... plena). MARCELL. med. carm. 22 *natura* creatrix fetibus -is, quos parturit. MART. CAP. 2, 136 -um copias ... litterarum. CASSIAN. conl. 4, 12, 5 -um ... fomites vitiorum (inst. 12, 32, 1 [omne genus *L*]. *cf.* inst. 7, 23 -is [omne genus *L*] ... ramunculis vitiorum). CLAVD. MAM. anim. 3, 15 p. 184, 7 -um natura vitarum incorporea. CARM. cod. Petav. 8, 2 rem spemque (res suas *trad.*) deo ... -am ... offert. CONC. Carth. a. 525 Mansi 8, 638[E] persolvens -ae resalutationis officia. CORIPP. Iust. 3, 283 -is ... *frigore* durior unda metallis. 4, 35 -i caeduntur robora ligni. *adde p. 628, 49.*

b *pro t. t. gramm. de generibus nominum*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 32, 12 nomina ..., quae omnibus generibus aptantur, non communia, sed -a dici debent ut 'felix, velox *eqs.*' (*cf. Isid. orig. 1, 7, 29* omne genus dictum *nomen*, quia cunctis generibus servit. *v. et exempla vol. VI 2, 1901, 65 sqq. allata*).

2 *i. q. omnia gignens*: PRVD. c. Symm. 1, 13 ne pristinus error ... elementorum naturam, quae patris ars est -i, summa pro maiestate sacraret. CARM. de Christo 133 Migne suppl. 3, 1138 pluviae ... iubentur -um rorare solum. CE 2151 A, 1 omnisata -a e terra ⟨quae gramina surgunt⟩ quaeque effeta tulit tellus, *eqs.* (*suppl. Chatelain, Diehl*).

? **3** *singulariter i. q. ad omnem generationem pertinens*: AVSON. 336, 49 p. 202 P. (*in grypho ternarii numeri*) tergenus (trigenus *vel* trisgenus *var. l.*) -um: genitor, genetrix, generatum (*nisi* -um *pro gen. intellegendum: 'ter, i. triplex, est genus omnimodorum'; pro subst. v. etiam* ENNOD. *sub 1a*).

omniintellegēns (-lig-), -entis *adi.* *ab* omnis *et* intellegens, *cf.* omnicognoscens. *i. q. omnia, universa intellegens*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 22 l. 20 erit deus ... omnivivens, omnividens et -ens. 4, 24 l. 26 (*v. s.* omnicognoscens).

deriv.: omniintellegentia.

omniintellegentia (-lig-), -ae *f.* *ab* omniintellegens. *i. q. status omniintellegentis*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 24 l. 27 (*v.* omnicognoscens).

omnimedēns, -entis *adi.* *ab* omnis *et* medens, *cf.* omniparens. *i. qui omnibus medetur*: PAVL. NOL. carm. 19, 46 cupiens avertere morbos -s dominus.

omnimodātim *adv.* *ab* omnimodus, *cf.* paulatim. *i. q. omnimodis, omnimode*: VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 12 hoc nobis -m actitandum est, ut *eqs.*

omnimodē *v.* omnimodus.

×omnimodīs *adv.* *ab* omnibus modis, *cf.* multimodis. *scribitur hic illic in codd.* omnismodis. GLOSS. omni(s)modis omnino. *legitur apud* LVCR. (*dub.*: PLAVT. Stich. 684 omnibus modis *codd.*, omnimodis *metri causa Scaliger, Lindsay, alii, sed cf. Leo, Plautin. Forsch.*[2] *326*) *et inde ab* APVL. *saepius in sermone pedestri, in poesi non nisi* CYPR. GALL. gen. 438. [*variat in codd. passim c.* omnibus modis, omnimodo.]

i. q. omnibus modis: **I** *c. verbis*: **A** *magis spectatur aliquid fieri in totum, fere i. q. penitus funditus sim.* (*syn.* penitus AMBR., CASSIAN.): **1** *in sententiis sensum quendam negativum indicantibus*: **a** *in sententiis per* non (nec, nihil) *negatis*: *α* non (nec) -s (*opp.* magna parte LVCR.): LVCR. 3, 406 *vir vulneratus*, si non -s, at magna parte animai privatus, tamen in vita ... haeret (*sim. opp.*: 5, 1024 nec tamen -s poterat concordia gigni, sed bona magnaque pars servabat foedera). AMBR. Noe 27, 102 non penitus ... desperet gratiam, nec -s victurum se esse diffidat. RVFIN. hist. mon. 1 p. 397[B] neque fugiendum -s dicimus clericatum ... neque rursus -s expetendum, sed *eqs.* AVG. epist. 209, 8 quosdam ... nec episcopali spoliatos honore nec relictos -s inpunitos. CASSIAN. conl. 1, 17, 1 ortus earum *cogitationum* non -s pendet a nobis. inst. 5, 8 non ... curam eius *carnis* -s interdixit, sed *eqs.* EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 3 non -s ... hoc ... extrinsecus in sphaerae similitudinem creditur esse formatum (*gr.* μάλιστα μὲν οὐκ). *cf.* nihil -s: BOETH. herm. sec. 2, 8 p. 183, 28 ex duobus ... individuis n. -s iungitur (omnino disiungitur *vel* coniungitur *var. ll.*). *β* -s non *fere i. q. nequaquam* (*syn.* FVLG.; *aliter infra l. 66*): FVLG. aet. mund. p. 139, 13 petit lingua, quod auditus nequaquam intellegit, dat auditus, quod lingua -s non petiit. OROS. apol. 16, 9 inimico -s non credendum. COD. Theod. 6, 22, 7 pr. intellegat sibi -s non usurpandum, ut *eqs.* CASSIAN. conl. 2, 23, 1 hac necessitate ... -s carere non possumus (inst. 1, 9, 1 *syn.* penitus). inst. 3, 5, 1 quod -s fieri non oportet. VITA Hil. Arel. 26 l. 56 terras dono superno irrigare -s non cessetis. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 22 in Christo humanam animam ... -s non fuisse. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 199 -s vinum non bibentes (*gr.* τὸ παράπαν). in psalm. 48, 6(5) l. 99 qui *Christus* peccata -s non habebat (var. 5, 34, 4). CAES. AREL. serm. 12, 3 p. 58, 34 mortem animae -s non timemus.

b *c. vocibus negandi, vitandi, ignorandi sim.*: RVFIN. hist. mon. 1 p. 394[C] cavendum ... est -s mendacium (PS. PRIMAS. Pelag. in I Tim. argum. p. 474, 8 *v. app. crit.*). symb. 39 l. 5 resurrectionem ... -s negat (FVLG. RVSP. epist. 8, 6. *al. cf.* PRAEDEST. 1, 11 denegantes [*al.*]. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 34 abnegantes). AVG. serm. 215, 9 ab eo *haeretico* ... auditum vestrum -s (omnimode *var. l.*) avertatis. CASSIAN. conl. 2, 15, 2 praesumptionem ... -s detestandum. inst. 1, 2, 3 ciliciam vestem ... -s refugerunt *patres* (*cf.* 11, 18 fugere). 4, 21 ligna ... -s nequeunt inveniri. FAVST. REI. epist. 3 p. 176, 19 -s ... ignoro (CASSIOD. compl. in act. 19, 1. *al.*). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 5 p. 183[D] haereticus ... sit -s evitandus (ISID. eccl. off. 2, 16, 2). rem. pecc. 1, 9 p. 533[D] remissionem *peccatorum* -s desperantes. ad Tras. 3, 19 p. 283[C] peccato nos ... tunc -s carituros. 3, 36 p. 302[D] haec ... malui ... scribere quam -s reticere. CASSIOD. in psalm. 34, 11 (13) l. 218 -s nesciebam (78, 6 [7] l. 145). *al.*

2 *alia selecta* (*hic illic affirmandi tantum gratia ponitur*): PS. HIER. epist. 19, 8 p. 196[A] (*Eutr.*) his *hominibus* -s positus *dominus* contemptui. RVFIN. hist. 6, 2, 4 *Origines mortem* adipisci -s potuisset, nisi *eqs.* hist. mon. 12 p. 432[B] incommoditate constrictos -s resolvebat. AVG. c. Adim. 12 p. 142, 18 spiritale corpus -s spiritui subditum. civ. 14, 15 p. 35, 25 D. ut in sua esset -s potestate *homo*. CASSIAN. conl. 3, 3, 2 causam ... -s nosse nos convenit. inst. 2, 11, 2 illud -s providens, ne *eqs.* VITA Hil. Arel. 25 l. 21 sibi desuper vestimenta -s flagitabat. AVELL. p. 126, 7 (= EPIST. pontif. 573 Thiel p. 181) consciorum divulgata proditio ... de illa iniquitatis sede ... -s casurorum. DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 174, 23 homo factus e terra et -s hoc futurus. p. 301, 14 hoc sequitur -s, ut *eqs.* (*gr. I 1, 6 p. 160, 8* πάντῃ τε καὶ πάντως). EPIST. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 148, 17 neque ... dicta neque ... facta esse -s fateamur. CLAVD. MAM. anim. 1, 15 p. 61, 2 sq. (*bis*) quod una -s volet anima. FVLG. RVSP. incarn. 40 filii Israel ... rebelles adversus deum -s existentes. *al.*

B *magis spectatur aliquid fieri omnibus casibus, semper sim.*: LVCR. 1, 683 ignis ... foret -s, quodcumque crearent *ignea corpora*. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 10, 10 Adam, sive peccasset sive non peccasset, -s fuisse moriturum (2, 2 p. 63, 3). 1, 3 p. 15, 29 homini ... in una harum duarum conditione -s (omnimodus *P*[1]) constituto. CASSIOD. inst. 1, 15, 7 regulas ... elocutionum Latinorum ... -s non sequaris. Ios. c. Ap. 2, 216 si quis ... dolum fuerit operatus ... vel si detraxerit alienam rem ..., -s (omnimodi *trad.*) sunt vindicta non qualia apud alios, sed valde maiora (*gr.* πάντων [πάντως *Boysen*] ... κολάσεις. *cf. 215* in plurimis casibus). var. 1, 14, 1 libentes -s praebemus assensum, quotiens vox est iusta poscentium. *al.*

C *magis spectatur aliquid fieri omni ratione, modo sim.* (*cf. gr.* πᾶσιν τρόποις CONC.): LVCR. 2, 489 ubi eas partis ... omnis, summa atque ima locans, transmutans dextera laevis, -s (omnimodi *OQ*, omnimodo *aliquot codd.*) expertus eris *eqs.* 2, 700 -s conecti posse ... omnia. 5, 190 (= 5, 425) multa modis multis primordia

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rerum ... percita plagis ... consuerunt ... -s ... coire atque omnia pertemptare. 5, 718 corpus ... aliud ... una (*sc. cum luna*) labitur -s occursans officiensque. RVFIN. hist. 10, 16 p. 982, 18 -s (omnimodi *F*) insimulare eum ... et velut omnium scelerum ... exponere. Orig. in num. 11, 2 p. 78, 15 confirmet -s ... doctrinam. CASSIAN. inst. 4, 4 quod -s observari debere multis sunt experimentis frequenter edocti *fratres* (8, 10. *al. cf.* CONC.[S] II 3, 3 p. 548, 14 servantes [*gr. II 1, 3 p. 95, 10* πᾶσιν τρόποις]. *al.*). 11, 19 multiformem variamque bestiam (*i. nequitiam*) -s superare (*sim.* 12, 32, 1). VINCENT. LER. 12, 5 hoc -s dogmatizat *Photinus*. VITA Hil. Arel. 26 l. 31 oppugnandum (*cf.* EPIST. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 150, 23 inpugnari). LEO M. epist. 6, 6 custodiri (*al.*). AVELL. p. 77, 10 Eulalius -s urgueatur, ut *eqs. al.*

II *c. aliis vocibus* (*saepe affirmandi tantum gratia ponitur, cf. syn.* valde *l. 54*, ad plenum *l. 25*): **A** *c. adi.* (*fere in usu praedicativo, hic illic p. p. p. pro adi.; c. compar.* MAX. TAVR. *et* CASSIOD. var. 4, 2, 2; vere -s CASSIOD. var. 6, 7, 1): **1** -s *anteponitur*: APVL. flor. 4 p. 17 tibicen ... omnis voculae melleus modulator et idem -s peritus modificator, seu tu velles Aeolion simplex sive Iastium varium *eqs.* MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 2 p. 16, 16 W. genuit τὸ ὄν -s perfectum (2 p. 16, 19. *al. cf. sub 2*). RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 544[B] nisi -s pigri essemus ac desides. CYPR. GALL. gen. 438 tura Canopi -s Sarram cupido de lumine lustrat (*nisi ad* lustrat *trahendum*). OROS. hist. 3, 21, 7 -s ingentes animi *Romanorum*. COD. Theod. 5, 13 (14), 30, 1 qui ... nec ad plenum idoneas *terras* nec -s vacuas detinent (*cf. Cod. Iust. 11, 59, 7* omnibus modis v.). CONC.[S] II 3, 1 p. 125, 22 filius -s consubstantialis est nobis (*gr. II 1, 1 p. 142, 24* πάντως). II 3, 3 p. 525, 4 Athanasium ... ab episcopatu -s alienum ([*gr. II 1, 3 p. 78, 16* παντάπασιν]. FVLG. RVSP. incarn. 45. praedest. 3, 31 CASSIOD. var. 11, 7, 5). MAX. TAVR. hom. 26 p. 284[A] munera ... -s videntur indigna. 67 p. 390[B] *Christus* -s maior erat *Ioanne*. FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 87, 24 animantia a peccato -s libera sunt. FVLG. RVSP. incarn. 5 illa mortifera et -s diabolica blasphemia. ad Monim. 2, 2 p. 180[B] ab hac fide ... -s habeantur extranei. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 276 -s Aegyptus aperta vastationibus est (*gr.* παντάπασιν). in psalm. 34, 10 (12) l. 203 quam mirabile, quam est -s singulare (var. 10, 19, 3). var. 4, 2, 2 quae *iudicia* sunt -s fortiora. 6, 7, 1 quod vere decorum, vere fuit -s exquisitum. *al.* *c. numero* (*cf.* omnino *I B 2*): RVSTIC. c. aceph. p. 1224[A] nemo unum dicet hunc atque illum (*sc. canem pictum et verum*), sed -s duo. **2** -s *postponitur*: CANDID. gen. div. 10 p. 12, 1 W. deus fecit Iesum perfectum -s. DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 305, 23 incredibile est autem -s (*I 3 p. 202, 6* omnino, *gr. I 1, 4 p. 29, 2* ἀπίθανον ... παντελῶς). VICT. VIT. 3, 61 Sallustius elinguis -s remaneret. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 11 p. 258[B] spiritus ... sanctus, cum immensus -s praedicetur. *ad affirmandam vocem q. e.* omnis: FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 6 p. 251[B] cum clareat omnem -s creaturam ... initio non carere.

B *c. adv.*: **1** *ad affirmandam vocem q. e.* omnino: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 28 l. 38 filius ... omnino -s dissimilis patri. gen. div. verb. 4 p. 17, 14 W. *definitur* id, quod non est ...: iuxta negationem omnino -s, ut privatio sit exsistentis. **2** *alia*: DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 305, 15 difficulter ... haec -s asseruntur (*I 3 p. 201, 33* valde ... difficile sunt, *gr. I 1, 4 p. 28, 24* δυσεκφώνητα ... λίαν). CASSIOD. var. 7, 2, 1 prudenter -s inspexit antiquitas provinciarum dignitates ... reparari.

C *c. subst.* (*cf.* 1. omnigenus): CASSIOD. var. 10, 30, 1 comperimus in via sacra ... elephantos aeneos vicina -s ruina titubare.

deriv.: omnimodus.

omnimodō *v. s.* omnis.

***omnimodus,** -a, -um. *ab* omnimodis *formatione retrograda q. d., cf.* multimodus. GLOSS. V 316, 22 -a[m]: communis. 376, 11 -a: oeg huuelci dinga (*sim.* GLOSS.[L] Corp. o 162). *v. et sub 1b.* *legitur inde ab* APVL., TERT., *in poesi* PAVL. NOL. carm. 21, 102 CYPR. GALL. exod. 304 PROSP. carm. de ingrat. 591. [*e coni. vix probab.* VARRO ling. 7, 61.]

